[illegible] Juni 1893

CC VIII
6

Libellus augustalis cum aliis pulcris

Liber epigrammatum prosperi

Nova rhetorica tullii

Bucolicorum liber

Georgicorum

I

N. Inv. 433.

433



[illegible] de [illegible]

Ad venerabilem virum magistrum Johannem
de Ozrzimczim qui fuerat [illegible] legum
socius [illegible] Domine deus salutis mee in die
clamavi et nocte coram te

In nomine domini amen sub anno Nativitatis
eiusdem domini millesimo quadr[illegible]

de Poznania [illegible]
Datum [illegible] feria [illegible] post festum Mathie [illegible] per me Stanislaum de [illegible]

[illegible]

C

Atque nobis que digna viri pro laudibus istis premia posse dari solum pulcerrima pro [illegible] [illegible] moves q(ue) [illegible] vi
tium cetera reddet actutum pes q(ue) par atq(ue) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tanti [illegible] [illegible] [illegible]

Spes non e(st) mee grates persolvere dignas [illegible] [illegible] si qua pios respectant numina si q(ui)d usq(ue) iusticie et mens sibi
conscia recti premia digna ferant que te tam leta tulerunt secula [illegible] [illegible] [illegible] genuerunt parentes in freta
dum fluvii current dum montibus umbre lustrabunt convexa polus dum sidera pascet semper honos nomenq(ue) tuum laudes-
q(ue) manebunt que me cumq(ue) vocant terre

Alba senecta. [illegible] q(ue) fides [illegible] q(ue) sapiens q(ue)
Et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Hinc ego si patior tua sufferre dolorem et perferre soror potero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
terrent [illegible] [illegible] [illegible] amor [illegible] quis [illegible] assit amor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et ego [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
iam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] iam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
forme tue [illegible] in te [illegible] pectore [illegible] nec plagas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
mortalia pectora [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[redacted] eyus et Guilhelmum et alie
toricam maiorem retoricam

Petrarche liber Augu-
stalis. Ciceronis Rethorica.
Virgilij Bucolica et Georgica
743.

Incipit liber Augustalis continens sub compendio breuem descriptionem omnium Augustorum editus per laureatum poetam dominum Franciscum Petrarcam de Laurea Florentinum

Pietas illustris princeps heroicarum virtutum cultor posse faciliter et cito principum Romanorum ut utcunque sine notato cautior fias eminenti speculo exemplorum. parabo libens et calculantis more rem magnam breui zone summabo

uia iam modicum confert commoditatis ad cognitionem rerum gestarum presertim postquam venit tempus gratie quo rex et rectorem et orbem totum ad unam voluit redigi monarchiam. Noscere annos quibus quisque principum imperavit. non per modum narrantis sed potius numerantis singulorum tempora breuiter immo transcurrenter perstringam. lucido ordine simul. Est autem similiter considerandum quod omnes historiarum descriptores catholici sive in obsequium fidei sive in obsequium fidei sive ob aliena causa sicut Orosius in ormesta mundi et alii plures incipiunt descriptiones a Cesare Augusto quia sub eo Christus nasci dignatus est. a quo incipit primitiva ecclesia. vel quia diuinus imperat et salubrius tempori gubernat Unde videtur velle quod Cesar fuerit potius quidam precursor imperii sicut Baptista fuit precursor domini. Omnes vero gentiles historici sicut Suetonius et alii quos magis sequi intendo quia non aliud quam veritatem tradere posteris curaverunt sequuntur ergo de Julio Cesare primo imperium tenente

Rimus igitur qui Romanum accepit imperium fuit Julius Cesar Lucii filius valentissimus omnium principum qui in vigore animi non habuit parem nec ante se nec post se. hic vixit annis l vi. Imperavit autem post finem bellorum suorum annis tribus et septem mensibus interfectus in medio senatu xxiii vulneribus

Esar Augustus dictus Octavianus a natiuitate pronepos Cesaris et filius adoptivus. successit illi in imperio. hic fuit felicissimus omnium principum priorum et posteriorum. Nam alta prudentia sua imperavit prudenter et laudabiliter tot annis quot Cesar vixerat. scilicet l vi de quibus regnavit duodecim cum Antonio et Lepido triumviro. Reliquum tempus solus et cum magna pace et tranquillitate orbis clauso templo Jani. Et vixit annis lxxvi minus xxxv diebus. mortuus est feliciter apud Nolam civitatem Campanie

Tiberius privignus Augusti ex Livia adoptatus fuit heres imperii. hic ut ait Plinius fuit tristissimus hominum. senex fedissimus omni turpitudine luxuriarum et ebriatum. fuit tamen strenuus victor in iuventute de quo dicit Orosius quod ex mansuetissimo principe conversus est in seuissimam bestiam. Cum vero impetrasset in senatu quod Christus pro deo haberetur. mortuus est senii morbo. vel veneno vixit annis lxxviii. Imperavit autem annis xxiii

Aius et Calligula pronepos Tiberii natus ex Germanico filio Drusi qui fuit privignus Tiberii hic fuit inventus pessimus omnium excepto Nerone omni scelere contaminatus vixit annis xxix Imperavit annis tribus mensibus decem. diebus octo. Interfectus a cubiculariis suis

laudius nepos Tiberii natus ex Druso patruus Gaii Calligule, succedens et patruus multum qui a prima etate fuit semper infirmus. vilis

et tristis unde cum debuit succedere Tiberio in imperio Claudius fuit cõplatus
qui fuit tamen satis utilis sed infortunatus in uxoribus de quarum una Messalina scribit
Cornelius tacitus et Iuvenalis dicit Et lassata quamvis non tamen saciata re-
cessit Altera vero Agripina mater Neronis ipsum Claudium venenavit
in fungis Claudius vixit annis lxiiii Imperavit xiiii

n ero de gente domicia privignus Claudii et gener eius adoptatus fraude
agripine hic fuit nequissimus omnium hostis humani generis ideo iudicatus
hostis a Senatu interfecit se pugione quatuor miliaribus longe ab urbe cum
imperasset paulominus annis ~~quatuor miliaribus longe ab urbe~~ xiiii vixit annis
xxxii Et familia Cesarum in Nerone defecit

g Alba senex de nobili stirpe Sulpiciorum septimus post Neronem vir viciosus
commisit se totum regendum viciosissimis famulis unde occisus est in foro a
militibus cum imperasset mensibus sex vixit autem annis lxxiii

o tto octavus imperator fuit nobilis homo natus ex equite Romano
non poterat esse bonus ut circos bonus quia fuit homo familiarissimus Neronis
qui fuit tamen dilectissimus militibus Cum victus a vitellio se occidit pugione cum
imperasset nonaginquinque diebus Anno etatis lxvii

v itellius nobilis de gente vitelliorum vir profunde gule et crudelis qui
a pueritia fuit educatus inter meretrices Tiberii vituperatissime
occisus in fundore populi inter omnia ludibria et tormenta regnavit mensibus octo
vixit annis lvii Et ideo quidam dicere ottonem et vitellium abierat de imo
principio

v espasianus nobilis de gente flavia successit decimus in imperio vitel-
lio Cum esset dux belli iudaici pro Nerone Hic fuit sapiens senex
et utilis reipublice qui vixit lxviii mensibus tribus diebus septem Imperavit
annis decem mensibus octo diebus decem mortuus est fluxu ventris

t itus vespesiani filius clarissimus omnium virtute gloriosissimus triumphum
duxit de iudeis simul cum patre quia simul ambo imperaverunt ut dicit
plinius optimus testis qui scribit de vespesiano hic amore omnium tenuit
imperium solus annis duobus mensibus duobus diebus xx vixit annis xli et
mortuus est febre cum magno planctu omnium

d omicianus filius ~~vesspessa~~ vespesiani frater Tithi hostis virtutis
proborum et fuit crudelis sanguinarius persecutor christianorum et iudeorum
qui vixit annis xlv imperavit xv occisus a suis in camera

n erva senex satis nobilis honestus et modestus contra domicianum
profectus est imperator opera senatorum cuius qui adoptavit Traianum in filium
propter egregiam virtutem vixit lxxii imperavit anno uno et mortuus est morte

t raianus ortus Rome cuius antiqui fuerunt // natura
hispani optimus fuit omnium augustorum summe iusticie clementie
et civilitatis cum vir divinus inclite virtute et felicitate Romanum
imperium fere satis infirmatum magnifice ampliavit Hic vixit annis lxiiii
mensibus ix et diebus iiii Imperavit annis xviii mensibus sep et mortuus est
ex fluxu ventris

a drianus ut scripsit Sparcianus natus ex consobrino Traiani filius adoptivus eius. cuius maiores fuerunt in Ytalia temporibus Scipionis vir mire scientie magne eloquentie nunc crudelis nunc clemens qui plus procuravit primatus Romani imperii quam alius imperator Adrianus vite tedio affectus petebat occidi. et mortuus est anno etatis lxxii mensibus quinque cum imperasset annis xxi

a ntoninus pius gener adriani et filius adoptivus vir forma pulcer insignis ingenio et eloquio magne litterature moderatissimus benignissimus qui Romanum imperium plus studuit conservare quam ampliare habens in ore illud Scipionis malo unum civem conservare quam mille hostes perdere vel occidere Antoninus pius anno lxx imperavit xxiii annis mortuus est ex febre et quasi dormiens

a ntoninus verus pii gener successit ei in imperio cum lucio fratre suo. Isti duo fratres primi vocati sunt Augusti. Iste vero verus sepetissime celavit et supportavit vicia fratris quam regnavit secum xi annis affuit enim magnus philosophus sanctitate vite omnibus preferendus nec unquam mutavit vultum. qui vir tante virtutis poterat dici felix si uxorem faustinam et filium commodum non habuisset Imperavit annis xviii vixit annis lxi mortuus est ex morbo

a ntoninus commodus suprascripti Antonini veri filius patrum virtutum hostis crudelis luxuriosus qui in pueritia fuit toto tempore omni turpitudine fedatus Trecentas meretrices et totidem pulcros pueros in pallacio habens infamator omnium ab omnibus infamatus fortis solum in pugnis bestiarum. Commodus omnibus incommodus Cum imperasset annis xiii Strangulatus est cum magno commodo omnium

p ertinax factus imperator mandato senatus fuit genere ignobilis ex patre libertino sed moribus nobilis senex venerabilis temperans contrarius commodo reputatus est avarus dilectus populo militibus odiosus unde occisus est in domo sua a militibus Vixit annis lix et imperavit mensibus vi et diebus xxv.

i ulianus didius post pertinacem assumpsit imperium qui fuit nepos Iuliani magni iurisconsulti quod magis nobilitat eum. cuius antiqui fuerunt de mediolano Iulianus fuit pessimus homo in servitute vivens unde odiosus populo destitutus ab omnibus privatus est imperio auctoritate senatus et in pallacio occisus vixit annis xlvi et mensibus quatuor Imperavit duobus mensibus

s everus solus in urbe principatum fuit ex affrica qui vir fortis magna bella gessit terribilis senatui et populo sed militibus amabilis qui magis maius stipendium dedit quam alius imperator hic tantam annonam reliquit in morte quod sufficere poterat vii annis dando modios lxxv in die de quo Senatus quod aut nunquam debuisset nasci aut nunquam mori Vixit annis lxxxviii mortuus est in Britannia cum imperasset annis xviii

b Assianus filius Severi dictus Antoninus Caracallus successit patri in imperio asperior eo. luxuriosus nimis Cum papinianum magnum iurisconsultum trucidari fecit quia reprehendebat eum quod duxerat iuliam

c

romerica sua in urbe hic imperavit annis quasi sex et occisus est apud Carras insidiis Macrini prefecti anno etatis sue xliiii

m Macrinus occiso Bassiano accepit imperium hic omnium morum vilissime natus et vilissimus fuit sicut Commodus qui voluit vocari Antoninus cum nullus verus vel bonus videbatur sine tali nomine fuit crudelis sanguinarius inventor novarum mortium sed post annum sui imperii fuit occisus apud Anthiochiam ab Heliogabalo

v Aurelius Heliogabalus filius suspecti Bassiani ex Semiramna vulgatissima meretrice ad tantam voluptatem fecit omnia turpia impurior omni bestia occisus est conivacione militum et deiectus in cluacam stercorariam et ipsi ad eo dignissimam tali filio luxurioso prodigo reposita que non est nominanda hoc sicut pupa fedissima imperavit annis tribus

a Alexander filius varii consobrinus Heliogabali natus ex Mammea christianissima muliere accepit imperium ad remedium generis humani qui iuvenis strenuissimus purgatis sordibus Heliogabali rempublicam salubriter gubernavit consilio Vlpiani qui fuit legalis sciencie princeps habuit omnes Alexander dotes nature et fortune et vitis bonorum principum meliora sexsit vixit annis xxxviiii mensibus tribus et diebus septem imperavit annis xiii occisus est in Gallia a militibus opera Maximiani quod indignatissimum visum est nam boni principes ut plurimum bene mortui sunt et mali male

m Maximianus natus de regione Tracie ex patre et matre barbaris sine auctoritate senatus a militibus appellatus est Augustus qui fuit magnus et gigas fortissimus ferus et asper moribus nullum animal crudelius fuit interim vero milites in Affrica fecerunt imperatorem Gordianum senem consulissimum sed Maximianus occiso Gordiano et filio eius iuvene remeabat contra Romam fulminans Senatus territus fuit et fecit tres imperatores contra eum scilicet Papienum Gordianum et Albinum propter Gordiani nepotem sed interim Maximianus apud Aquilegiam occisus est a militibus cum imperasset annis tribus

g Gordianus tercius qui fuerat appellatus Augustus a Senatu cum Papieno et ~~ab~~ Albino occisis illis fraude militum qui imperaverant duobus annis solus tenuit imperium vix puer cui nil deficiebat nisi etas amabilis et graciosus hic cum bella feliciter gereret in oriente consilio Mansithei socii sui viri prudentissimi interfectus fuit a militibus Philippi Arabi dicentes quod puer nesciebat imperium regere imperavit annis vi

p Philippus de Arabia post Gordianum factus imperator Philippum filium fecit participem regni qui de vilissimo genere natus superbe imperavit annis vii et nil laudabile fecit nisi quod fuit primus imperator christianus et annis mille in festo sive tumultu militari defecta dicitur pro ratione filius Rome et hic notandum quod omnis Augustus est cesar sed non econverso nam cesar est electus a principe vel exercitu Augustus vero confirmatus

d Decius de Pannonia natus in tumultu militari natus a Senatu strenuus occisis Philippis invasit imperium quod tenuit annis duobus et ipse cum filio quem fecerat cesarem occisus est in medio barbarorum cum bella pararet contra Emilianum qui in Mesia rebellaverat crudelis contra christianos

g allus Hostilianus post mortem Deciorum successit in imperium cum filio Volusiano
qui tenuit viceret duobus annis. Cuius tempore fuerunt persecutores in christianos
et pestis pessima generaliter fuit ubique.

v alerianus a exercitu appellatus est Augustus volente populo et gaudente
senatu. Qui fuit vir nobilis sanguine, scientia et eloquentia clarus, sed in-
felicissimus omnium. Nam captus a rege Persarum in miseria servitute consenuit
sustinens se in tergo regem cum ascenderet equum. Hic vixit annis LXX.
Imperavit annis VI.

g allienus filius Valeriani qui iam Cesar erat effectus est Augustus
a senatu loco patris. Qui in deliciosis moratus officio ocio dedit se
totum voluptatibus neglecta re publica et imperio. Unde triginta tiranni invaserunt
imperium. Fuit tamen poeta clarus. Unde cum celebraret fratrum nuptias tenens
sponsum et sponsam per manus dixit istos versus in ambos: Ite simul pueri pariter
sudate medullis omnibus inter vos non murmura vestra columbe, brachia non
hedere non vincant oscula conche.

c laudius factus imperator est de voluntate senatus. De isto scribitur fuisse omnia
bona principum scilicet virtutem Traiani, pietatem Antonini, prudentiam
Augusti. Hic victis feliciter Gothis moritur consanguinitate familiam
virtutibus suis celum petisse cum imperasset annis duobus. Quo mortuo
Quintillus frater eius vir optimus tenuit imperium solus diebus XVII et occisus est.

a urelianus natus obscuris parentibus barbarus omnino, fuit vir fortis-
simus in omni genere armorum, electus post Claudium. A pueritia qui
magna bella gessit, moenia et muros urbis plus ampliavit, talis
alius ante vel post clementiam non habuit, que est prima virtus principum.
Triumphus eius fuit gloriosus, gloriosissimus. Nam Zenobiam magnanimam mulierem
que magnifice incedebat sibi Sirianis duxit ad currum tri-
umphalem ligatam multis cathenis aureis. Imperavit annis V mensibus
sex. Occisus fraude notarii sui apud Bissanciam.

t acitus vir consularis senex et gravis factus est imperator cum summa concor-
dia et longa deliberatione militum et senatus spacio VI mensium. Tem-
peratus, sobrius, lectioni librorum delectatus, non fecit magnifica propter temporis brevitatem.
Circa tamen VI mensibus imperat morbo periisse.

p robus de Pannonia ortus de civitate Sirmiensi nobiliore
qui vero per iudicio omnium bonorum factus imperator tempore quietissimo
et securissima, nobilissimis virtutibus clarus sub magnis ducibus Valeriano,
Aureliano et Claudio multa bella gessit feliciter et probabiliter contra
barbaros. Ideo finaliter occisus est apud Sirmium quia nimis eos
gravabat prelijs et laboribus cum imperium quieto.

c arus Romanus vel Mediolanensis visus est militibus dignus
imperio post mortem Probi, et tamen medius fuit inter principes bonos
et malos. Hic capta civitate Cararum in Persia longius procedens
cum exercitu fulminatus est cum imperasset annis duobus. Carus habuit duos
filios Cesares, quorum minor Numerianus magnus orator, poeta qui fuit

sine pari tempore suo. Et occisus est prodicione apri soceri sui qui volebat occu-
pare imperium. Maior autem nomine Carinus omnium contaminatissimus viciis et oc-
d Dioclecianus vir bonus princeps quietem // cisus a Diocleciano
occiso Numeriano consensu omnium appellatus est Augustus vir max-
imus prudens alti consilii qui dicebat bonus cautus venditur impera-
tor. Cum autem solus libere imperaret subito ortis magnis bellis Dioclecianus
fecit Augustum Maximianum quem a principio fecerat Cesarem et elegit
Constancium patrem magni Constantini et Galerium. Post magnas bellorum
victorias Dioclecianus senex reduxit se primum ad vitam privatam
apud Salonam civitatem Dalmacie patriam suam et Maximianus
coactus ab eo idem fecit apud Mediolanum. Et Dioclecianus in oriente
et Maximianus in occidente crudelius persecuti sunt christianos quam
Aurelianus Valerianus Decius et ceteri. Dioclecianus venenum bibit
anno etatis lxviii in imperii anno xx

c Constancius et Galerius Cesares facti Augusti diviserunt imperium
inter se. Nam Constancius contentus Gallia et Hyspania ceteras provin-
cias college concessit. Constancius teste Eutropio nobili Romano
fuit vir optime conscientie ac civilitatis omnibus amabilis et venerabilis
qui mortuus in Britannia anno principatus sui xiii relicto filio C //
g Galerius vero imperavit in Illirico militibus // Helena
Pretoriani Rome fecerunt imperatorem Maxencium filium senis Maximiani
contra quem Galerius misit quendam Severum qui cum incredibili multitudine
obsedit Romam et tandem prodicione suorum a Maxencio fugiens occisus.
et Maxencius confirmatus in imperio factus est sevissimus tirannus. Gal-
lerius vero post multa que fecerat in christianos divino percussus vermium
Italia morbo fastidiendo putrescens cum vermes incessabiliter emitteret
de corpore cruciatus impaciens manu sua se interfecit anno imperii sui x

c Constantinus magnus Constancii filius omni virtute refulgens
optimus princeps temporibus suis rogatus a senatu et populo Romano
ut cives suos liberaret a servitute crudelissime bestie Maxencii. Commoto
Licinio qui imperabat in Hyspania cum magno imperatoris bello venit contra
Maxencium quem magno prelio vicit et Maxencius fugiens suffocatus
est in Tyberi. Constantinus cum magna gloria intravit urbem. Postea
Licinium sibi rebellem sepe victum tandem occidi fecit. Constantinus
omnium victor ecclesiam Romanam restauravit fidem christianam confirmavit. Sedem
imperii transtulit in Greciam ubi fecit secundam Romam. Constantinus cum magna
virtute et fortuna prosperrima imperavit annis xxx mensibus x diebus xi
vixit annis lxvi. Et mortuus est feliciter

c Constans et Constancius filii Constantini occiso fratre Constantino tenuerunt
ambo imperium. Constans primum Arrianus persecutor est catholicos sed post multa
prelia gesta contra Persas factus omnibus intolerabilis occisus est anno imperii xviii
etatis vero annorum xxx

c Constancius post fratrem solus tenuit imperium annis sex temporibus et platidens quintus Arrianus. hic Julianum consanguineum suum fecit Cesarem et sororium suum et misit in Gallias. Qui elatus victoria invasit imperium in Italia Constantio occupato bellis parthorum. Constancius rediens contra eum mortuus est in via. Anno etatis xlv

J Julianus successit solus in imperio vir liberalis litteratus eloquens memoriosus cupidus glorie. fuit sub magistris contra Constancium et perfidus contra fidem unde vocatus est apostata. qui solus post Constantinum recessit a fide christiana et christianos odio habuit quibus interdixit officia et studia scientiarum. Julianus vixit annis xxxii imperavit anno uno mensibus viii transfixus telo in exercitu ab uno milite ignoto

J Jovinianus de pannonia oriundus electus est imperator ab exercitu Juliani. qui corpore pulcher animo letus serenatus largus. Exercitum quem Julianus fecerat paganum. fecit christianum et reduxit salvum ex periculo magno. mortuus viii mense imperii. Anno etatis xxxiii

v Valentinianus de pannonia qui recesserat a Juliano quia verus christianus erat factus est imperator a militibus volens. vir pulcher prudens probus. filiis Adriano et Aureliano et fratrem suum valentem et Gratianum filium fecit Augustos. hic princeps perfectus post multa bella mortuus est subita sanguinis effusione. Anno imperii xi. Etatis vero lv. quo mortuo Valens tenuit imperium oriente et gracianus in occidente

v Valens imperator in oriente. tamquam arrianus persecutus est christianos catholicos sicut facere temptaverat vivente fratre. unde precepit ut monachi militarent. sed infelicissime bellum gerens cum gothis perdito exercitu ipse vulneratus sagitte fugiens in vilem casam vivus crematus est igne. cum imperasset annis quatuor. Gr

G Gratianus post mortem patris imperavit annis vi. qui iuvenis quidem catholicus et fidelis contra alemannos feliciter pugnavit sub quo tota Ythalia recessit a perfidia Arrianorum. Gratianus videns multas gentes infestas Romano imperio elegit in imperatorem orientis Theodosium nobilissimum hyspanum. qui vir xxxiii annorum thartaros mirabiliter debellavit. et ceteris hostibus conciliatis gloriosus fuit apud Constantinopolim

v Valentinianus frater Gratiani imperavit in occidente Theodosio in oriente. iste vir bonus expulsus de Gallia a Maximo tyranno Theodosius tyrannum cum parvo apparatu feliciter vicit apud Aquileiam et captum decapitavit. Valentinianus restitutus in regno occidentis cum imperare regnaret strangulatus est apud Viennam fraude Arbogasti comitis sui cum imperasset annis viii

t Theodosius magnus cum iam imperasset annis xiii cum Gratiano et Valentiniano fratribus solus remansit in imperio annis tribus in oriente et occidente. Iste fuit optimus imperator christianorum. filius Traiano a quo originem traxit. de quo mirabiles laudes fecit Ambrosius. Unus

e

auxilio expulit arrianos de Mediolano Theodosius hic Eugenium
qui usurpaverat imperium in Galliis confidens virtute Christi illius auxilio
invocato in alpibus vicit imperium et subito orta vi ventorum cum can-
dida tempestate contra hostes Theodosius victor cum parva acie suorum
Eugenium interfecit de qua re memoriam facit Claudianus poeta
Florentinus paganus ut refert Augustinus de civitate dei Theodosius
anno etatis l feliciter est mortuus apud Mediolanum relictis augustis
duobus filiis suis Archadio et Honorio

a Rchadius successit patri Theodosio in imperio orientis Honorius
in imperio occidentis Anno xxi bonum cum degenerantibus a patre Anno
imperii eorum x Radagaisus rex Gothorum cum infinita multitudine barbarorum
miserabiliter victus a Romanis fame et frigore occisi Rome sunt
more pecorum venditi venditi Archadius imperii xiii mortuus
est apud Constantinopolim relicto filio suo Theodosio in imperio

h Onorius qui iam xiii annis imperaverat cum Theodosio orientis
in occidente annis xv sub quorum imperio Alaricus rex Gothorum cepit Romam
cum fudre et spoliavit parcens fugientibus ad templa sanctorum sub isto Honorio
multa bella civilia et externa sedata sunt in occidente cum modico
sanguine Tempore vero obiit Rome sine filiis

t Heodosius minor filius Archadii mortuo Honorio regnavit in ori-
ente annis xxvii cum iam post mortem regnasset annis xiii et
cum patre vivente annis viii hic Valentinianum consobrinum suum fecit
augustum et Germanum suum qui in occidente regnavit annis xxv Tempore
huius Carthago civitas capta est a Genserico rege Vandalorum
quam Roma ab Alarico et Gensericus non pepercit ecclesiis Theodosius
mortuus est apud Constantinopolim et sepultus cum patre suo Archadio

v Alentinianus tertius in oriente tenuit imperium annis v post mortem
Theodosii cum quo imperaverat annis xxv et Marcianus successit
Theodosio tempore isto rex Attila ille potens et publicus cum multis regibus
et gentibus barbaris de Pannonia veniens in Italiam crudeliter affli-
xit provinciam Venetiam et Lambardiam Aquilegia primo eversa et
tunc facta est civitas Venetiarum a fugientibus sevicia Attile Valen-
tinianus timore vel invidia occidit Ecium ducem bellicosissimum
Romanorum exercitus in Gallia qui sepius fuit victor Attile cuius morte
ruit imperium et salus occidentis Et ipse Valentinianus anno sequenti
occisus est Rome ab uno milite Etii cum annis iam xxx rexisset imperium

Arcianus qui iam quinque annis imperaverat cum Valentiniano post mortem
eius Valentiniani imperavit annis duobus Cuius tempore Gensericus rex
Vandalorum veniens ex Affrica cum navibus cepit Romam et eam rapavit et spo-
liavit Similiter Capuam civitatem Campanie Marcianus anno vii occisus est
dominatione suorum apud Constantinopolim

l Eo in Constantinopoli invasit imperium qui Leonem filium fecit consortem
regni orientalis Cuius tempore imperium occidentis a multis laceratum est Roma

quidam Maiorianus invasit imperium apud Ravennam et ita alii multi Ravenna enim potens erat tempore Gothorum. Leo mortuus est anno imperii xvii in oriente

3 Zeno imperator Leonis gener successit illi in imperio cuius tempore Odoacer veniens ad [illegible] de ultimis finibus Pannonie obtinuit regnum Rome cum tota Italia. Zeno cum iam imperasset annis xiiii Theodoricus rex Gothorum veniens de Grecia cum auctoritate Zenonis vir strenuissimus victo Odoacre obtinuit Romam cum tota Italia. Zeno in Grecia cum imperasset annis xvi mortuus est. Silet papirio cursori in velocitate pedum etc.

Anastasius post Zenonem adeptus est imperium qui factus hereticus pertinax ac non posset revocari ad sanctam fidem iusto iudicio dei percussus fulmine periit anno imperii sui xxvi. Cuius tempore Theodoricus rexit // in Italia

Iustinus maior successit Anastasio qui vir catholicus et pius in partibus orientis omni studio nomen Arrianorum querebat extinguere. Sed Theodoricus minatus est sibi quod nisi restitueret Arrianos ipse in Italia omnes catholicos necaret. Iustinus compassus omnes Arrianos in pace dimisit. Et ipse cum imperasset annis ix in pace quievit in Constantinopoli

Iustinianus Iustini sororis filius successit illi in imperio qui iustissimus princeps Romanorum imperium armis et legibus reparavit. Nam per Bellisarium virum bellicosissimum debellavit Persas qui invaserant fines Romanorum. Affricam liberavit de manibus Vandalorum ubi Neapolim receptantem Gothos crudelissime destruxit destruxit nulli parcens. Postea Narses eunuchus iterum Romam liberavit de manibus Totile regis Gothorum quem interfecit. Iustinianus leges Romanas mirabili brevitate restauravit qui mortuus est cum imperasset // annis xxxviii

7 Iustinus minor nepos Iustiniani successit ei in imperio qui iniustissimus princeps fuit, hic avarus rapax impius et hereticus propter quod Narses qui propter invidiam fuerat illi false accusatus odio et timore auguste que minabatur eum reducere inter mulieres fecit venire Longobardos de Pannonia qui in Italia ceperunt Mediolanum Papiam et circa totam Italiam et Lombardiam. Cum imperasset annis xi alienatus mente mortuus est relicto Tiberio Cesare

Tiberius secundus successit Iustino in imperio qui fuit recte contrarius illi. Nam largus in pauperes, pius, prudens, sapiens, iustus qui thezauros Iustini male acquisitos bene pauperibus erogavit et [illegible] magnam [illegible] invenit. Tiberius moriens reliquit heredem imperii Mauricium data sibi filia in uxorem cum imperasset annis vii

Mauricius gener Tiberii primus ex Grecis obtinuit imperium vir utilis rei publice. Cuius tempore magnum diluvium fuit in Italia apud urbem et Veronam. Mauricius anno vii imperii occisus fuit cum duobus filiis

Phocas occisor Mauricii et filiorum optinuit imperium qui prius obtinuit

q Romana ecclesia esset caput ecclesiarum cum prius Constantinopolitana
se nominaret. Focas cum imperasset annis octo privatus est vita et imperio
ab Eraclio qui regebat Affricam

e Eraclius successit Focati in imperio cum filiis suis et Constantino secundo
ex illa familia. Quo tempore Machometus pestilentissimus draco
in Arabia fecit sectam suam ab oriente in occidentem suum venenum
deseminans cum pessima desolatione fidei christiane. Eraclius factus ydropicus
mortuus est anno imperii xxxi

c Constantinus cum fratre iura suscepit imperii qui crudelis raptor veniens
in Italiam spoliavit Romam omnibus ornamentis suis. Deinde in Sicilia
inauditas crudelitates et rapinas fecit per sex annos. Ibi tandem
occisus est a suis in balneo cum imperasset annis xviii

c Constantinus tercius filius superioris successit illi in imperio qui vir
bonus et catholicus existens confirmavit fidem christianam contra hereticos et mortuus est in pace cum regnasset annis xxvii

I Iustinianus secundus filius Constantini tercii de domo et familia Eracliorum
successit ei qui liberavit Affricam de manu Sarracenorum
et fuit scismaticus et infestus apostolico Romano. Imperavit annis x. Et nota
quod omnes principes usque ad Karolum magnum fuerunt de stirpe Eraclii //

l Leo secundus expulit Iustinianum predictum quem et regnum // mutilatum Eraclii
relegavit in ponto et imperavit tribus annis et regnum perdidit. Ut statim //

t Tiberius tercius insurgens contra leonem arripuit // dicitur
regnum et eum relegavit in ponto et imperavit septem annis
tenuit in custodia toto tempore quo imperavit annis septem

I Iustinianus secundus qui relegatus fuerat a leone secundo recuperavit
imperium et continuo iugulari fecit ~~sed contra eum quidam philippicus~~
in publico leonem qui expulerat eum et Tiberium qui invaserat imperium
leonis et multa magnifice fecit. Sed contra eum quidam philippicus relegatus creatus imperator apud Constantinopolim venit
et occidit ipsum Iustinianum cum imperasset annis vi cum filio Tiberio

p Philippicus dictus Barbanus succedens Iustiniano a se occiso privatus
est regno et oculis ab Anastasio cum regnasset anno et mensibus
sex qui fautor fuit hereticorum

a Anastasius secundus Arthemius privato vita philippico tenuit imperium
Sed exercitus eius elegit Theodosium in imperatorem licet invitum
tercio imperii eius cum esset fautor catholicorum

t Theodosius factus imperator a militibus Anastasium qui filio venit quem
captum fecit fieri sacerdotem. Ipse vero catholicorum auctus imperavit v //

l Leo tercius successit in imperio qui Constantinum filium // anno
fecit consortem regni. Quo tempore fuit Constantinopolis longa obsidione
inaudita afflicta a Sarracenis. Hic primus fuit qui ~~contra~~
imagines sancte Marie et sanctorum in publico fecit igne cremari et
tantum imperavit annis xxv

Onstantinus quintus leonis predicti filius peior patre dictus est persecutor
ecclesie qui multos monachos et vere catholicos occidit vacans impie
magicis et hic regnavit annis xxxv quo tempore pipinus vicit in Italia Astol=
Astulfum regem longobardiorum

l Eo quartus constantini quinti filius imperavit in oriente post eum annis quinque
degeneris patre suo succedens in vicijs

Onstantinus sextus leonis filius cum matre hyrene qua matre separata
postea in imperio regnavit solus annis quinque Mater vero cecavit filium et
sola regnavit annis quinque Tunc imperium Romanum quod fuerat in oriente a
primo Constantino usque ad illum vltimum terminatum est Nam facta est divisio
imperij ut imperium occidentale diceretur Romanorum et orientale Gre-
corum Et imperium Romanum transiuit ad francos alias germanos et primo

Arolus magnus pipini filius victo desiderio rege longobardorum
in Italia apud papam veniens Romam electus est imperator
a Senatu et populo Romano et confirmatus a summo pontifice quia
adiutor erat ecclesie et quia femina [illegible] imperabat in oriente Hic fuit
optimus princeps francorum qui terram sanctam occupatam a Saracenis recu-
perauit in oriente et occidente totam hyspaniam liberauit a manibus
eorum Maximus pugil fidei christiane et ecclesie Romane et protector
fidei sancte Karolus vixit annis lxxij et mortuus est feliciter
cum regnasset super francos annis xlvij et imperasset annis xiiij

l Udouicus pius Karoli magni filius successit patri in imperio super-
uatis duobus fratribus Hic fuit vir iustus sed plus clemens et paciens
ultra omnes parentes nullis vincibilis malis qui viuente patre cum
regeret et post mortem cum imperaret multa magnifice gessit devotissimus
christianus [illegible] vixit annis lxiiij imperavit annis xxvij

l Otarius ludouici pij filius imperium accepit non faciens regni
partem fratribus suis [illegible] secundum ordinatam divisionem patris unde
contractis viribus cum inaudita strage francorum pace facta lotarius imperat
in Italia Hic anno imperij sui xv diviso filiis regno factus est monachus
et mortuus est feliciter qui fuerat violentus in vita

l Udouicus secundus lotarij imperatoris monarchi filius imperavit annis xxj
Cum m. sine testamento sine filio bellum habuit cum fratre suo crudeliter
regnante super francos et turpiter victus est et nichil magnificum gerens
mortuus est in Italia et videtur sepultus Mediolani et dicitur sapienter
et pacifice rexisse Italiam etc

k Arolus secundus dictus caluus filius ludouici pij patruus ludouici supra-
dicti secundi et frater lotarij successit ludouico secundo in imperio vir
lepore timidior fugacior hyrundine fugare paratior dictus est grossus uel simplex
qui multa monasteria fabricari fecit et dicitur veneno extinctus est
cum imperasset anno vno et mensibus nouem

k Arolus minor nomine tertius ludouici germanorum regis filius
et nepos eiusdem Karoli calui imperium Italie obtinuit Galliam

et germaniam possedit. Patrinus Robertum ducem Normandie victum de sacro
fonte levavit et filiam dedit ei in uxorem. Hic anno imperii xii deficiens
animo et corpore repugnatus est a maioribus regni Arnulfo facto imperatore.
Et ipse Karolus mortuus est anno sequenti

a Rnulfus de Karolorum progenie filius Karoli regis consanguinei sui
Hic Normannos innumerabiles cecidit et delevit. Romam cepit. Tandem longa
egritudine dissolutus a pediculis corrosus est. Sic felix prelio infelix morbo
periit anno imperii sui xi

l Vdovicus tercius Arnulphi filius successit patri in imperio quod tenuit annis
x nec felicior patre. Nam sub eo defecit imperium de progenie Karolorum
cum non invaderet Ytaliam more maiorum. Tot Longombardos infestantes
Ytaliam. Divisum est imperium quia alii imperaverunt in Ytalia sicut quatuor
Berengarii, alii in Almania sicut Conradus, Henricus usque ad Ottonem
primum qui utrobique imperat. Ludovicus predictus Berengarium in Ytalia
captus apud Veronam excecatus decessit cum imperasset annis x

b Erengarius primus imperante Ludovico tercio imperavit in Ytalia tamen annis
quatuor. Hic fuit vir probus et strenuus in armis qui bella cum [illegible]//

c Onradus almanus successit Ludovico tercio Imperat cresset
in Ytalia sed ut ipse pervenit ad benedictionem in Ytalia ideo non ponitur
inter principes. Vir tamen sapiens fuit fortis et victor. Hic imperat annis vii et
moriens coram principibus regni designavit regem Henricum filium/

b Erengarius secundus imperavit annis novem Ottonis ducis Saxonie
in Ytalia

h Enricus post ottorem Conradum imperat in Almania annis
xviii vir bonus et simplex qui Ottonem primum genuit. Et Henricus
non computatur inter imperatores quia non recepit in Ytalia ut coronatus
esset quia vir pacificus nullam operam dedit ut Ytaliam de manibus
tirannorum liberaret

b Erengarius tercius tempore prefati Henrici imperat in Ytalia annis viii
Sub quo magnum scisma fuit in Ytalia. Nam Hugo rex Longombardorum
imo Burgundiorum invitatus ab Ytalicis pugnavit cum Berengario
et victor regnum Ytalie tenuit tribus annis et relicto Lothario filio redivit
in Galliam

l Otarius Hugonis Burgundiensis filius imperat in Ytalia annis duobus

b Erengarius quartus post Lotharium regnat annis xii cum Alberto filio
apud Mediolanum. Iste vir ferox nimis tirannia premebat Ytaliam
sed finaliter victus ab Ottone primo mortuus est in exilio in Almania
et filius in Corsica. Et nota quod omnes a Berengario primo usque ad istum
ultimum non inveniuntur posse dici vere ut supra imperatores

Tto primus Henrici filius ex Germanorum gente primus et Theotonicus
solus obtinuit imperium occidentis. Et post eum soli Theotonici imperaverunt
usque in presens tempus. Hic vir probus et potens feliciter reformavit
Ytaliam spiritualiter et temporaliter liberando eam a manibus

pape Johannis xii qui turpiter ecclesiam et Italiam tractabat de tirannide Beregarii iiii qui impie premebat eam. Otto imperavit annis xxxvi secundum Sigisbertum, secundum alios annis xii. Et mortuus est senex valde relicto filio

tto secundus primi filius successit illi in imperio // eiusdem nominis et virtute qui vir acer in armis ingenio sagax imperium feliciter gubernavit. Nam romanos principes sepe rebelles vocatos ad convivium circumdatos armatis et nocentes securi percussit, reliquos epulari iussit et

tto tercius filius secundi successit // imperavit annis viiii ei in imperio de quo dictum est Otto post ottonem regnavit tercius otto. Hic fuit vir iustus et constans qui Crescentium potentem Romanum in castello sancti Augusti Angeli obsessum tandem per multa fecit decollari et Antipapam introductum per eum ludibriose tractari. Ipse etiam uxorem suam fecit igne cremari quia falso accusaverat innocentem. Imperavit annis xviiii et mortuus sine liberis. Et imperatores postea non per successionem sed per electionem

h nricus primus accepit imperium post ottonem // facti sunt tercium Bavarie dux filius Henrici ducis qui fuit natus ex Henrico fratre primi ottonis. Hic vir honestissimus multa prospere gessit in Germania et in Italia contra Arduinum qui electus erat rex Longobardorum. Et Stephanum regem Ungarie fecit christianum cum gente sua opera sororis sue quam dedit illi in uxorem. Imperavit annis xxii licet alii dicunt xii aliqui etc. Notandum istum Henricum secundum esse habito respectu ad Henricum superiorem. Finem in summum sancte fecit

c unradus primus nobilis dux ex gente francorum vir nepos superioris Henrici pervenit ad imperium auctoritate ipsius Henrici et opera electorum qui vir strenuus veniens in Italia coronatus est Mediolanum et Romam et siluit terra in conspectu eius. Sed tamen indignatus contra Archiepiscopum qui impugnaverat Mediolanum mortuus est anno imperii xv aliter dicunt quod imperavit annis xx

h nricus secundus gener Conradi predicti filius adoptatus ab eo fuit heres patrimonii et imperii potius facto et proposito. Hic fuit vir aptus imperio iocundus letus bellator qui Vandalos subegit conterminos Suevis Ungaros vicit Pandulphum principem Capuanum cepit multa dabat pauperibus expulsis ioculatoribus a curia. Cum itaque omnibus cum floreret imperio migravit a seculo anno imperii xvii. Relicto

nricus tercius secundi filius successit // sui nominis filio parvulo patri in imperio qui imperavit annis l inimicus glorie plurimorum virorum ecclesie hostis. Et propter multa mala gesta eius fuit electus Radulphus dux Saxonum contra eum quem tamen Henricus atrocissimo prelio vicit sed infelicem finem habuit. Nam filius eius assumpta corona imperii insurgens contra eum invasit ipsum bello. Et pater Leodii latens et pauper mortuus.

nricus quartus tercii filius arripuit patre // est excommunicatus imperium sub colore succurrendi ecclesie et imperio contra iura nature et et hominis. Et tamen fuit hostis ecclesie licet reconciliatus. Quo tempore claruit inclita comitissa Mathildis in Longobardia et Robertus Guiscardus in Sicilia. Hic Henricus mortuus est sine liberis cum regnasset annis xx.

Lotharius tertius qui et Luctarius dictus est cum magno consensu et concordia electus est imperator. Hic dux Saxonum sapiens et iustus fuit, antiquus devotus ecclesie, pollens divitiis et victoriis, magnus imperator feliciter annis undecim.

Conradus tertius nepos Henrici ex sorore qui imperium affectaverat contra Lotharium successit ei in imperio. Hic vir optimus passagium fecit collecta magna multitudine contra sarracenos. Et post aliqua preclara gesta virtute magna tamen consulto suorum inopia victualium multa milia suorum amisit. Et reversus in regnum obiit cum imperasset annis xv.

Fredericus primus nepos Conradi nepos Conradi filii defuncto patre suo Romanum suscepit imperium, qui de nobilissima domo Suevie vocatus est Barbarussa. Hic vir strenuissimus Mediolanum civitatem florentissimam cum auxilio Papiensium et multorum Lombardorum evertit. Sepe fuit infestus ecclesie et Alexandrum papam persecutus apud Venetias victus pacem fecit. Tandem cum iuisset in subsidium terre sancte suffocatus est in quodam flumine. Magnifice imperavit annis xxxvii.

Henricus quintus filius Barbarusse imperator post patrem qui fuit maritus Constantie magne filie Guilhelmi optimi regis Sicilie, pro cuius titulo insulam cepit, fuit strenuus et asper more patris et aliquando infestus ecclesie, mortuus in Sicilia et sepultus apud Panormum relicto Frederico filio infantulo et Philippo fratre suo ad gubernationem regni, cum imperasset annis vii et mensibus quinque.

Otto quartus dux Saxonie defuncto Henrico electus et coronatus est imperator cum magno favore Lombardorum, sed contra continuo contra mandata matris ecclesie occupat, contra quem electus est Fredericus secundus iuvenis cum auxilio Philippi tunc regis Francorum, quo tandem debellatus mortuus est Otto misere cum imperasset annis duobus, ideo non ponitur inter principes.

Fredericus secundus natus ex Henrico quinto et Constantia monacha vetula fuit potentissimus imperator dominus Sicilie Sardinie Hierusalem et Suevie, quo nullus magnificentior tenuit Romanum imperium a Karolo magno citra. Fuit armorum strenuus, linguarum peritus, rigorosus, luxuriosus, epicureus, nihil curans nisi vel credens nisi temporale, Malleus fatalis ecclesie, cum multis pontificibus bellum habuit, precipue cum Gregorio nono. Tandem vero Innocencio quarto Ianuensi excommunicatus victus et fugatus de Lombardia est nec sibi profuit potencia. Et Ecelini de Romano sperent rapidi confederati sui. Fredericus vixit annis lvii, imperavit annis xxx, male mortuus in regno Apulie in quodam opido Florentino prope a filio Manfredo et filius suus post eius mortem vacat imperium annis xxiiii.

Conradus filius Frederici secundi electus adhuc vivente patre post mortem eius regnavit annis quasi duobus. Sed Manfredus frater suus eius naturalis

venenato Conrado tenuit regnum Sicilie magnifice annis xiiii Et
Carolus senior victor Manfredi et Conradini nepotis eius regnavit annis
xvi Hic Conradus caruit imperiali benedictione ideo non dicitur imperator

odolphus Comes de Arnsberg genere Germanus post longam vacationem
imperii electus est rex Romanorum et confirmatus a Gregorio decimo
in favorem terre sancte Hic vir fuit prudens magnanimus in armis strenuus
iustus devotus timens clericis et pacificus Et sic licet regnavit xx annis numquam
visitavit Italiam ut minabatur implicatus multis agendis in regno
Germanie Nam regem Bohemie divitem et potentem dedignantem ad
obedientiam per durissimo prelio vicit Quo occiso dedit filio pacem et //

a dulphus Comes de Arasone //filiam suam in uxorem
genere Germanus in Romanorum regem electus est sed non benedictionem
nec coronationem recepit in Italia Hic fuit vir magnanimus contra
quem Albertus Rodulphi predicti filius insurgens ipsum bello vicit Nam
Adulphus magnis viribus sed consilio utens occisus est ad regressum armis //

a lbertus dux Austrie Rodolphi filius victo et occiso //supra
Adulpho electus est in Romanorum regem ab electoribus Et a
Bonifacio papa famoso petiit venire ad benedictionem et coronationem
Cui Bonifacius magnanimus tirannus sacerdos cum dicit ipsum indignum
imperio qui occiderat dominum suum proditione Adulphum in prelio Et tenens
coronam in capite et spatam ad latus dixit Ego sum Cesar In processu
firmissima concordia inter Philippum regem Francie et sic confirmavit
Albertum et vocaverat eum Hic Albertus cum regnasset annis x interfectus est
ab uno suo nepote filio fratris cum exiret de navi transito Reno

h enricus hoc nomine septimus genere Germanus parvus comes de
Lucemburgo factus est imperator et veniens in Italiam coronatus
Rome cum difficultate obsistente sibi sapientissimo rege Roberto hic
vir prudens iustus honestus catholicus dilectus omnibus sedavit plurime
discordias Almanie Alto animo disponebat reformare potestatem
Italiam ut sic abilius redimeret terram sanctam si fata permisissent Et
sperabat dominus omnium in brevi cum magno favore Lombardorum et Tuscorum
sed Bononia et Florentia cum quibusdam aliis obviaverunt sibi
unde opera Florentinorum ut fama fuit venenatus apud Boncolve-
tum castellum Senarum optimus imperator reddidit animam sanctissimo imperatori
Cum imperasset annis iiiior mensibus viii et diebus xviii vir magne prospe-
ritate magne delectus ad universitatem Anno domini Mo ccco xiii

Karolus quartus de Lucemburgo nepos supra scripti magni Henrici Iohanne
Bohemie rege filius imperator coronatus est Rome sine resistentia
Hic fuit vir parvus litteratus et multarum linguarum astutus ~~saxax~~ sagax qui
regnum Bohemie optime reformavit sed in Italia multas terras per se
sensus loco aquilam et Baculo in memoriale consistit potentatum veniens
opera et favore Urbani quinti terribilis omnibus primo apparuit sed
tutto cum magna pecunia sed ~~mato~~ maiori in fama reversus est ad propria

Similis imperator mortuus est senex cum regnasset annis

Wenceslaus supradicti Karoli filius vivente adhuc patre electus imperator adhuc regnat. Hic iuvenis robustus venator quam studiis sit cupidior. cum minetur se venturum ad Italiam sed non veniat. spero tamen quod si non vincis laude patrem suum Galeaz comes Virtutum in terre Sprabay cum constantia fama per Cesarem vix sufficeret ad compescenda mala quibus misera lacessatur Italia temporibus nostris. Sic imperium orbis olim usat ut illud quondam potens venerandum gentibus et regibus Romanum imperium consignatum in tribus seculis. Cui nichil olim defugit nisi modicum orientis, nunc prodolor nichil possideat nisi modicum occidentis.

Explicit libelli Augustalis domini Francisci Petrarce de Florencia Anno domini
Millesimo cccc lx viii

Inter homines divinis inspiratione virtutibus omnem arrogantiam adulatorum despiciunt. Sentio quod ut imperitia vite dominacionis scite per ego simplex et peritus incepti arrogancie vicium declinem, illaturus esse stilum intendere vellem ornatis sermonibus in hoc scripto simul narracionum contextus ne etiam adulacionis maculam contraham consuetam benivolencie captacionem in hoc prohemio pretermitto. Si enim sinceritatem vite prerogativas et vita laudibus congruis extollerem. Et ideo presentis vite benignitatis sed non simulatoris de intrinseca fallacia neque narrantis providat simplicitas non personarum effectum sedentis respiciat. mee insulsitatis imperitiam et audaciam quam amoris ~~impatie~~ impaciencia et zelus domus dei tacere non permittit arguens cum puto inepto aliquid ut incomposito promere quod verum sit et utile quam velud tamquam mutus penitus non loqui aut stomacanta facundia quicquid fingere quod sit plus inutile sive nocivum. Preterea ipse pater ego superans in rubrica nomen meum exprimo non ad ostentacionem aut iactanciam ut quidam assolent, sed ut cognita scriptoris imperitia scripto fides adhibeatur dumtaxat quam constituit ex ipsa rei evidentia ut ex scriptis autenticis aliorum.

Nuper itaque vacante sede per mortem sanctissimi patris domini mei pape tercii. Dum ego indignus peccator in civitate Viterbiensi sacratissimum corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi confecerim, habui pre manibus librum in usus ad hec de capella Romani pontificis commodatum. et cum ad illud locum pervenissem ubi sancta ecclesia catholica orare consuevit pro Antistite et pro rege ac aliis eius orthodoxis. memoriam quidem inveni Antistitis ut oportuit, sed regie dignitatis memoriam non inveni. Neque hoc casu aut scriptorum negligencia factum esse arbitror cum eundem defectum in libris religiosorum et secularium clericorum alias tamen in urbe et extra similiter invenissem. Quo viso vehementer obstupui recogitans qualiter olim dum Aufenich esset vetus sacerdocium et novum in theatro, illi qui tunc esse debuerant peculiaris dei populus viri indeet eorum summi sacerdotes ad eam devenerant dementiam ut principibus suis clangentibus in passione filii dei vererentur possent dicere Regem non habemus nisi Cesarem. Eodem modo timui et timeo quod in Romana ecclesia ad eum statum perveniet ut etiam possent dicere Regem non habemus nisi pontificem. Tunc fortassis ventura sit in clericos qualem antea venisse cognovimus in Iudeos. Sed tutius puto tacere quia de hac memoria materia plura loqui timidus audeo advertere quod idem deus qui creavit celum creavit et terram qui creavit solem creavit et lunam qui creavit marem creavit et feminam qui creavit superiorem creavit et inferiorem bonas portionem. Et quemadmodum Romanorum aquila una non volat ala sic ecclesia neque Petri navicula inter huius seculi procellas et turbines uno remo ducatur in directum. Et columba que tamen habet unam alam non solum avibus celi sed bestiis terre nullam signum ad inextinguibilem ordinatam et diuturnam vitam habet. Hinc est quod ego de huius penitus inscius et inexpertus cum verecundia et tremore offerre presumo dominationi vestre pater sancte quendam scriptum viri doctissimi et venerandi magistri Jordani Canonici Osnaburgensis quod ipse ad petitionem quorundam amicorum suorum de prerogativa Romani imperii edidit orans et deprecans dominum Ihesum ut in persona vestre pietatis et mee parvitatis officium habeat versiculus ille psalmi in quo propheta orat dicens Iocundum sit illi eloquium meum ego vero delectabor in domino.

m ultipharie multisque modis olim deus universorum in diebus sue carnis dignatus est honorare Romanum imperium dando in semetipso exemplum tamquam dominus et magister romanum imperium ab omnibus fore honorandum. Honoravit quidem dominus Cesarem sive regem romanum mundum ingrediens in mundo progrediens et mundum egrediens virga mundum eius. Primum tamen ingrediens honoravit in duobus romanum imperium. Primo in hoc quod ipse sui adventus per ipsum Cesarem totum orbem pacavit ut pro primus dum proxima pax esset in universa terra ad signandum quod ipse esset pax nostra. Et per eum ut dicit Apostolus ad Colossenses reconcilianda erant omnia que sunt in celo et in terra unde per hoc prevenit prodigia vel indicia future reconciliationis super terram auferens bella usque ad fines terre. Et alibi oritur in diebus eius abundantia pacis. Secundo ingressu suo dominus approbavit et honoravit romanum imperium mox ut natus est se censui Cesaris subdendo ut Augustinus in Glosa super Evangelio Luce sic dicit Humilitas commendatur quod non solum incarnari voluit sed et illo tempore in quo natus est mox censui Cesaris subderetur. Natus est enim in diebus professionis qua de singulis ibat in suas civitates unde omnis erat ut profiterentur tributum suum censui et regem. Sic ergo dominus mundum ingrediens dupliciter honoravit cesarem sive Romanum imperium et universum orbem ministerio cesaris pacando et censui Cesaris se subdendo. Item dominus in diebus sue incarnationis tamquam progrediens in hunc mundum romanum imperium dupliciter honorat. Primo quia dedit ei tributum pro se et pro beato Petro ut legitur Mathei xvii capitulo. Secundo Cma non solum tributum ei dedit sed ei dare precepit Mathei xxii capitulo Reddite cesari que sunt cesaris. Augustinus super hoc

dicat censum et tributum. Sic dum egressurus hic approbavit et honoravit
cesarem sive Romanum imperium primo dicentibus apostolis Ecce duo gladii hic
aliud ut dicitur Luce respondit Satis est. Ecce quomodo duo gladii qui
duas potestates signant in hoc proposito scripto sunt. Et quod est dicere satis est
nisi sufficit et non deest potestati quorum unus est. sua ipsius voce potes-
tatem sacerdotalem et potestatem imperialem que tunc maxime videbat-
ur modo sufficere et ei competere ad regimen tam spiritualibus quam imperialibus
ut dicere videtur Gelasius papa dicit Duo sunt quibus mundus principaliter
regitur pontificalis auctoritas et regalis potestas. Hee sunt principales potestates
per quas deus disponit et distribuit iura humano generi ut genus humanum
per iuris regulas ad vitandum malum et ad faciendum bonum salubriter
informetur. Secundo dum morte sua instante approbavit et honoravit romanum
imperium. Dum enim Pilatus iactaret se de potestate quam habet in eum et diceret
ei. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te et dimittere. Dum ut dicit Johannes
respondit Non haberes potestatem adversum me ullam nisi datum esset tibi desuper. Quod
duobus modis secundum glosam exponitur. Uno modo sic desuper i. a deo quia non
est potestas nisi a deo. Vel desuper i. a Cesare qui Pilatum prefecerat in presidem.
Unde super verba illa Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Dicit glosa
Iudei terrent Pilatum a Cesare quia non potest ut auctor potestatis sue
primarium. Cesar autem fuit auctor sue potestatis secundum hunc poster-
iorem intellectum. Dum in verbis istis multum commendat imperium vult
enim potestatem Cesaris aliis potestatibus preeminere et ipsas sub eo contineri.
Quod est potestatem Cesaris dare desuper i. dari ab eo. cuius potestas super-
eminet et alias potestates inclinat tamquam inferiores et minores com-
prehendit et includit. Tertio dum non solum honoravit sed honorat romanum
imperium in hoc quod Romano imperio stante et durante non veniet
homo peccati filius perditionis antichristus ut legitur ad Thessalonicenses c° ij
ut dicit apostolus Qui tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc ~~reue~~
revelabitur ille iniquus quem dominus interficiet spiritu oris sui. Super verbis
istis apostoli dicit glosa Quod apostolus in verbis istis Qui teneat Romanum
imperium designat quo destructo veniet Antichristus. Vel romanus imperator
qui romanum imperium sive mundum tenet teneat de rege ad regem
successive donec romanum imperium penitus auferatur de medio. Cum
fieri est de communi appetitu hominum auferri. Augustinus in libro xx de civitate dei
super hiis verbis apostoli sic dicit. Illud quod ait apostolus tunc ut qui modo
tenet teneat donec de medio fiat non absurde de Romano
imperio creditur dictum tamquam dictum sit tunc Qui modo imperat imperet
donec de medio fiat i. tollatur de medio. et tunc revelabitur ille in
quo quem signari antichristum nemo ambigit. Magnus honor est
Romano imperio quod dominus in hoc ceteris regnis ~~privilegii~~ privilegiare
dignatus est quod non veniet antichristus et membrorum eius adversarius
nisi prius romanum imperium penitus sit ablatum. Ablato autem romano
imperio erit tribulatio tanta et talis qualis et quanta ut legitur in Matheo

et aperto non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet. In diebus enim illis
tunc abundabit iniquitas et infidelitas ut in errorem inducantur si fieri
potest et electi. Licet huiusmodi tribulationes gravissime et maxime ipsa hora videbuntur
tempora pacis fuisse. Verum psalmus dicit in diebus domini iusticia et abundantia
pacis donec auferatur luna, i. romanum imperium, quod per lunam designatur. Unde
Apostolus Thimotheo scribit: Hoc autem scito quod in diebus novissimis instabunt
tempora periculosa. Et dicit instabunt quia prius non fuerint periculosa. Et durabit
illa tribulatio tribus annis et dimidio, ut dicitur in glossa super Matheum et Marcum
et colligitur hoc in Apocalypsi Johannis et Daniele. Sicut autem Christus deus et rex
omnium in ipso romano imperio honoratur, ita beatus Petrus, cui deus ecclesiam suam
regendam commisit, honorari precepit in epistola sua dicens: Deum timete et
regem honorificate. Utinam Germani, ad quos modo regnum est translatum
et quibus ecclesie Romane regimen est concessum, saperent et intelligerent et
novissima providerent. Utinam saperent iustitiam et intelligerent et inspicerent et
regem quem deus ei loco iusticie posuit reverenter intenderent ei quod sit
dei ministro honorem debitum exhiberent. Utinam exaltati per romanum imperium
et dilatati magnitudine honorum in eos collatorum intelligerent et non
essent ingrati. Ut propter propositum hii ad quos pertinet ius et potestas
eligendi regem imperatorem per quem modum providendum pericula que venient
sublato romano imperio providerent. Dum enim sublatum fuerit romanum imperium,
tribulatio tanta fiet in mundo quod nisi dies illius tribulationis fuerint abbreviati
non fiet salva omnis caro. Utinam ergo Germani ad quos et in quos imperiale
regimen est translatum huius regni quod deus posuit in prodigium super terram novissima
providerent et sublationem eius pertimescerent. Licet enim necesse est ut veniant scandala,
ve tamen illis per quos sunt scandala ventura. Et attende quod Treverensis
et Coloniensis et Maguntinensis civitates et diocesis populi sunt Germani. Et
eorum archiepiscopi tenentur regem eligere adiuncto comite palatino,
qui dicitur comes pallatinus a pallatio quod est in civitate Treverensi, quod olim
fuit domus regum, a qua dicebantur maiores domus qui modo dicuntur comites
pallatini. Et hii populi dicuntur Germani quia de eodem germine
orti fuerunt cum Romanis, utrique de Troianis, Enea scilicet primo iuniore,
vel dicuntur Germani quia de Romanorum germine germinati. Julius enim imperator
illam terram Romano subiecit imperio et eam romanis habitatoribus occupavit.
Et postquam debitus ordo requirebat ut sicut Romani tamquam maiores sacerdotium,
sic Germani tamquam iuniores regnum obtinuerunt. Ceterum autem rex Bohemie,
dux Saxonie et comes Marchie ad regis seu imperatoris electionem
sunt vocandi. Hoc per modum propter quandam necessitatem de qua in Germanos
que facta est sub Karolo rege magnifico. Bohemi et Saxones autem non
erant in fide novelli, erant tamen novum quam antiquum. Veritus non
sit ne prius romanum imperium destruatur. Indubitanter omnes illi qui dant
ad hoc operam ut sit non imperium quantum ad hoc sunt precursores et nuncii
antichristi. Caveat ergo Romanorum et eorum pontifices ne peccatis et culpis exigentibus
iusto dei iudicio imperium ab ipsis auferatur. Caveant

nichilominus spirituales et principes Romani, ne ipsi per ambitionem temporalis potestatis iura et possessiones imperii vendicarent et usurparent. Tamen sicut scriptum est: Necesse est ut veniant scandala, ve autem illis per quos scandala fuerint ventura. Et vere necesse est quod tantus ardor dotandi et huiusmodi tot eorum excecabit ut nec facere velint veritatem quam noverunt, nec ab aliis audire quam ignorant, sicut scriptum est: Oculos habent et non videbunt, aures habent et non audient.

¶ Verum autem quidam huius temporis clerici et laici litterati et prelati, qui annales principum et gesta veterum ignorantes, et Gallicorum, Germanorum, Francorum et Francigenarum originem et differentiam nescientes, ex pio indignationis inflati huiusmodi tam in corde quam in ore faciunt questionem: Quare summus pontifex per manum magnifici Karoli Romanum imperium de Grecis transtulit in Germanos, populum tam rudem et incompositum, qui nec se ipsos vel in ornatu vestium nec eorum in moribus componere sciunt, quomodo regere totius ecclesie gubernabunt. Et ideo utique imperium remansisse debuit apud Romanos, vel si transferendum fuit, tunc transferri debuit potius in Gallicos, presertim cum ipse rex Karolus fuerit rex Francorum et Gallia sit hominibus qui omnibus conspicuis multo sunt ceteris hominibus precellentiores. Ne igitur propter huiusmodi cogitationis suggestionem et persuasionem humana temeritas immutare presumat statum sacri imperii, quod non est dubium secundum spiritus sancti ordinationem fuisse et secundum congruentiam morum humanorum gubernari et disponi, videtur expedire ut quedam antiquitates ex multorum scriptis collatione recitentur ad monstrandum et declarandum quod non eventu vel casu fortuito, sed magna sententia principum factum est sollerter, ut Romanum imperium non apud Romanos permanere debuerat nec transferri in Gallicos, sed potius in Germanos. Unde primo dicendum est de Gallicis, postea de Germanis, Francis et Francigenis, et tandem quorundam regum nomina et gesta summarie et compendiose perscrutari, ut per hoc appareat veritas proposite questionis.

¶ Sciendum est igitur quod Gallia large sumendo est Europe provincia magna, habens in medio Alpes Italie in oriente, in occidente fines Hyspanie et in aquilone mare Britannie et Frisie. Et hec Gallia tripharie dividitur, videlicet in Galliam comatam; illi enim Gallici quadam vili negligentia comam crescere permittebant. Et ab hiis sunt quondam Lombardi orti sunt. Et in Galliam bracatam; isti siquidem Gallici ornatui tegumentorum laneorum et lineorum plurimum intendebant. Et dicuntur Gallici secundum quosdam a candore corporis; Galla enim grece latine dicitur lac. Et hanc compositionem vocabuli ego reprobare non debeo tamquam ab antiquis traditam. Verum est quod respectu Hyspanorum vel orientalium inveniuntur corpore aliquantulum albiores, re tamen contrarientur Germanorum, videlicet Saxonum et Anglorum, nullatenus a candore corporis dici possunt. Salvis igitur dictis antiquorum videtur quod non incongrue Gallici dicantur propter proprietates quas habent cum gallo communes, que sunt undique triplices, videlicet male, bone et optime. Proprietates itaque galli male sunt iste: superbus, clamosus, luxuriosus, inconstans, pugnax adulter et pugnax ad patrem. Unde Gallici qui has proprietates habuerint sciant se

clam ut palam de vili gallorum semine traxisse originem Proprietates vero boni
galli sunt iste. pulcher corpore sed ~~plus~~ pulcrior plumatus i. vestitus quam
undique audax hilaris amatiuus et liberalis Et Romani quique gallia
has proprietates habuerunt de nobili prosapia gallorum processerunt vel bona
conpetencia in eis naturam inmutat viliorem Porro hee sunt proprietates galli
optime cristatus vigilans se pre aliis cantans gallinas i. subditos suos
bene regens et fovens et granum quod palea eruens et illud primum eis
distribuens hee sunt proprietates spirituales et mistice quibus preditus pollet
boni et ydonei prelati gallicani Et de interpretatione gallie et gallorum
De eo sciendum quod post troie destructionem // dicta sufficiant

Eneas et Priamus iunior et magni Priami nepos cum troianis
et magno exercitu progentes affricam pervenerunt ad Ytaliam in qua
Eneas cum suo populo regnum cepit instituere huius vero nota hystoriam
Priamus vero transiens in galliam illam vero gallicos qui super Reni littus mo-
rabantur de finibus illis expulit et usque occidentem retrocedere coegit ubi
quoque municiones et castra instituens Troiam videlicet minorem que nunc Xancten
dicitur et veronam que nunc Bonna nuncupatur. Dictus celibes co-
iuges accepit cum suo exercitu de mulieribus theotonicis eo quod essent corpu-
lente et habiles ad prolem fortem propugnandam. Processerant enim a theo-
tona gigante a quo theotonia nuncupatur Et cum eis mulieribus
filios et filias genuerunt ac ipsarum ydioma didicerunt Tandem reliquus
exercitus Priami cum Treuerensibus pacem firmantes et amiciciam ibi sedem
regni illius primam i. gallie posuerunt Est autem Treueris civitas
gallie comate ut palam legitur omnium civitatum et regnorum europe totius anti-
quissima condita enim erat circa annum nativitatis abrahe a Trebeta filio
Nini qui semiramidem novercam suam fugiens ne cum ipsa incestum ~~faceret~~
committere cogeretur ad illas partes devenit ibique civitatem constituit quam
proprio nomine treuerim nominavit Exercitus enim Enee qui in Italia
apud latinos resederat istos populos videlicet exercitus Priami qui galliam occu-
paverat lingua latina germanos appellabat Eo quod illi et isti de eadem
gente processerunt Tandem cum hii germani multiplicati essent miserunt partem
exercitus in Thuringiam ultra Renum qui ibidem similiter regnum instituentes
multo tempore habebant reges crinitos quorum unus erat Basinus de quo in-
fra faciam mencionem Et propter has causas successu temporis tota theotonia
tamquam a digniori germania est vocata salvis aliorum descripcionibus qui
dicunt germaniam terram esse a meridie et eam esse dictam a germinando
cum tamen illis realis veritas contradicere videtur. Postremo cum regnum
romanorum adeo esset dilatatum ut fere eis totus mundus subderetur venit
Julius cum Romanis illam terram videlicet primam germaniam et totam galliam
subiciens et ibidem quam plura castra et civitates edificans totam terram
Treuerensem Coloniensem et maguntinensem dictis Romanis habitatoribus
occupavit Antiquam germaniam inter Renum et illos populos relinquendo
post ea autem quidam populi qui alani ut almani dicti sunt se romanis

opponebat. Unde contigit edictum a senatu et populo Romano ut quicumque illos Alanos
compescerent, Franci, id est liberi, essent a tributo per decem annos. Quo audito Germani
tam propter Germanitatis amorem quam propter libertatem consequendam Alanos in
exercitu copioso sunt aggressi, et ipsos iterato Romano imperio subdiderunt. Ab illo
tempore Germani prefati Franci, id est liberi, sunt vocati. Et propter hoc usque in presentem diem
populus ille privationes, exactiones, violentias, decimas et tributa solvere
dedignantur, quia per huiusmodi similes conditiones in aliquo sue libertati derogetur. Isti vero Franci Germani ut Gallici comati, que omnem magnam
gentem dominant, cum nimis germinasset quod terra illa eos commode capere
non posset, miserunt miliciam versus orientem ultra Renum, qui usque hodie
Franci orientales, et eorum terra Franconia nuncupatur. Et isti Franci orientales cum Francis Germanis in ydiomate theotonico concordant, licet illi
grossiori et isti minori pronunciant, sed habitu vestium et aliis moribus plurimum
discordant. Aliam vero partem milicie miserunt versus occidentem super Secanam
flumen Gallie famosum, qui ibidem cum mulieribus Gallicis coniugia contrahentes
filios et filias genuerunt, et eorum mores et linguam didicerunt,
Francigene et usque nunc Francigene, quasi a Francis geniti. Et eorum terra Francia nominatur,
a Germanis sive Francis ydiomate discordantes, sed quo ad ceteros habitu fere
conformes, hoc excepto quod Francigene cultui vestium et aliis moribus iuvenilibus, sicut torneamentis, cantilenis et ornatui capillorum, tanquam iuniores
vacant et dant operam. Franci vero tanquam seniores exercitio seriosiori, sicut
bellis et discordiis, plurimum occupantur, in hoc morem Germanitatem
quodammodo imitantes. In ista igitur provincia que Gallia dicitur et
nunc a Germanis et Gallicis et Francigenis possidetur quandoque unum quandoque plura
fuerunt regna, aliquando simul aliquando successive, sicut nunc est et diu fuit in
Hyspania, ubi licet plures sint reges, tamen omnes dicuntur reges Hyspanorum.
Et hec diversitas regum et regnorum multas facit diversitates et confusiones
in scripturis que gesta et antiquitates Gallicorum et Francorum descripserunt,
inveniuntur hystoriis hic nova imponentes. Propterea sciendum quod a Pharamundo
usque ad Hyldericum omnes principes et Germani reges etiam Gallicorum,
Germanorum seu Francorum gentiles erant et pagani. Cum Hyldericus rex
Francorum nimis esset lubricus et luxuriosus, Francorum corrumpit filias et uxores
violavit, propter quod se erigentes cum regno quendam alium Valuanum nomine
in regem erexerunt. Hyldericus vero ad Basinum regem ~~Thur~~ Turingie
suum avunculum confugit, ibique moram faciens Basinam Basini uxorem
illicito contubernio clam cognovit. Post viii vero annos mortuus est Valuanus,
et Franci Hyldericum revocaverunt, quem Basina secuta est Basino derelicto,
et successu temporis concepit et peperit filium quem Clodoveum
nominavit. Hunc Clodoveum sic de adulterio gentilium procreatum beatus Remigius
Clodoueus baptisavit. Secundum alios istius nepos suus fuit baptizatus. Et ab isto Clodoveo
Goldoueus omnes reges Francorum christiani erant, et continua successione hereditaria
usque ad Hyldericum ultimum processerunt. In illo tempore reges frequenter habitabant
in Gallia togata, videlicet Remis et Parisius, eo quod Gallia peligica ad pre-

diaconum sancti martini discipuli sancti petri ad cultum divinum sed eidem commissa
erat reges non curaret sed sub suis maioribus regebatur. Sub hylderico
hic pipinus grossus secundus fuit post regem et dicebatur maior domus ex
domus regia que nunc est pallatium Treverense a quo palladio modo dicuntur
comites pallatini qui ~~tunc~~ olim maiores domus dicebantur. Hic autem
hildericus rex erat homo preclarus non habens mores regales et omni die
trahebatur ad theatrum et spectacula in vehiculo bubulis et semper
eodem apparatu vestium utebatur. Pipinus autem maior domus vir per omnia
militaris et strenuus regnum solerter et legaliter gubernabat. Sub eodem
hylderico unde factum est ut ad procurationem dicti pipini grossi papa
barones et fideles regis ab ipsius fidelitate absolveret. licet in cronica qui
hilderico destituto pipinum in regem elegerunt. licet alii de pipino nano
ista scripserunt quia ipse pipinus nanus rex erat consecratus. Alii vero duo
pipinus grossus et karolus martellus non fuerunt consecrati

P Pipini vero maioris domus principale domicilium erat in colonia
agrippina in loco ubi nunc est monasterium quod dicitur sancte marie
in capitolio. Hic siquidem plectrudem dicti pipini grossi ~~fundat~~ coniux fun-
davit in honore genitricis dei. ibi quoque conventum monialium congregavit et
ipsum locum multis divitiis et ornatu regio sublimavit. Ibi quoque et post mortem
voluit sepeliri. Tandem prefatus pipinus coniugem suam plectrudem
per tempus deseruit et illicito contubernio alpardi adhesit. Super quo dominus
beatus lampertus tungrensium et traiectensium episcopus eum ipsum pipinum arguerat
dodo dux ordine frater prefati alpardis sanctum dei lampertum interfecit. Quo
audito rex pipinus sui precepti videlicet quod pro suo peccato sacerdos martirium
sustinuisset rubore et verecundia confusus reversus est coloniam ad plectrudem
coniugem suam legittimam alparde concubina derelicta. Cum autem alpardis
peperit cucurrit nuncius ad regem nuncians nobiles et cum coniuge sua sedentem
dixit. vivat rex quia karl est. sub hoc vocis tegumento innuens quod
alpardis sibi puerum filium genuisset. Est autem karl lingua germanica
vel theotonica homo robustus habens magna membra. Credidit rex bonum
nomen est karl. Iste fuit pater karoli dicti martellus qui expulsis filiis
legittimis patris sui dragone germoaldo fratre successit in regno. Erat
autem iste tyrannus multa clero et ecclesiis dampna et iniurias inferens
propter quod accidit ut dum ipse moreretur papa sompniat in urbe quod karolus
martellus rex francorum corpore et anima duceretur in infernum. Misit ergo
papa nuncios ad episcopum aurelianensem qui aperto monumento serpentem inve-
nit mire magnitudinis corpore non reperto. Iste karolus genuit pipinum
nanum qui dicebatur parvus quia quidam nanus videbatur. licet alias esset corpore
mediocris. Pipinus vero nanus consecratus fuit a sancto bonifacio archi-
episcopo maguntino. Quia illo tempore quidam tyrannus milo nomine Treverensem
et remensem episcopatum sibi usurpabat. Et duxit in matrimonio Terbergam
sororem michaelis imperatoris romanorum. Erat autem tempore illo
romanorum imperium adhuc apud grecos. Cum qua Terberga pipinus

m

Carolus magnus iste pipinus primo germanos ab infestacione Romanorum
liberavit et Romanam ecclesiam multis diviciis et devotis obsequiis sublimavit
Anno defuncto Caroli magni filius successit ei in regno ut quidam dicunt
sue etatis Anno xviii Accidit autem iterato ut papa auxilium grecorum et imperatoris
advocaret contra regem lombardorum qui scilicet illo tempore Romanos et ecclesiam
impugnabat et dum greci hoc vice Romanis auxilium denegarent dicentes
Vos ipsa defendite vosmetipsos vel restituite nobis ipsa et defendemus
ut tenemur Tunc iterum papa et Romani habent recursum ad Carolum filium
pipini et imperatoris grecorum consanguineum qui defectum supplens auxilii
sui imperatoris lambardiam cum francorum ~~exercitu~~ exercitu copioso est ingressus
et ipsum regem deduxit ad franciam Et tunc primo proclamatus est in patricium
Romanorum Postea vero papa grecis imperium abiudicans ipsum Carolum in Roma
imperatorem et ut dicitur reverenter consecravit Anno regni sui duodecimo
Imperavit autem annis xlii Et etatis sue Anno lxxii mortuus et humatus
aquisgrani ubi sui sancti nominis memoria quolibet anno sollempniter
festivatur Unde quicumque scire desiderat istius sancti viri virtutum insignia et
qualiter in regno huius seculi societatem meruit Angelorum ad prefatum
locum aquensem transeat ibi quod gestorum eius merita perlegat laudes deo
omnipotenti referat qui gloriosum christiani nominis propugnatorem Carolum
prodigiis et miraculis tam in vita quam in morte multipliciter honoravit
Verum qualiter dicti regnum francorum divisum fuerit in franciam in
lothringiam et in germaniam et qualiter lothringia devoluta fuerit
ad germaniam et quomodo alius frater fratrem et consanguineus consanguineum
de regno suo deturbavit et multa alia regnorum illorum gesta tamquam imperti-
nentia pretermitto presertim quia multa de hac materia diversa et contraria
scripserunt circa gesta unius regis ut gentis ad honorem vel iniuriam aut
ex ignoranciam aliis attribuentes que omnia discussioni legencium
committo nunc revertens ad propositum principale

Credendum est igitur quod sanctus Carolus magnus imperator de consensu et man-
dato Romani pontificis ordinacione divinitus inspirata instituit
et precepit ut imperium Romanorum apud electorum canonicam principum
germanorum imperpetuum resideret Non enim convenit sanctuarium dei id est regimen
ecclesie iure hereditario possideri considerans quod ipse de genere Regum
germanorum quasi directa linea processisset Et quod eius pater suus pipinus primo
et ipse Carolus postea per francos et germanos auxilium romanam urbem et
ecclesiam de lombardorum infestacione liberasset Sunt hi autem principes germanie
Archiepiscopus Treverensis qui est Archicancellarius gallie Et Archiepiscopus
Coloniensis Archicancellarius Italie Archiepiscopus Maguntinensis Archi-
cancellarius germanie id est totius Almanie et comes pallacii Reniensis
a quo et maiores domus dicebantur a qua dignitate progenitores
Caroli originem traxerunt principalem vel recognoscerent cum nobili-
tatis imperatorum posteritas nulli ad homagium vel obsequium aliquod
teneretur nisi regi suo hereditario iure compensatori regnum

exaltati adiecit studium philosophie et liberalium artium quod ipse de urbe Romana
in civitatem Parisiensem transplantavit. Et est notandum quod debitus et
necessarius ordo requirebat ut sicut Romani tamquam seniores sacerdotio sic
Germani vel Franci tamquam iuniores imperio et ita Franci-
gene vel Galli tamquam perspicaciores scientiarum studio dotarentur et ut fidem
catholicam quam Romanorum constantia firmiter tenet illam Germanorum
magnanimitas imperialiter teneri precipiat et eandem Gallicorum argutia
et facundia ab omnibus esse tenendam firmissimis rationibus approbet et demonstret.
His quidem tribus scilicet sacerdotio imperio et studio tamquam tribus virtutibus videlicet vitali
naturali et animali sancta ecclesia catholica spiritualiter vivificatur augmentatur
et regitur. His etiam tribus tamquam fundamento pariete et tecto eadem ecclesia quasi
materialiter perficitur. Et notandum quod sicut ecclesie materiali unum fundamentum et unum tectum
sufficit sed unus paries non sufficit sic sacerdotio una sedes principalis
videlicet Roma. Et studio unus locus principalis videlicet Parisius sufficit. Sed
imperio quatuor loca sedis sue ordinatori nomine attributa que sunt
Aquisgranum Arelatum Mediolanum et urbs Roma. Studeat igitur illi quorum
interest ut hec domus integra maneat et intacta neque absit parietibus
dissolvitur enim ille Antichristus et sui precursores inveniunt aditum quo preter hostium
et gregem inficiant sine pastore. Verum attende quod notato reges Francigenarum
se faciunt tamquam a dignioribus reges Francorum appellari. Et sic iam tota
Gallia nomen trahens a regibus Francorum usurpative Francia appellatur. Gens enim illa
est tanto sui ipsius amatrix ut proprio nomine suo quod est Gallici repudiato de
Francorum nomine glorientur. Nemo enim Gallicus dicere potest Gallice Ego sum
Gallicus. Et sicut reges Francorum vel Germanorum quod est unum tamquam a superiori
reges vel imperatores Romanorum appellari volunt. Illi autem qui usque ad
hoc tempus Francorum dicebantur non sunt dicti reges Francorum a Francis orien-
talibus qui sunt homines grossi et incompositi neque a Francigenis occidenta-
libus qui sunt homines delicati et compositi sed a Francis Germanis qui in habitu
exteriori a Francigenis et in moribus a Romanis non multum discordant.

Sciendum est etiam quod post discessum vel transitum sancti Caroli aliquibus temporibus
imperatores Romanorum de [illegible] et de regno Francorum et non
aliorum aliunde principes Germanie sunt electi. Et quod legitur in multis locis
ille vel ille rex Francorum et imperator Romanorum talem vel talem filium sibi
substituit imperio hoc totum est intelligendum factum fuisse de electorum principum
et consensu. Postremo vero surrexerunt quidam reges Francorum qui si-
bi in [illegible] suis curiositate presumebant sacrum imperium non secundum canonicam electorum
sed quasi iure hereditario possidere et super eo per successionem contendere. Unde
factum est ut imperatores tales a defensione reipublice Romanorum et protectione
sancte ecclesie torpescerent. Et insuper ecclesias quas eorum progenitores fun-
daverant et multis possessionibus ac privilegiis dotaverant invaderent
et turbarent a vestigiis patrum suorum penitus deviantes. Propter quod principes
Germanie electores imperii dedignantes de domo illa ulterius imperatorem
recipere vel eligere noluerunt. Et si aliquo tempore vacabat imperium licet

ut predictus rex Francorum de se faceret imperatorem. Sed notandum hoc Lombardi
sentientes quod olim a Carolo magno regia dignitate essent privati
fuerant et Romanorum imperio consecrati, ad tantam se converterunt audaciam ut
sibi aliquos reges de facto eligerent, quos non solum reges sed etiam imperatores
non timuerunt appellare. Propter horum insolentiam Germani principes tractaturi
super habendo electionis iure suo et de reformatione sacri imperii generale consilium
habuerunt cum principibus et nobilibus Saxonie, eo quod ipsi nobiles de gente
Francorum orti essent. Sicut enim Carolus diu cum gente Saxonum pugnans
gladio materiali quam spirituali ad fidem Christi convertisset et eos nulla arte
aut potentia multo tempore tenere potuisset quin frequenter sicut fere bestie in regis
absentia in gentilitatis redirent errorem, ipse de populo Francorum viros
elegit catholicos maiores medios et minores, quos circa Renum
media transplantatos distribuens statum et condicionem requirebat, et pariliter
consilem numerum de populo Saxonum traduxit in Franciam, instruens eos quibus
ibidem etiam redditibus et possessionibus providebat, ut sic Franci in Saxonia
fidem Christi colerent et Saxones in Francia eandem fidem colere cogerentur.
Propter hanc itaque causam super statu imperii Germani a Saxonibus tamquam
a suis fratribus consilium et etiam auxilium requirebant. Consensu itaque
unanimi et voluntate concordi decretum extitit inter eos ut ab illo
die inantea principes Saxonie, videlicet ipse dux et comes Marchie, de
imperatoris electione cum principibus Germanie interesse tenerentur. Cum
igitur processerunt ad electionem et in nominata sententia pari gloria quendam Henricum
ducem Saxonie in regem Romanorum sibi concorditer elegerunt.
Cui quam magnifice et imperiose Francorum regibus et Lombardis
super Romanorum imperio perpetuum silencium imposuerunt et qualiter ipse terram
illam que inter Mosam et Renum Lothringiam appellavit et eandem
terram cum tota Alemannia regno Francorum auferens imperio Romano
univerit et quam multis de muneribus et honoribus Romanorum pontificum et
ecclesias Dei in Italia Germania confirmaverit, quia in multis scriptis
sufficienter exprimitur non oportet narrari. Porro ab isto tempore per multos annos plures
de domo ducum Saxonie imperatores eligi consueverunt propter predicti Hen-
rici et quorundam suorum successorum strenuitatem et benignitatem quam semper
infideles et sanctam ecclesiam defendebant. Tandem etiam de illa provincia reges
exierunt qui propter ferocitatem et tirannidem Romani imperii indigni
fuerunt. Unde factum est ut domus ducum Saxonie non solum imperio verum
ipso ducatu et omni dignitate principatus per invidiam principum similiter priva-
rentur. Archiepiscopus siquidem Coloniensis Philippus nomine similiter impera-
toris Henrici et principum invitatus ad hoc exiguus Saxoniam intravit
cum exercitu Germanorum fidelium suorum videlicet tribus milibus militum electorum
exceptis armigeris equitibus et exercitu pedestri cuius non erat numerus
et hoc uno tribus annis continuis Henricum ducem patrem Othonis
imperatoris ultimi cuius crudelitatis verbum fecit mencionem qui utique
regem Anglie potestati et viribus antecebat impugnans ipsum penitus

exterminat marito potenti ducatum Westfalie et ducatum olendie Hangarie sibi auferens, quos ducatus ecclesia Coloniensis usque in presentem diem possidet et per Dei gratiam in perpetuum possidebit. Translato itaque imperio de heredibus serenissimi principis Henrici primi imperatoris culpa eorum sive culpis exigentibus electores vota sua in Fredericum quendam nobilem de Suevia direxerunt, post ipsum quosdam de suis successoribus heredibus in reges eligentes. Sed utrum dictus Fredericus per se vel primo virtute vel vitio electorum gratiam meruerint, nescio. Sed hoc scio quod ab illo tempore imperatores parum vel nichil operati sunt laude dignum vel vituperio de pleno consilio et auxilio principum Germanorum, immo per Suevos, Bavaros ac ulteriores Almannos imperium gubernare laborabant. Ita ut deinceps non regnum Germanie vel Theotonie seu Romanorum sed Alemanie vulgariter nuncuparetur. Et ita sub Suevorum imperio potestas et auctoritas imperialis augeri desiit et vehementer decrescere incepit. Cuius decrescentie causam et occasionem ego relinquo Welphis et Gibelinis disputandum. Sed hoc addicio quod sicut Romani pontifices in Italia fecerunt terras imperii, ~~fuit~~ sic Germani principes in Germania meliores terras regni sibi et suis aliat ecclesiis quocumque vel vel titulo conquirunt vel usurpant. Quoque non est dubium, tamen regnum Romanorum et sacerdotium esse ab invicem dividenda quibus divinis utriusque de statu futuro est visum, qualiter Fredericus ultimus fuerit quem dominus Innocentius quartus destituit. Propheta insinuata ubi dicit: Percussisti caput de domo impii, denudasti fundamentum. Dicunt etiam a longis temporibus vaticinatum esse in Germania quod de huius Frederici semine radix peccati erumpet Fredericus nomine qui clerum in Germania et etiam ipsam Romanam ecclesiam valde humiliabit et turbabit vehementer. Dicunt preterea aliud ibidem esse vulgare propheticum quod de Karlingis, id est de stirpe regis Karoli et de domo regum Francie imperator suscitabitur Karolus nomine qui erit princeps et monarcha totius Europe et reformabit ecclesiam et imperium. Sed post illum nunquam alius imperabit. Cum huiusmodi vaticiniis et incertis propheciis velit fidem adhibere adhibeat. Ego tamen scio quod creator suam providet creature et quod iusto dei et irreprehensibili agitur iudicio ut secundum merita cleri et populi aliquando etiam habeat advocatum, aliquando nullum, aliquando vero per regem tyrannum ad vindictam reproborum et ad exercitium electorum.

n Novissime autem diebus istis postquam imperium per annos circiter xxxvij vacaverat, visitat Deus plebem suam et suscitat ei principem serenissimum dominum Rudolfum de Habsburg comitem, mera electorum concordia et coronacione sollempnissima sicut Dei gratia manifestissime cunctis apparuit. Sed et in ipsius principatus promotionem divinum auxilium nunquam se absentavit. Sed ego ad scribenda huius victoriosi regis magnalia manum retraho, cum ad hoc me insufficientem penitus ~~reg~~ recognosco. Ex predictis igitur omnibus manifestum est quod sicut ecclesia Romana est ecclesia Dei, sic utique regnum Romanorum est filius regnum Dei. De quo regno potest intelligi hoc quod dixit Christus discipulis suis: Vobis inquiens datum est nosse misterium dei illis autem qui foris sunt, scilicet vanitatibus seculi, et voluit omnia fieri in parabolis ut videntes non videant et audientes non audiant et non intelligant. Sed eis omnia que misterio fiunt in hoc regno dei palam dicit. Dicent non sunt carnales et superbi non intelligent quia primo ipsi per eorum veritatem pervertent in ecclesia. Sed ergo timorem Romanorum imperatorum erga sanctam ecclesiam devotionem et liberalitatem convenit ad memoriam revocari. Tunc absque dubio dignum esset semper si eorum cogitata de liberatione vel industria regie dignitatis memoria de libro viventium deleretur. Et quod saltem semel in anno pro rege vel pro regno Romanorum generalis oratio non fieret, que etiam consuevit fieri pro Sarracenis et Judeis, utique hanc iniuriam rex regum suo tempore sibi factam reputaverit. Insuper ut ego utar opinione singulari vel verecundia audeo sic sentire quod ad regimen universalis ecclesie vel competenciam expediat, quod ut sanctissimus pater Romanus pontifex qui pro tempore fuerit diligenciam adhibeat quod studium Gallicorum in suo vigore floreat et fructificet ad confutandum hereticorum ~~versu~~ versucias et errores, et ut Romanum imperium suo honore dilatetur ad supprimendum gentes et omnes barbaras nationes, et tunc sacerdocium Romanorum in suo robore subsistat et firmetur ad congregandos filios ecclesie ad maiorem obedienciam per gracias competentes et iusticiam expeditam. Nec est attendenda clericorum studencium indiscreta dissolutio, ad ~~adole~~ adolescentiores de cunctis mundi partibus in unum locum congregati singuli suos mores ferant. Nec etiam condempnanda est consuetudo Germanorum secularis quasi sacerdocium, ipsi enim sacerdocium reputant Samuelis qui licet esset ~~qui licet es~~ sacerdos tamen iudicis exercebat officium. Ipse etiam regem elegit in Israel et electum consecravit. Consules siquidem Germanie non ipsius imitantur qui relicta sindone aufugit, sed sunt eius imitatores qui dixit: paratus sum domine et in vitam et in mortem tecum ire. Et in tempore tribulationis convertit gladium et amputavit servo principis auriculam dextram, ut ostenderet quod ei caput libentissime amputasset. Ergo licet ipsi ad tempus ad vocem ancille negent Christum, tamen frequenter resurgunt fortiores. Nec est inordinatum in opere huius creatoris. Et sic est tempus pacis et tempus belli, sic etiam sunt homines ad pacem et homines ad bellum. Confidenter loquor: si Germani principes cum suis fidelibus Romano imperatori tamquam advocato ecclesie fideliter assistent sicut in temporibus preteritis consueverunt, tunc absque dubio omnis potestas contraria esset prona. Tunc non solum Grecia, sed etiam Caldea contremisceret et Egiptus. Sicut aves verno flore cantant et letantur, sed ad aquile intuitum silent et fugiunt. Sic omnes barbare nationes aliorum regum insignia despiciunt, sed Romanorum et Germanorum aquilas timent et abhorrent. Insuper etiam non sunt multum admiranda Romanorum civium consueta et sibi quasi innata discordia, quia licet ipsi propter amorem dominandi et hinc sunt discordes, tamen per dei graciam in fide catholica tenacissime sunt concordes. Confiteor me in precedentibus ab aliorum scriptis in quibusdam deviasse, sed sicut ipsi cosmicis originalibus credunt veritatem excerpsisse, sic ego nulla puto admiscuisse voluntate fictitia, petens cum humilitate veniam. Reservata prohibitione velut ab alio inchoando exordio. Verumtamen eadem mihi non fine conclusione narranda est narratur. Cum itaque beatus apostolus ad predicandum Gallis scilicet civitatibus fidem tres viros sanctissimos destinaret videlicet Eucharium Valerium et Maternum. Et hii tres in quandam Gallie pellitem provinciam pervenissent accidit ut beatus Maternus in villa que Legia dicitur moreretur. Cuius ergo corpus Eucharius et Valerius fratre commendantes eadem qua venerant via cum magna festinatione ad urbem Romanam reversi sunt. Et cum stabant in presentia sancti Petri dicebant ei pater sancte ecce collega noster sanctus Maternus mortuus est et sepultus. Et quia absque eo sine tuo mandato predicare non expedit supplicamus ut alium loco ipsius nobis adiungas. Et ridet eis beatus Petrus non est sic faciendum sed hoc factum fuit ut manifestetur gloria dei coram gentibus. Accipite baculum meum. Et cum ad locum sepulture veneritis extrahite corpus de sepulcro et supponentes illi baculum dicite Materne dicit tibi Christus filius dei et servus eius Petrus ut resurgas et iniunctum tibi officium una nobiscum perficias. Sancti Eucharius et Valerius accepto baculo et mandato apostoli ad Legiam ubi Maternum sepelierant die sepulture quadragesimo sunt reversi. Et facientes sicut precepit apostolus dicebant Materne tibi dicit Christus filius dei et servus eius Petrus resurge. Cum facto mox cadaver illud quod in sepulcro xl diebus iacuerat spiritum recepit et alia corpori se coniungebat et resedit Maternus surrexit et ambulavit cum fratribus suis sanus et incolumis. Hoc signo viso fere totus illius provincie populus glorificabat deum et baptizata sunt in illa die in nomine domini Jhesu Christi multa hominum corpora. Sancti vero Eucharius et Valerius et Maternus verbis virtutibus et signis ampliabant fidem Christi baptizantes gentes in nomine eius. Sed Eucharius et Valerius infra annos xxii decessissent ab hoc seculo regnaturi cum Christo. Maternus autem post diem resuscitationis sue vixit annos xl et populum Treverensem Tungrensem tercio et Maguntinum et Colonienses ad fidem Christi convertit. In quibus etiam tribus civitatibus a se invicem per modum trianguli plus quam duas magnas distantias una die tres missas solemniter celebrabat. Et cum ex populis Treverenses baptizare oporteret in rivulo qui civitatem irrigat et tunc Pelligus dicebatur. Et cum oleum sanctum defecisset ~~celebrato~~ misso celebrato oleo sacro omnibus apparebat. Et propter hoc idem rivulus nunc Olivia quasi olei via dicitur qui olim Pelligus dicebatur. Et ab hoc rivo Gallia pellita nomen habet licet alii dicant aliter. Porro cum sanctus Maternus post commissum sibi officium in Colonia moreretur signo per angelum dato corpus eius translatum est ad civitatem Treverensem et baculus beati Petri apostoli quo resuscitatus fuerat in partes duas est divisus cuius pars inferior cum corpore pontificis penes Treverenses superior vero apud Colonienses ea qua decet reverentia reverentia reservatur. Et hec est causa quare Romanus pontifex seu episcopus baculum non habet pontificalem quem utique beatus Petrus in spiritu prophetico transmisit ad Germanos.

Hactenus hystoria quedam sunt specialiter admiranda et quedam singulariter memoranda. Unum autem dignum est miraculo quod beatus Petrus in urbe manens per baculum suum in Germania fecit mortuum suscitavit et multarum gentium huius baculi misterio ad fidem Christi

continet. Sed quid per Petrum apostolorum principem et fundamentum ecclesie nisi regale
sacerdocium intelligimus. Et quid per baculum pastoralem, quo ~~pastorem~~ pastor
sustentatur, oves errantes ad ovile reducit, nisi sacrum imperium, quod sacerdotale
regnum designatur. Per baculum siquidem pastor sustentatur, dum Romanus imperator
infra se demittat potestate summum pontificem et pastorem omni qua potest
reverentia et honore sublevat et exaltat vel quasi mortuum suscitat,
dum quibus christiani prius mortuis ut scismaticis aut aliis erroribus a Ro-
mane ecclesie obediencia declinantes de mandato apostolico per imperatorem
materiali gladio ad unitatem fidei revocantur. Per baculum insuper lupus rapax
repellitur, dum inimici christiani nominis auctoritate Romani pontificis per Romanum
imperium conteruntur.

n ut itaque baculum beati Petri Romanus et Antiochenus pontifex per Eucharium
et Valerium transmisit ad Galliam pellitam, sic Romanus pontifex per manum
magnifici Karoli Romanum imperium de Grecis transtulit in Germanos. Cuius autem
baculi partem inferiorem et longiorem habet civitas Treverensis, superiorem
vero et breviorem Coloniensis. Quia licet civitas Treverensis antiquitate sit longior
quam Coloniensis, multo tamen est inferior potestate, et merito Colonia superiorem
partem baculi tenet, quia non solum Coloniensis est archiepiscopus regem Romanorum
debet eligere, sed electum pre omnibus aliis tenetur et debet consecrare, in hoc Romani
pontificis fungens officio, qui regem electum et consecratum canonice
et imperatorem confirmat Romanorum.

Manifestum est igitur ex predictis omnibus quod non solum humana solercia de
necessariis et racionabilibus causis fuit institutum, ymo et auctoritate
divina fuit prefiguracionibus prefiguratum, quod Romanorum imperium in fine seculorum
transferri oportuit in Germanos. Sed ~~accepto~~ de hoc ipsis non est gloriandum,
quia tanto magis ipsi se ostendunt reprehensibiles quanto magis ipsi se
a imperatoris obsequio faciunt alienos, ymo ipsi propter suam superbiam
et desidiam regnum ecclesie, quantum in eis est, vix conservare poterunt, quod eorum
progenitores a deo et hominibus sanguine proprio meruerunt. Deus autem superius,
cuius providencia corpus ecclesie disponitur et regitur, ita dignetur secundum suam
voluntatem regnum et sacerdocium restaurare et reformata concordare, ut
pacem habeant in diebus nostris et sancta ecclesia, et fides catholica dilatetur
et crescat ad laudem et ad gloriam qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Mperium Assiriorum Nino rege usque ad Sardanapalum post quem 1
translatum est per Arbactum ad Medos usque ad ultimum regem Ast. a nepote
suo Cyro pulsus regno, et Persarum regno potiri. et Cresso Lidorum regi bellum
intulit. Cresus victus quoque cepit. Hinc excessu dictis sunt Colofonon et Ioni-
carum urbium situs origenes quoque Lidorum et in Italia Tuscorum. Post Cyrum filius
Cambises Egiptum domuit. Repetite Egipti origenes urbium, et defuncto
Cambise Damaris occisis magis regnum Persarum prestarum accepit. Capta
quoque Babilone. Bella Scithica molitus est

Secundo volumine continentur hec. Scithe et Panthiscorum origenes 2
quoque Scithie res usque ad bellum quo est inde pulsus Darius. qui post
hanc fugam Grecie bellum intulit per Dathym et Tisaphernem, quod soli
Athenienses sustinuere. Hinc origenes Athenarum repetite et reges usque
ad Pisistrati tirannidem quoque defuncta Marathone vincunt Persas. ut mortuo
Dario filius eius Xerxes bellum Grecie intulit. ac repetite origenes Thessalie
expulso quoque Grecia Xerse bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam usque ad//

Tercio volumine continentur hec. ut mortuo //Xerse interitum
Xerxe filius Artaxerxes ultus interfectorem patris Artabanum, bellum cum
defectore Egipti. Hinc primo quoque dux eius Athamenes victus est. Item per
Megabasum Egiptus recepta ut Greciarum rege pacificatus. bella inter ipsos
dicta sunt. Inde repetite Peloponensum origenes ut ab ~~herecles~~ herculis
posteris dorico populo sit occupata. Deinde bella Argolica et Messanico
alti quoque Sicione et Corinthio tirranni bellum Helesium et quod Athenienses
primo cum Boethis. Deinde cum Peloponensibus gesserunt

Quarto volumine continentur hec. res Sicule. et ab ultima origine
usque ad deletam Syracusis Atheniensium classem

QUINTO VOLUMINE continentur hec ~~origines Macedonice reges
quoque a conditore gentis Carano usque ad magnum Philippum Ipsius res geste
usque ad captam urbem Mathonem addite in excessu Illirorum et poenorum~~//
bellum inter Athenienses et Lacedemonios quod Decelicum //origenes
vocatur usque ad captas Athenas ut depulsi ~~sunt~~ sint Athenis triginta
tiranni. Bellum quod Lacedemonii Asia cum Artaxerxe gesserunt propter
transgressum inita. Hinc repetitum in excessu Ciprii cum Fide bellum, et grecorum//

Sexto volumine continentur hec bellum. //qui sibi eos militaverunt
Lacedemoniorum gestum in Asia cum Persis sub ducibus belli Hercilide
et Athesilao usque ad pluam navale factum ex Cnidio quo victi illis Athe-
nienses petiuere imperium. Deinde bellum Corinthiacum et bellum Boetium
quo Leuctris et Manthinea victi Spartani amisere imperium in Thes-
salia. Deinde Jasonis. et post illum Alexandri Ephereorum alitum atque
defunctum imperium. Tum Sociale bellum gestum adversus Athenienses cum atheis
et Rhodiis et Bizanciis. Tusitis hec ad res Macedonicas

Septimo volumine continentur origenes Macedonice reges quoque a conditore
gentis Carano usque ad magnum Philippum. Ipsius Philippi res geste
usque ad captam urbem Mathonem addite in excessu Illirorum et poenorum//
origenes

o ctavo volumine continetur res geste philippi macedonis post captam urbem
Mathonem a principio belli phocensis quod sacrum vocant usque ad finem eius
Interiectum quoque hinc bellum quod philippus cum lacedemoniis urbibus gessit, quarum
clarissimam delevit olynton Et Illirici reges ab eo victi sunt. Et Tracia
atque Thessalia subacte, et rex Epiro datus Alexander electo Arriba et frustra
perinthos oppugnata

n Vno volumine continentur hec, ut philippus a perintho summotus bysancii
origines, a cuius obsidione summotus philippus Scythie bellum intulit Re-
petite deinde Sythie res ab hiis temporibus in quibus illa superius finieramus usque
ad philippi bellum quod cum Mathea Scithie rege gessit unde reversus grecie
bellum intulit victisque Cheroneis. cum bella persica molliretur premissa
classe cum ducibus. a pausania occupatus angustiis nuptiarum filie due
occisus est premissis bella persica inchoaret Repetite inde origines persice
ab dario ~~ab dar~~ nato. cui successit filius Artaxerxes cognomine qui per
fratrem Cirum victum, pulsa quoque Cnidorona a classe lacedemoniorum
bellum cum Ewangora rege Cyprio gessit origines quoque Cypri repetite Res

10 d ECIMO VOLUMINE CONTINENTUR RES PERSICE UT
Artaxerxes qui et memno pacificatus cum Ewangora rege Cyprio
bellum Egyptiorum in urbe ace compararet ipse in Cadusiis vel victus defectores
in Asia purpuratos suos persecutus, primum dopenie in prefectum Pathlagonum
origines repetite deinde prefectum Elesponti Ariobarzanem deinde
in Syriam prefectum Armenie Orothem in omnibus quoque victus decessit. filio
suo successore Ocho qui deinde occisis optimatibus Sydon accepit Egypto
bellum ter intulit. ut post mortem Ochi regnaverit Darses deinde
Darius qui cum Alexandro Macedonum rege bello conflixit

v N decimo volumine continetur res geste Alexandri magni usque ad
interitum persarum Darii. dicte quoque in excessu origines et reges Carie

d Vodecimo volumine continetur magni Alexandri bella Batriana
et Jndica usque ad interitum eius. dicte quoque in excessu res absente eo
Antipatro in grecia geste et Archidamo rege lacedemoniorum Molosso quoque
Alexandro in Italia gestorum ubi est uterque cum exercitu deletus. Addite hiis ori-
gines Italice populorum apulorum lucanorum Samnitum Sabinorum Et ut Zopi-
rion in ponto cum exercitu periit

Tredecimo volumine continetur hec ut mortuo Alexandro optimates castrorum
eius provinciarum imperia sunt partiti. ut veterani qui ab eodem locati erant
in colonias moliti relictis illis in greciam redire a Pitone sunt deleti.
Bellum Lapparum quod Antipater in grecia gessit. bellum per dictas regem Ari-
aracem occidit, et occisus est. bellum quo Eumenes Neoptolemum et Cra-
therona occidit. addite in excessu origines regum regesque Cyrenarum

Vartodecimo volumine continetur hec, bellum inter Antigonum et
Eumenem gestum. quem Capadocia expulit Antigonus sed fugiat
minore Arideum. et Clithon victos in Ellesponto navali bello.
Repetitum rursus bellum ab Eumene per ~~Archa~~ Argiraspidas. quo victus ab

Antigono interiit. ut in Macedonia Cassander victor Poliperconte recepta que
a Nicanore municia matrem Alexandri Olimpiadem quoque obsessam interfecit

Vintodecimo volumine continentur hec. Ut Demetrius Antigoni filius
Gaze victus est a Ptolomeo. ut Cassander in Macedonia filium Alexandri
interfecerit. et alium Polipercontes. ut Ptolomeum vicit classe Demetrius. Idemque
ab obsidione Rhodiorum submotus est. Repetita in excessu origo Rhodiorum
Unde digressus Demetrius liberat a Cassandro Greciam. Deinde pater eius Antigonus
bellum cum Lisimacho et Seleucho habuit. Repetite Seleuchi res et ~~regis~~
regis Indici Sandrocotte. ut victus bello Antigonus interiit. Reliquie
imperii sui a filio eius collecte Demetrio. Deinde Spartanorum res geste
Corcyre et Illirico. et in Italia ablata Corcyra rex Cassander interiit

s Extodecimo volumine continentur hec. Ut mortuo Cassandro ortis que
inter filios eius certaminibus Demetrius adiutor alteri adhibitus occiso
eo Macedonie regnum tenuit. quo mox electus a Pirrho Epiri rege translatus
in Asiam bellis captus a Seleucho decessit. Ut Lisimachus in Ponto captus
ac missus a Romule rursus in Asia civitates que sub Demetrio fuerant et in
Ponto Eraclea occupata. Repetite inde Bithinie et Eracleotice origi-
nes Tirani que Eraclee Clearchus et Satirus et Dionisius quorum filios inter-
fecit Lisimachus occupat urbem

s Eptimodecimo volumine continentur hec. Ut Lisimachus occiso filio Aga-
thocle per novercam Arsinoem bellum cum rege Seleucho habuit. quo
victus interiit ultimus que tamen commilitonum Alexandri fuit. Ut Seleuchus
amisso in Cappadocia cum Diodoro copiis interfectus est a Ptolomeo fratre
Arsinoes uxore Lisimachi. In cuius necem vicem Ptholomeus cognomine
Ceraunus creatus ab exercitu rex Macedonia occupat. Bella cum Antio-
cho et Pirro composuit. datis Pirrho auxiliis quibus iret contra
Romanos defensurus Tarentum. Inde repetite origines regum Epiro-
tarum usque ad Pirrhum ipsum que Pirrhi res geste primisque orientalia //

o Ctavodecimo volumine continentur res a Pirrho // tracent
Epirota in Italia geste contra Romanos. post quod bellum transitus eius
in Siciliam adversus Carthaginenses. Inde origines Phenicum et Sido-
niorum. et velut Carthaginensium que res geste in excessu dicte

Vnodecimo volumine continentur hec res Carthaginensium in Africa
per Asdrubalem Hamilcarem et Annonem. et in Sicilia cum
Selinuntem et Agragantum et Camerinam et Gelam ceperunt. quo bel-
lo Dionisius Siracusanus Sicilie regnum occupat. bellum quod cum eo
Poeni per simultatem gesserunt. qui obsidione Siracusanorum exercitum
et classem amissit

Icessimo volumine continentur hec res geste Dionisii Siculi patris
ut pulsis Poenis Italica bella sit molitus. Inde repetite
origines Venetorum et Grecorum et Gallorum qui Italiam incolunt
deinde que Dionisii rebus ad interitum eius dicte. quas Hanno
magnus in Africa gessit

v Novigesimo volumine continetur hoc ut in Sicilia Dionisii patre amisso
tractant imperium. Post inde Dionisius eiectus bellum Siculis gessit donec
amissis liberis et filius Corinthum statim proficiscit ut ab Agathocle
Carthaginensium bello liberata sit Sicilia mortuo quoque Pisistrato. facta
seditione accersiti quoque bello Carthaginenses obsederunt Siracusas. quo
bello Agathocles nactus imperium est

22 ſ Secundo et vigesimo volumine continetur hoc res geste Agathoclis. ut
a poenis nactus imperium. bellum cum ipsis gessit primum in Sicilia
deinde victus transiit in Affricam. ubi obsessa provincia. Ophelam regem
Cyrenorum interfecit ut rursus in Siciliam reversus. occupat totius insule
dominationem Deinde reversus in Affricam amissis copiis solus inde profugit in
Siciliam bello quoque ibi repetitus. et inde poenis pacem composuit et dis-
sidentes a se Siculos subegit

t Tercio vigesimo volumine continetur hoc ut Agathocles domita Sici-
lia. bellum in Italia Bruttiis intulit Repetite inde Bruciorum origines
omnibus superatis. rex seditione filii et Heraclidati ac nepotis oppressus interiit
inter peregrinos. Deinde milites eius. et Siculos bellum moverunt. qua causa
Pirrhum regem Epiri in Siciliam adduxit bella. que Pirrhus cum
poenis et Mamertinis ibi gessit. et a Sicilia relictus in Italiam ductus
quoque filio. a Romanis reiectus in Epyrum

q Quarto et vigesimo volumine continetur hoc bellum quod inter Antigonum
Seleuchi filium in Asia gestum est. Bellum quod Ptholomeus Ceraunus
in Macedonia cum inclito Illirio et Ptholomeo Lisimachi filio habuit
ut quoque Rhinothe sororem suam imperio Macedonicarum urbium potitus est
ipse quoque cum Belgio duce congressus interiit Repetite deinde Gallorum origines
qui Illirium occupaverunt atque ut ingressi Greciam Brenno duce Delphis perempti deleti sunt

q Quinto et vigesimo volumine continetur
hoc ut Antigonus Gallos delevit. Deinde cum Apollodoro Cassandre
tyranno. bellum habuit ut Galli transierunt in Asiam. bellum quoque cum rege
Anthiocho. et Bithinio gesserunt quasque regiones Phrigie occupaverunt
ut Pirrhus ex Italia reversus regno Macedonie Anthigonum exuerit
Lacedemoniam obsederit Argis interierit filius Alexander cum rege
Illiriorum Mitilo bellum habuerit

ſ Sexto et vigesimo volumine continetur hoc quibus in urbibus Grecie
dominationes Antigonus Gonatas constituerit. ut defectores
Gallos Megaris delevit regem quoque Lacedemonium Acram Corinthi inter-
fecit Deinde cum fratris sui Crateri filio suo Alexandro bellum habuerit
ut princeps Achaie Aratus Nicoriffem. et Corinthum. et Megaria
occupavit ut in Siria rege Anthiocho cognomine Soter altero filio
occiso. altero filio incipito Anthiocho decessit. ut in Asia filius
Ptholomei regis Sothio Thimancho desciverit a patre. ut frater
Antigoni Demetrius occupato Cirenis regno. interierit ut
mortuo rege Anthiocho. filius eius Seleuchus Callinicus regnum
acciperit

b

a

s Eptimo et vigesimo continentur hystorie Seleuchi bellum in Syria adversus
Ptholomeum Tryphonem. Item in Asia adversus fratrem suum Antho-
chum Ieracem bello quo Antigare victus est a gallis. Ut quoque galli
Pergamo vet victi ab Anthiocho. Eumenes Bithinium occiderunt
Ut Ptholomeus an eum denuo captum interfecerit. Et Anthigonus Andro-
gutus prelio navali vicerit. Ut Kallinico fusus in Mesopotamia Antio-
chus insidiantem sibi effugerit ad Taramenem deinde postea custodes
Tyrpronis quo a gallis occisus Seleuchus quoque frater eius decessit. Maiorem
quoque filiorum eius Epiturum occidit

o ctavo et vigesimo volumine continentur hystorie ut mortuo rege Epiri
Alexandro Laudomiam Epirothe occiderunt. Dicti quoque in excessu as-
ternati motus. Ut rege Macedonie Demetrius sit Actidaniis fusus. Quo
mortuo tutelam filii eius Philippi suscepit Antigonus usque Tessalie
in Asia Cariam subegit ~~xx~~ et adiunctis Acheis contra regem Spartanum
Cleomenem cepit Lacedemoniam amisso quoque regno Cleomenes Spar-
tanus confugit Alexandriam atque ibi interiit. Dictum quoque in excessum
bellum Illiricum quod Romani gessere cum Teuta

-b t rigessimo volumine continentur hystorie ut mortuo Ptholomeo
Tryphone filius Filopator Anthiochum regem vicit. Ipse amore
Agathocle corruptus decessit relicto filio pupillo. Inque eum cum Philippo
rege Macedonum consensit Anthiochus. Philippi deinde gesta in Asia
cum morassent Etola bella a quibus rursus bellum habuit cum ducibus Romanis
Sulpicio, Flaminino a quibus victus pacem scripsit deinde ad res Anti-
ochi qui post regnum receptum persecutus defectores in Mediam Molo-
nem Acheum in Asia quem obsedit Sardibus. Pacata superiore Asia
Battistenus in bella Roma descendit

a ·· Uno et trigesimo volumine continentur hystorie res geste Philippi
regis adversus Dardanos et Aetolos repetite quoque deinde Cretice
origines. Post cuius societatem Insule Philippus cum Illiriis et Dardanis
et rursus Aetolis bello congressus est adiunctis Aetolis Romanis
quo finito intulit Aetolis bellum

b uo et trigesimo volumine continentur hystorie Cum Lacedemonio Onabide
Titus Flamminius et Philopen dux Acheorum gessit. Item bellum
quod cum Anthiocho in Achaia per Acilium consulem et in Asia per P.
Scipionem gestum est. Deinde Hanibalis ad regem a Carthagine
fuga. Bellum cum Etholis gestum per eundem Acilium qui Anthiochum
Grecia expulerat

Tercio et trigesimo volumine continentur hec defectio ab Acheis
Lacedemoniorum et Messeniorum qua Philopemenem interiit
Romanorum duces alii adversus gallos. Bellum regis Philippi alie-
natus in Romanos animus propter oblatas sibi civitates. Et ob alterum
filiorum occisus Demetrius. Concitati quoque ab eo Basterne transire
conati in Italiam. Deinde in excessu dicte res Illirice. Ut galli qui

occupaverunt Illiricum rursus rederunt in Galliam origines et Pannoniorum et incrementa Dacorum per Robustonem regem in Asiam. bellum a rege Eumene gestum adversus Gallum Ortagonem Pharmatem Ponticum et Prusiam. adiuvante Prusiam Hanibale Peno. res geste Hanibalis post victum Anthiochum. et mox mortuo Selencho. filio Magni Anthiochi successit in regno frater Anthiochus

Ercio et tricesimo volumine continetur hoc. ut cum Perse Philippi regis filio Macedonum Romani bella gesserint. quo capto. deleta est Epiros. Aetolice civitates ab unitate corporis deducte inter Acheos et Lacedemonios etiamne orto. bellum rursum in Macedonia gestum a Romanis cum Pseudo

Varto et tricesimo volumine continetur hoc. bellum Achaicum quod Romani per Metellum et Mummium gessere quo diruta est Corinthus. bellum regis Eumenis cum Gallogrecis. et in Prusia cum Selegensibus. res quas gessit rex Syrie Anthiochus et ~~rex~~ rex Egipti Ptholomeus. Repetite inde origines regum Cappadocum Ephiphanes ut mortuo Ptholomeo relicti ab eo filii duo Philometor et Evergetes primum cum Anthiocho habuere bellum quod per Romanos finitum est. Deinde inter se quod maior est expulsus. restitutus est Romani inter fratres regna diviserant. ut mortuo Anthiocho rege Syrie Demetrius cognomine Soter qui Rome fuerat obses clam fugit. occupata fugit per Syria. bellum cum Timarcho/ rege Medorum habuit Ariarathe rege Cappadocum ut habita inter Ariaratem et Orophenem regni certamina ut mortuo rege Asie/ Eumenes suffectus Attalus bellum cum Selegensibus habuit et // cum Prusia

Vinto et tricesimo volumine continetur hoc. bellum repetitum inter Cretas et Rhodios. Sedito Achpdiorum adversus Ceremenses. et adversus Demetrium Sotherem frater natus est Alexander tamens genitus Epiphane. quo bello victus Demetrius inuisum Stalicia alterum bello vicit. adiuvante Ptholomeo. Philometore qui in eo bello interiit ut deinde orta Demetrio bella sunt cum Demetrio Triphone. expulsus per Triphone regno Syrie Demetrius repetit inde superiores Asie motus factos per Ariaratem. et Arsotem Parthum

Exto et tricesimo volumine continetur hoc. ut Tripho pulsus Syria Demetrio capto per a Parthis bellum gessit. cum fratre eius Anthiocho cognomine Soter. ut Anthiochus inflicto Tiranno Hircano Iudeos subegit repetita inde in excessu origo Iudeorum ut rex Asie Attalus Xenostratas subegit Successorem per imperium Attalum. Philometora reliquit Mortuo deinde Philometore regno Asie occupato. bellum cum Romanis gessit quo captus est

Eptimo et tricesimo volumine continentur hoc. repetitis regum Ponticorum originibus ut in ulteriorem antiquitatem Neopatora scelus imperii dedita sit atque ut incessus illic regnum subegit. Ponticum et Paphlagoniam fusus in bella Romana descenderit. Dicte per in excessu regum Bosphoranorum et Colchorum origines et res geste o ctavo et trigesimo volumine continentur haec. Ut Mitridates Eupator occiso Ariarathe Cappadociam occuparet victo quoque Nicomede et altimo Bithinia. ut mortuo Ptholomeo Philometore frater eius Asiam accepto regno Egiptiis seditiones Egipti sopivit. deinde bellum cum sorore sua Cleopatra et cum rege Syrie Demetrio gessit. Inde repetitum ut Demetrius captus sit a Parthis. et frater eius victo in Syria Tryphone bellum Parthis intulerit. qui cum exercitu suo deletus est

ono et trigesimo volumine continentur haec. ut detento a Parthis Antiocho Sidete frater eius Demetrius dimissus regnum Syrie recepit Et ornato quoque in bellum adversus eum Alexandro Sabineo interiit. filius quoque eius Antiochus Grippus victo Sabineo regnum occupat deinde cum fratre suo Antiocho Ciziceno. bellum in Syria Cilicia quoque gessit. ut Alexandrie mortuo rege Ptolomeo Phiscone. filius eius Ptholomeus Latiros accepto regno. expulsus est a matre Cyprum et in Syria bello petitus ab eadem suffecto in locum eius Alexandro fratre donec occisa per Alexandrum recepit Egipti regnum. ut post Latirum filius Alexandri regno expulsus quoque eo suffectus quoque Ptholomeus nothus. ut Syriam Iudei et Arabes terrestribus latrociniis infestarint. mari Cilices piratici cum bellum moverint. quod in Sicilia Romani per Marcum Antonium gesserunt. ut in Syria Eracli post mortem regis occuparet imperium

uadragesimo volumine continentur haec. ut mortuo Cyprio rege Ciziceno cum filiis eius bello congressus interiit Grypus deinde a filio Ciziceni Eusebe. contrita quoque regnum Antiochorum domo Tigranes Armenius Syriam occupat. quo mox victo Romani abstulere eam. ut Alexandriam post interitum Ptholomei Latiri substituti sint. eius quoque filia altera data Cypro. cui Clodii rogatione Romani abstulerunt eam. alter seditionibus flagitatus Alexandrie Romam fugit. bello quoque per Gabinium gesto ~~accepit~~ recepit imperium, quo mortuo successit filius eius. qui cum sorore Cleopatra. certamine inde sumpto. et Pompeium magnum interfecit. et bellum cum Cesare Alexandrie gessit. ut successit eius regno soror Cleopatra que illigato amorem suum quoque Antonio. belli Actiaci fine extinxit regnum Ptholomeicum

v no et quadragesimo volumine continentur haec. res Parthice et Bactriane. in Parthicis. ut est constitutum imperium per Arsacem regem. successores deinde Artabanus. et Tigranes cognomine Cleusa. a quo subacta est Media Mezopothomia. Dicti quoque in excessu eius Arabie situs. In Bactrianis autem rebus. ut a Diodoto rege constitutum imperium est. deinde quo repugnante Sathie gentes Seuvarathie et Asiani abactra occupare Sogdianos Indice quoque res addite geste. per Apollodorum. et Menandrum ~~res~~ reges eorum

Ecundo et quadragesimo volumine continentur haec. Parthice res. ut prefectus Parthis Apthens Messenius. bellum intulit. In Bubilonios et Slenteneos sevit. victus quoque a privatis successit rex Mitridates

Tigranne magno. qui armeniis bellum intulit Inde repetite origines armeniorum et situs. et varia complurium regum successio. In parthis imperium accepit. Orodes. qui Crassum delevit. et Siriam per Pacorum occupat Illi successit Pharates qui et cum Anthonio bellum habuit et cum Mitridate. Addite hiis res Scithice. reges Thocharorum Asiam interitus Sarditarum

Ertio et quinquagessimo volumine continentur hec. ~~ergo~~ origines priscorum latinorum et situs urbis. Rome. et res usque ad priscum Tarquinium. origines deinde ligurie. et Massiliensium gesta

Varto et quadragesimo volumine continentur res Hyspanie. et punice

Iustini maximi et ornatissimi gestorum scriptoris prologus incipit feliciter

Vm multi ex Romanis etiam consularis dignitatis viri res Romanas greco peregrino que sermone in historiam contulissent seu emulatione gloriae sive varietate et novitate operis delectatus vir prisce eloquentie Trogus pompeius Grecas et totius orbis historias latino sermone composuit. ut cum nostra greca. greca quoque nostra lingua legi possent. prorsus rem magni et animi et operis aggressus. Nam cum plerisque auctoribus singulorum regum vel populorum res gestas scribentibus. opus suum ardui laboris videatur. nonne nobis Trogus herculea audacia orbem terrarum aggressus videri debet. cuius libris omnium seculorum regum nationum populorum que res gesta continentur Et que historici grecorum prout commodum cuique fuit. inter se se gregatim occupaverunt. omissis. que sine omni fructu erant. ea omnia pompeius divisa temporibus et serie rerum digesta. composuit

Horum igitur quattuor et quadraginta voluminum (nam totidem edidit) per otium quo in urbe versabatur cognitione dignissima excerpsi. et omissis his. que nec cognoscendi voluptate iocunda. nec ad exemplo erant necessaria. breve veluti florum corpusculum feci ut haberent et qui greca didicissent quo instruerentur. ad te imperator non cognoscendi magis quam emendandi causas transmisi. Simul ut et otii mei. cuius et Cato reddendam operam putat. apud te ratio constaret. Sufficit enim in hoc tempore iudicium tuum. apud posteros cum obtrectationis invidia decesserit. indu=

Iustini hyspaniensis Epithoma sive abreviacio super testimonio historico Trogi Pompei volumen primum

rincipio rerum gentium. nationum que imperium penes reges erat. quos ad fastigium huius maiestatis. non ambitio popularis. sed spectata inter bonos moderatio provehebat. populus nullis legibus tenebatur Arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri. quam proferre mos erat Intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex Assiriorum veterem et quasi avitum gentibus morem. nova imperii cupiditate mutat Hic primus intulit bella finitimis et rudes adhuc ad resistendum populos ad terminos usque libie perdomuit Fuere quidem antiquiores temporibus vesores Egypti et Scithie rex Tanais quorum alter in pontum alter usque Egyptum excessit Sed longinqua non finitima bella gerebat Nec imperium sibi sed populis suis gloriam querebat contenti quoque victoria imperio abstinebat Ninus magnitudinem quesite dominationis continua possessione firmavit Domitis igitur proximis cum accessione virium fortior ad alios transiret et proxima queque victoria instrumentum sequentis esset totius orientis populos subegit Postremum bellum illi fuit cum Zoroastre batrianorum rege qui primus dicitur artes magicas invenisse

Inventor magicarum artium

et mundi principia siderum quoque motus diligentissime spectasse Hoc occiso et ipse decessit relicto adhuc impubere filio Ninia et uxore Semiramis Hec nec immaturo filio puero ausa tradere imperium nec ipsa palam tractare tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro nedum femine parituris simulat se pro uxore Nini filium pro femina puerum Nam et statura utrique mediocris et vox pariter gracilis et lineamentorum qualitas matri ac filio similis Igitur brachia et crura velamentis caput tiara tegit et ne novo habitu aliquid occultare videretur Eodem ornatu populum vestiri iubet quem morem vestis exinde gens universa tenet Sic primis initiis sexum mentita puer esse credita est Magnas deinde res gessit quarum amplitudine ubi invidiam superatam putat que sit fatetur quemve simulasset Nec hoc illi dignitatem ademit sed admirationem auxit quod mulier non feminas modo virtute sed etiam viros anteiret Hec Babiloniam condidit murumque urbi cocto latere circumdedit arena pice bitumine interstrato que materia in illis locis passim invenitur et terra exestuat Multa et alia preclara huius regine fuere Siquidem non contenta acquisitos a viro regni terminos tueri Ethiopiam quoque imperio adiecit Sed et Indis bellum intulit quo preter illam et Alexandrum nemo intravit Ad postremum cum concubitum petisset filii ab eodem interfecta est duos et xl annos post Ninum regno

Ninia

potita Filius eius Ninia contentus elaborato a parentibus imperio belli studia deposuit et veluti sexum cum matre mutasset raro a viris visus in feminarum turba consenuit Posteri quoque eius id exemplum secuti responsa gentibus per internuntios dabant Imperium Assirii qui post ea Siri dicti sunt mille et trecentis annis tenuere Postremus apud eos regnat Sardanapalus vir muliere corruptior Ad hunc videndum quod nemini ante eum permissum fuerat prefectus ipsius Medis prepositus nomine Arbactus cum admitti magna ambitione egre obtinuisset invenit eum inter scortorum greges purpuras colo nentem et muliebri habitu cum mollitia corporis et oculorum lascivia omnes feminas anteiret pensa inter virgines partientem Quibus visis indignatus tali femine tantum virorum subiectum tractantique lanam ferrum et arma habentes parere progressus ad socios quid viderit refert Negat se ei parere posse qui feminam malit esse quam virum Fit igitur coniuratio bellum Sardanapalo infertur quo ~~bello~~ ille audito non ut vir regnum defensurus sed ut metu mortis mulieres solent Primo latebras circumspicit mox deinde cum paucis et incompositis in bellum progreditur victus in regiam se recipit Ubi extructa incensa quoque pyra et se et divitias

Sardanapalus

suas in incendium mittit. Hic solo imitatus virum. Post hunc rex constituitur interfector eius Arbactus, qui prefectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assiriis ad Medos transfert. Post multos deinde reges per ordinem successionis regnum ad Astiagem descendit. Is per sompnium vidit ex naturalibus filie quam unicam habebat vitem enatam, cuius palmitibus omnis Asia obumbraretur. Consulti arioli ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prenunciaretur, regnique ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso exterritus neque claro viro neque civi filiam suam, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret, sed ex gente obscura tunc temporis Persarum Cambisi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem sompnii metu deposito filiam ad se gravidam accersit, ut sub avi potissimum oculis partus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago regis archanorum participi. Is veritus si ad filiam mortuo rege venisset imperium, quia nullum Astiages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultionem quam a patre non potuisset a ministro exigeret, pastori regii ~~infantis~~ pecoris puerum exponendum tradit. Forte et eodem tempore et ipsi pastori natus filius erat. Eius igitur uxor audita regii infantis expositione summis precibus rogat sibi preferri ostendique puerum. Cuius precibus fatigatus pastor reversus in silvam invenit iuxta infantem canem feminam parvulo ubera prebentem et a feris alitibusque defendentem. Motus et ipse misericordia qua motam etiam ipsam canem viderat, puerum defert ad stabula eadem cane anxia prosequente. Quem ubi in manum mulier accepit, veluti ad notam allusit, tantusque in illo vigor et dulcis quidam blandientis infantis risus apparuit, ut ultro pastorem rogaret uxor, suum partum pro illo exponeret permitteretque sibi sive fortune ipsius sive spei sue puerum ~~exponere~~ enutriret. Atque ita permutata sorte parvulorum hic pro filio pastoris educatur, ille pro nepote regis exponitur. Nutrici postea nomen Spargos fuit, quia canem Perse sic vocant. Puer deinde cum imperio usque inter pastores esset, Ciri nomen accepit. Mox inter ludentes sorte delectus, cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela regi delata indignantibus a servo regio ingenuos homines servilibus verberibus affectos. Ille accersito puero et interrogato, cum nihil mutato vultu fecisse se ut regem respondisset, admiratus constantiam in memoriam sompnii responsique revocatur. Atque ita cum et vultus et similitudo et expositionis tempora et confessio pastoris convenirent, nepotem agnovit. Et quoniam defunctus sibi sompnio videbatur agitato inter pastores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit. Ceterum Arpago amico suo infestus in ultionem servati nepotis filium eius interfecit epulandumque patri tradidit. Sed Arpagus ad presens tempus dissimulato dolore odium regis in vindicte occasionem distulit. Interiecto deinde tempore cum adolevisset Cirus, dolore orbitatis admonitus scribit ei ut ablegatus ab avo in Persas fuerit, ut occidi eum parvulum avus iusserit, ut beneficio suo servatus sit, ut regem offenderit, ut filium amiserit, hortatur ut exercitum paret et pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pollicitus. Epistola quia quoniam palam ferri nequiebat, regis

Cirus a cane fuit
lactatus

custodibus omnes aditus obsidentibus exenterato lepori inseritur, lepusque in
Persas Cyro ferendus fido servo traditur. Addita recia ut sub specie vena-
cionis dolus lateret. Lectis ille epistolis eodem sompno aggredi iussus
premonitus ut quem primum postera die obvium habuisset socium cepti assumeret.
Igitur antelucano tempore iter ingressus obvium habuit servum de ergastulo cuius-
dam Medi nomine Sibarem, huius requisita origine, ut in Persis genitum
audivit, demptis compedibus assumpto quoque comite Persepolim regreditur.
Ibi quoque convocato populo iubet omnes presto cum securibus esse et silvam vie circumdatam
cedere. Quod cum strennue fecissent, eosdem postera die apparatis epulis
invitat. Deinde cum alacriores ipso opere factos videret, rogat, si condicio
proponatur, utrius vite sortem legant, hesterni ne laboris an presencium epularum.
Presencium ut acclamavere omnes, ait hesterno similem labori omnem vitam acturos,
quoad Medis pareant, se secutos hodiernis eplis epulis. Letis omnibus Medis
bellum infert. Astyages meriti sui in Arpagum oblitus summam belli ei committit,
qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit regisque crudelitatem perfidia
defectionis ulciscitur. Quod ubi Astiages audivit, contractis undique auxiliis
in Persas proficiscitur et repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem
exercitus a tergo ponit et in tergiversantes ferro agi ut in hostes iubet. Ac
denunciat suis ni vincerent, non minus fortes si terga inventuros quam a frontibus
~~virorum~~ viros. Proinde videant fugientibus hanc an illam pugnantibus aciem irrumpenda
sit. Ingens post necessitatem animus pugnandi exercitui eius accessit. Pulsa
itaque cum Persarum acies paulatim cederet, matres et uxores eorum obviam
occurrunt, orant ut in prelium revertantur. Cunctantibus sublata veste obscena
corporis ostendunt, rogantes (interrogantes) num in uteros matrum vel uxorum vellent
refugere. Hac repressi castigatione in prelium redeunt et facta impressione quos
fugiebant fugere compellunt. Ibi Astiages capitur, cui Cyrus
nil amplius quam regnum abstulit nepotemque magis in illo quam victorem egit,
eumque maxime genti Hircanorum preposuit. Nam in Medos reverti ipse
noluit. Hic finis imperii Medorum fuit. Regnaverunt annis ccc quinquaginta.
Initio regni Cyrus ~~Siberzem~~ Sibarem repertorem suum, quem monitus nocturno
visu de ergastulo liberaverat comitemque in omnibus rebus habuerat,
Persis preposuit sororemque suam ei in matrimonium dedit. Sed civitates
que Medorum tributarie fuerant mutato imperio et condicionem suam
mutatam arbitrantes a Cyro defecerunt, que res multorum bellorum
Cyro causa et origo fuit. Domitis tandem plerisque cum adversus Babilonios
bellum gereret, Babiloniis rex Lidorum Cresus, cuius opes divicieque
insignes ea tempestate erant, in auxilium venit, victusque iam de se sollici-
tus in regnum refugit. Cyrus quoque post victoriam compositis in Babilonia rebus
bellum transfert in Lidiam. Ibi fortuna prioris prelii iam perculsum Cresi exercitum
nullo negocio fundit. Cresus ipse capitur. Sed quanto bellum minoris periculi,
tanto et mitior fuit victoria. Creso et vita et patrimonii partes et urbs
Berce concessit, in qua et si non regiam vitam, proximam tamen regie
maiestati degeret. Hec clemencia non minus victori quam victo utilis fuit

Quippe cum omnis grecia cognito quod illatum Creso bellum esset auxilia velut
ad commune incendium extinguendum confluerent. Tantus Cresi amor apud
omnes urbes erat passurusque Cirus grave grecie bellum fuit si quid in Creso
crudelius consuluisset. Interiecto deinde tempore occupato in aliis bellis Ciro Lidi
rebellavere quibus iterum victis arma et equi adempti sunt. iussique cauponias
et ludicras artes ac lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens
et manu strenua effeminata mollicie luxuriaque virtutem pristinam
perdidit et quos ante Cirum invictos bella prestiterant in luxuriam lapsos
ocium ac desidia superavit. Fuere Lidis multi ante Cresum reges variis casibus
memorabiles Nullus tamen fortuna Candauli comparandus. hic uxorem
quam propter forme pulcritudinem deperibat predicare omnibus solebat non contentus
voluptatum suarum tacita consciencia: etiam matrimonii reticenda publicaret:
prorsus quasi silencium dampnum pulcritudinis esset. Ad postremum ut affirmationi
sue fidem faceret nudam eam sodali suo Gigi ostendit. quo facto et amicum in
adulterium uxoris sollicitatum hostem sibi fecit: et uxorem veluti tradito
alii amore a se alienavit Namque brevi post tempore: cedes Candauli
nuptiarum premium fuit: et uxor mariti sanguine dotata regnum viri et
se pariter adultero tradidit Cirus subacta Asia et universo oriente in potestatem
redacto Scithis bellum infert Erat eo tempore regina Scithiarum Thomiris
que non muliebriter adventu hostium territa. cum prohibere eos transitu Araxis
fluminis posset transire permisit et sibi faciliorem pugnam intra regni sui
terminos rata. et hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem Itaque Cirus traiectis
copiis. cum aliquantisper in Scithiam processisset castrametatus est
Deinde postera die. simulato metu quasi refugiens castra deseruit sed vinum
affatim. et ea que epulis erant necessaria reliquit: quod cum regine nunciatum
esset adolescentulum ad insequendum eum. cum tercia parte copiarum mittit Cum ventum
ad castra Ciri esset: ignarus rei militaris adolescens: veluti ad epulas
non ad prelium venisset omissis hostibus insuetos barbaros. vino se onerare patitur
priusque Scithe ebrietate quam bello vincuntur Nam cognitis his Cirus reversus
per noctem: saucios opprimit: omnesque Scithas cum regine filio interficit.
Amisso tanto exercitu. et quod gravius dolendum unico filio Thomiris: orbitatis
dolorem non se in lacrimas effundit sed in ulcionis solacia intendit
hostesque recenti victoria exultantes. pari insidiarum fraude circumvenit quippe
simulata diffidencia propter vulnus acceptum refugiens. Cirum ad angustias
usque perduxit Ibi compositis in montibus insidiis ducenta milia Persarum
cum ipso rege trucidavit In qua victoria etiam illud memorabile fuit:
ne nuncius quidem tante cladis superfuit Caput Ciri amputatum in
utrem humano sanguine repletum coici iubet. regina cum hac
exprobratione crudelitatis: Satia te sanguine inquit quem semper
sitisti cuiusque insatiabilis semper fuisti Cirus regnat annis xxx non
initio tantum regni: sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis
Huic successit filius Cambises qui imperio patris Egiptum adiecit sed
offensus superstitionibus Egiptiorum. Apis ceterorumque deorum egiptiorum edes

Candaulis rex Lidie

Thomiris regina Scithiarum

Cirus cum exercitu trucidatur

ad Hammonis quoque nobilissimum templum expugnandum exercitum mittit qui tempestatibus et arenarum molibus oppressus interiit post hec per quietem videt fratrem suum Mergidem regnaturum quo sompnio exterritus non dubitavit post sacrilegia et parricidium facere Erat enim difficile ut parceret suis qui ad contemptum religionis grassatus etiam adversus deos fuerat Ad hoc tam crudele ministerium magum quendam ex amicis delegit nomine Comatem Interim ipse gladio sua sponte evaginato in femore graviter vulneratus occubuit penasque luit seu imperati parricidii seu perpetrati sacrilegii quo nuncio accepto magus ante famam amissi regis occupat facinus interfecto quoque Merzide cui regnum debebatur fratrem suum subiecit Oropastem Erat enim et oris et ~~lini~~ corporis liniamentis persimilis ac nemine subesse dolum arbitrante pro Merzide rex Oropasta constituitur que res eo occultior fuit quod apud Persas persona regis sub specie maiestatis occulitur Igitur magi ad favorem populi conciliandum tributa et militie vacationem in triennium remittunt ut regnum quod fraude quesierant indulgentia et favore confirmarent que res suspecta primum Ostani viro nobili et in coniecturis sagacissimo fuit Itaque per internuncios querit ex filia que inter regias pellices erat an Cyri filius rex esset Illa nec se scire ait nec ex alia posse cognoscere quia singule separatim recludebantur Tunc pertractare caput dormienti iubet Nam mago Cambises utrasque aures preciderat factus deinde per filiam certior sine auribus regem esse optimatibus Persarum rem indicat et in cedem falsi regis impulsos sacramenti religione obstringit Septem tantum conscii fuere huius coniurationis qui ex continenti ne dato in penitentiam spacio res per quemquam narraretur occulto sub veste ferro ad regiam pergunt Ibi obviis interfectis ad magos perveniunt quibus ne ipsis quidem animus in auxilium sui defuit Siquidem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt ipsi tamen corripiuntur a pluribus quorum alter Grobias medium complexus cunctantibus sociis ne Grobias ipsum pro mago transfoderent quia res obscuro loco gerebatur vel per suum corpus adigi ferrum mago iussit fortuna tamen ictum regente illo incolumi magus interficitur Occisis magis magna quidem gloria recuperati regni principum fuit sed multo maior in eo quod de regno ambigentes concordare potuerunt Erant enim et virtute et nobilitate ita pares difficilem ex his populo electionem equalitas faceret Ipsi igitur viam invenerunt qua de se iudicium religioni et fortune committerent pactique inter se sunt ut statuta die omnes equos ante regiam primo mane producerent et cuius equus ante solis ortum hinnitum primus edidisset is rex esset Nam et Solem Perse unum deum esse credunt et equos eidem deo sacratos ferunt Erat inter coniuratos Darius Histapis filius cui de regno sollicito equi custos ait Si ea res victoriam moraretur nichil negotii superesse per noctem deinde equum femine ante constitutam diem ad eundem locum ducit Ibi quoque eque admittit ratus ex voluptate venere futurum quod evenit postera die itaque cum ad statutam diem omnes convenissent Darii equus cognito loco ex desiderio femine hinnitum statim edidit et

regibus aliis felix auspicium domino primus emisit. Tanta moderacio ceteris
fuit, ut audito auspicio confestim equis desiluerint et Darium regem

Darius hi-
nitu equi
rex effectus est

salutaverint. Populus quoque universus secutus iudicium principum eundem regem
constituit. Sic regnum Persarum septem nobilissimorum virorum virtute quesitum
tam levi momento in unum collatum est. Incredibile prorsus tanta pietate
cessisse eos quod ut eriperet magis mori non recusaverunt, quamquam preter formam
virtutem quoque hoc imperio dignum et cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus
fuit. Principio igitur regni Cyri filiam in matrimonium recepit regali-
bus nuptiis regnum firmaturus, ut non tam in extraneum translatum quam in fami-
liam Cyri reversum videretur. Interiecto deinde tempore cum Assyrii descivissent
et Babiloniam occupassent, difficilisque urbis expugnacio esset, estuante
rege, unus de interfectoribus magorum Zopirus domi se verberibus lacerari
toto corpore iubet, nasum aures et labia sibi precidi atque ita regi in-
opinanti se offert. Attonitum et querentem Darium causas auctorem
quoque tam fede laceracionis, tacitus quo proposito fecerit edocet. Formato que in
futurum consilio transfuge titulo Babiloniam proficiscitur. Ibi ostendit populo lani-
atum corpus, queritur crudelitatem regis, a quo in regni peticione non virtute
sed auspicio, non iudicio hominum sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex
amicis exemplum capere quid hostibus cavendum sit. Hortatur ne moenibus
magis quam armis confidant, paciantur quoque se commune bellum recenciore
ira gerere. Nota nobilitas viri pariter et virtus omnibus erat, nec de fide
timebant, cuius veluti pignora vulnera corporis et notas iniurie habebant.
Constituitur ergo dux omnium electione et favore suffragio, et accepta parva
manu semel atque iterum cedentibus de consulto Persis secunda prelia facit.
Ad postremum universum sibi creditum exercitum Dario prodit, urbemque ipsam
in potestatem eius redegit. Post hec Darius bellum Scythis infert, quod sequitur //

Justini historiographi excellentissimi Epitoma volumine refert
Sive secundus liber Incipit

In relacione rerum a Scythis gestarum quarum satis ample magnifice-
que fuere, principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria
initia quam imperium habuere, nec virorum magis quam feminarum virtutibus
claruerunt. Quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, femine autem eorum Ama-
zonum regna condiderint, prorsus ut res gestas considerantibus virorum

Scithia
gens

mulierumque incertum sit uter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytharum
gens antiquissima semper habita, quamquam inter Scythas et Egiptios diu
contencio de generis vetustate fuerit, Egiptiis predicantibus initio rerum,
cum alie terre nimio fervore solis arderent, alie rigerent frigoris immanitate,
ita ut non modo primo non generare homines, sed ne advenas quidem recipere
ac tueri possent, priusquam adversus calorem ut frigus velamenta corporis
invenirentur vel locorum vitia quesitis arte remediis ~~molientur~~
mollirentur, Egiptum ita temperatam semper fuisse ut neque hiberna frigora
neque estivi solis ardores incolas eius premerent. Solum erant ita fecundum
ut alimentorum in usum hominum nulla terra feracior sit. Iure igitur ibi

primum homines natos videri debere ubi educari facillime possint. Contra Scithe celi temperamento nullum esse vetustatis argumentum putabant. Quippe naturam cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit statim ad locorum patientiam animalia quoque generasse sed et arborum et frugum pro locorum condicionem apte genera variata. Et quanto Scithis sit celum asperius quam Egiptiis tanto et corpora et ingenia esse duriora. Ceterum si mundi que nunc partes sunt aliquando unitas fuit sive alluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit sive ignis qui et mundum genuit cuncta possedit. utriusque primordiis Sethas origine prestare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit qui paulatim extinctus sedem terris dedit nullam prius quam septemtrionalem partem hiemis frigore ab igne secretam. adeo ut et nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus. Egiptum vero et totum orientem tardissime temperatum. quippe qui et nunc torrenti calore solis estuat. Quod si omnes quondam terre submerse profundo fuerunt profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis primum. humilio autem solo eandem aquam diutissime immoratam. Et quanto prior quaeque pars terrarum siccata sit tanto prius animalia generare cepisse. Porro ~~sithiam~~ scithiam adeo editiorem omnibus terris esse ut cuncta flumina ibi nata in meotidem. deinde in ponticum et Egiptium mare decurrat. Egiptum autem. que tot regum tot seculorum cura impensa quam munita sit. et adversum vim incurrentium aquarum tantis structa molibus tot fossis concisa. ut cum his arceantur illis recipiantur aque. nichilominus coli: nisi excluso Nilo. non potuerit. ut possit videri hominum vetustate ultima: que ~~aggere~~ aggeracionibus regum sive Nili trahentis limum terrarum recentissima videatur. His igitur argumentis superatis Egiptiis antiquiores semper Scithe visi. Scithia autem in orientem porrecta includitur ab uno latere ponto. ab altero montibus Riphieis a tergo Asia et Phasi flumine multum in longitudinem et latitudinem patet. Hominibus inter se nulli fines. Neque enim agrum exercent. nec domus illis ulla aut tectum. aut sedes est. armenta et pecora semper pascentibus et per incultas solitudines errare solitis. Uxores liberosque secum in plaustris vehunt quorum coriis imbrium hiemisque causa tectis pro domibus utuntur. Iusticia gentis ingeniis culta non legibus. Nullum scelus apud eos furto gravius. Quippe sine tecto munimento quod pecora et armenta habentibus quid inter silvas superesset si furari liceret. Aurum et argentum perinde aspernantur ac reliqui mortales appetunt. lacte et melle vescuntur. Lane hiis usus ac vestium ignotus. Et quamquam continuis frigoribus urantur. pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur. Hec continentia illis morum quoque iusticiam edidit. Nichil alienum concupiscentibus. Quippe divitiarum cupido est ubi et usus. atque utinam reliquis mortalibus similis moderacio abstinentia quoque alieni foret. profecto non tantum bellorum per omnia secula terris omnibus continuaretur. Neque plus hominum ferrum et arma quam naturalis fatorum

Scithia

J

Scithe plurium victores nulli superabiles fuere

condicio caperet. proinde ut admirabile videatur hoc illis naturam dare
quod greca longa sapientum doctrina preceptis philosophorum consequi nequiunt
Cultosque mores inculte barbariei collatione superari. Tanto plus
in illis proficit vitiorum ignoratio quam in hiis cognitio virtutis. Imperium Asie
ter quesivere Scithe. Ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut
invicti mansere. Darium regem persarum turpi ab Scithia submoverunt
fuga. Cirum cum omni exercitu trucidaverunt. Alexandri magni ducem Zopyriona
pari ratione cum universis copiis deleverunt. Romanorum audivere non sensere
arma. Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt. Gens laboribus
et bellis aspera. vires corporum immense. nichil parant quod amittere
timeant. Nichil victores preter gloriam concupiscunt. Primus Scithis
bellum intulit Vesores rex Egiptius missis primo legatis qui hostibus
parendi legem dicerent. Sed Scithe iam ante de adventu regis a finitimis certiores facti legatis respondent. tam opulenti populi ducem
stolide occupasse bellum. adversus inopes quod magis domi fuerit illi
timendum quod bello certamen anceps. premia victorie nulla. victori dampna
manifesta sint. Igitur non expectaturos Scithas ut ad se veniatur.
cum tanto sibi in hoste concupiscenda sint. ultroque prede ituros obviam
Nec dicto res morata. quos cum tanta celeritate venire rex didicisset.
in fugam vertitur. Exercituque cum omni apparatu belli relicto. in regnum trepidus sese recepit. Scithas ab Egipto paludes prohibere. Inde reversi
Asiam perdomitam ~~tributariam~~ vectigalem fecere modico tributo. magis in titulum
imperii. quam in victorie premium. imposito. quindecim annis pacande Asie
morati. uxorum flagitatione revocantur. per legatos denuntiantibus ni
redeant. sobolem se ex finitimis quesituras. nec passuras. ut per posteritatem Scitharum genus per feminas intercidat. His igitur Asia per
mille quingentos annos vectigalis fuit. pendendi tributi finem
Ninus rex assiriorum imposuit. Sed apud Scithas medio tempore duo regii
iuvenes Plinius et Scolphicus per factionem optimatum domo pulsi
ingentem iuventutem secum traxere. et in Capadocie ora iuxta
amnem Thermodonta consederunt. Subiectosque Themiscirios campos
occupavere. Ibi per multos annos spoliare finitimos assueti conspiratione
populorum per insidias trucidantur. Horum uxores cum viderent exilio
suo additam orbitatem ad arma sumunt fines quoque suos submoventes
primo. mox et inferentes bella defendunt. nubendi quoque animum finitimis
omisere. servitutem non matrimonium appellantes. Singulare omnium seculorum
exemplum ausere rempublicam sine viris. Iam etiam cum contemptu virorum
tuerentur. Et ne feliciores alie aliis viderentur viros domi remanserant. interficiunt. ultionem quoque cesorum coniugum excidio finitimorum consequuntur. Tum pace armis quesita ne genus interiret concubitus finitimorum ineunt. Si qui mares nascerentur interficiebant. Virgines in eundem
ipsi morem. non otio. neque lanificio. sed armis. equis. venationibus
exercebant. inustis infantium dexterioribus mammis. ne sagittarum

iacentes imperitarent. Unde dicte sunt Amazones. Due his regine fuere Marpesia et Lampedo, que in duas partes agmine diviso inclite iam opibus vicissim gerebant bella, sole terminos alternos defendentes. Et ne successibus deesset auctoritas, genitas se a Marte predicabant. Itaque maiore parte Europe subacta Asie quoque nonnullas civitates occupavere. Ibi Ephezo multisque aliis urbibus conditis partem exercitus cum ingenti preda domum dimittunt. Relique que ad tuendum Asie imperium remanserant concursu barbarorum cum Marpesia regina interficiuntur. Orithia vero in locum Marpesie matris regno succedit, cui preter singularem belli industriam eximia virginitate in omne evum virginitas admirationi. Huius virtute tantum additum glorie est et fame Amazonibus est, ut Herculi rex cui duodecim stipendia debebat quasi impossibile imperaverit, ut arma regine Amazonum sibi afferret. Eo igitur profectus longis novem navibus comitante principum Grecie iuventute inopinantes aggreditur. Due tunc sorores Amazonum regna tractabant, Anthiope et Orithia, quarum Orithia foris bellum gerebat. Igitur cum Hercules ad littus Amazonum applicuisset, infrequens multitudo cum Antiopa regina nichil hostile metuente erat. Quare effectum est, ut pauce repentino tumultu excite arma sumerent, facilemque victoriam hostibus darent. Multe itaque cese capteque, in hiis due Antiope sorores, Menalippe ab Hercule, Hippolite a Thezeo. Sed Theseus obtenta in premium captiva eandem in matrimonium assumpsit et ex ea genuit Hippolitum. Hercules post victoriam Menelippen captivam sorori reddidit, et precium arma regine accepit. Atque ita functus imperio ad regem redditur. Sed Orithia ubi comperit bellum sororibus illatum et raptorem esse Atheniensium principem, hortatur comites in ultionem, frustra quod et Ponti sinum et Asiam edomitam esse dicit, si Grecorum non tam bellis quam rapinis pateat. Auxilium deinde a Sagalo Scithie petit, genus se Scitharum esse, cladem virorum, necessitatem armorum, belli causas ostendit, assecutas quoque virtute, ne segniores viris feminas habere Scithe viderentur. Motus ille tanta domestica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Panasagorum in auxilium. Sed ante prelium dissensione orta, ab auxiliis deserte bello ab Atheniensibus vincuntur. Receptaculum tamen habuerunt castra sociorum, quorum auxilio intacte ab aliis gentibus in regnum revertuntur. Pentesilea post Orithiam regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros cum auxilium adversus Grecos ferret magna virtutis documenta extitere. Interfecta deinde Penthesilea exercituque eius absumpto, pauce que in regno remanserant egre se adversus finitimos defendentes usque ad tempora Alexandri Magni duraverunt. Harum Minithia sive Thalestris regina concubitu per dies xiii ad sobolem ex eo generandam obtento reversa in regnum brevi post tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. Scithe autem tercia per expeditionem Asiana cum annis octo a coniugibus ac liberis abfuissent, servili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges

Orithia

Thezeus in matrimonium sumit Ypolitam

Pentesilea

Minithia sive Thalestris

corum longa expectatione virorum fesse ut iam teneri bello sed deletos rate
servis ad custodiam relictis pecorum nubunt qui reversos cum victoria dominos
veluti advenas armati finibus prohibent quibus cum victoria varia
fuisset admonentur Scythe mutare genus pugne memores non cum
hostibus sed cum servis proeliandum ut armorum ut armorum sed dominorum iure
vincendos verbera non arma in aciem afferenda omissoque ferro vir-
gas et flagella ceteraque similia metus paranda instrumenta probato
omnes consilio instructi sicut preceptum erat postquam ad hostes accessere
inopinantibus verbera intentant adeoque illos perculerunt ut quos ferro non
poterant metu verberum vincerent fugamque non ut hostes victi sed ut fugitivi
servi capesserent quicumque capi potuerunt supplicia crucibus luerunt
mulieres quoque male conscie partim ferro partim suspendio vitam finierunt Post
hec pax apud Scythas fuit usque ad tempora Antiri regis huic Darius rex Per-
sarum sicut supra dictum est cum filie eius nuptias non obtinuisset bellum
intulit et armatis septingentis milibus hominum Scythiam ingressus non
prebentibus hostibus pugne potestatem metuens ne interrupto ponte Istri
reditus sibi intercluderetur amissis lxxx milibus hominum refugit trepidus
que iactura abundante multitudine inter damna numerata non est Inde
Asiam et Macedoniam domuit Ionas quoque navali prelio superat Deinde
cognito quod Athenienses Ionis contra se auxilium tulissent omnem impe-
tum belli in eos convertit Nunc quoniam ad bella Atheniensium perventum est
que non modo ultra spem gerendi verum etiam ultra gesti fidem patrata sunt
operaque Atheniensium effectu maiora quam voto fuere paucis urbis
Origo Athe-
niensium
origo repetenda est Et quia non ut cetere gentes a sordidis initiis
ad summa crevere Soli enim preterquam incremento etiam origine gloriantur quip-
pe non advene neque passim collecta populi colluvies originem urbi
dedit sed eodem innati solo quod incolunt et que illis sedes eadem origo
est primi lanificii et olei et vini usum docuere arare quoque ac serere
frumenta glandem vescentibus monstrarunt littere certe et facundia
et hic civilis discipline ordo veluti templum Athenas habent Ante
Cecrops
Deucalionis tempora regem habuere Cecropem quem ut omnis anti-
quitas fabulosa est biformem tradidere quia primus marem femine
Cranaus
matrimonio iunxit huic successit Cranaus cuius filia Athis nomen
Athis filia
et regioni dedit huius temporibus aquarum illuvies maiorem partem Gre-
cie absumpsit Superfuerunt quos refugia montium receperunt aut
ad regem Thessalie Deucalionem ratibus evecti sunt a quo propterea genus
hominum conditum dicitur per ordinem Deinde successionis regnum ad
Erictheus
Erictheum descendit sub quo frumenti satio est in Eleusina
a Triptolemo reperta In cuius muneris honorem noctes initiorum
Egeus
sacrate Tenuit et Egeus Thesei pater Athenis regnum a quo per di-
vortium descendens Medea propter adultam privigni etatem Col-
chos cum Medo filio ex Egeo suscepto concessit Post Egeum
Theseus
Theseus ac deinceps Thesei filius Demophon qui auxilium
Demophon

quam adeusque tyrannos tulit. regnum possedit Erant inter Athenienses et
Dorienses simultatum veteres offense quas vindicaturi bello Dorienses
de eventu prelii oracula consuluerunt. responsum superiores fore ni regem
Atheniensium occidissent Cum ventum esset in bellum militibus ante omnia
custodia regis Atheniensis precipitur Atheniensibus quidem eo tempore rex Codrus
erat. qui et responso dei et preceptis hostium cognitis. permutato regis
habitu pannosus armenta collo gerens Castra hostium ingreditur Ibi
in turba obsistencium a milite. quem falce astu convulneraverat. interficitur
Cognito regis corpore Dorienses sine prelio discedunt atque ita Athenienses
virtute ducis pro salute patrie. morti se offerentis. bello liberantur

Codrus

Post Codrum nemo Athenis regnavit. quod memorie nominis eius
tributum est Administratio reipublice annuis magistratibus permissa
sed civitati tunc leges nulle erant. quia libido regum pro legibus habebatur
Legitur itaque Solon vir iusticie insignis. qui velut novam civitatem
legibus conderet. qui tanto temperamento inter plebem senatumque egit ut
si quid pro altero ordine tulisset alteri displiciturum videretur. ab utrisque parem
gratiam traheret. huius viri inter egregia multa. et illud memorabile fuit
inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salamine insule prope usque
ad interitum. armis dimicatum fuerat. Post multas clades capitale esse
apud Athenienses cepit si quis legem de vendicanda insula tulisset
Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo parum reipublice consuleret aut
censendo sibi periculum afferret. subitam dementiam simulat. cuius venia non
dicturus modo prohibita sed et facturus erat. deformis habitu more vecordium
in publicum evolat. facto quoque concursu hominum quo magis consilium dissimularet.
insolitis sibi versibus suadere cepit quod vetabatur. omnium quoque animos
ita cepit. ut exemplo bellum adversus Megarenses decerneret insula
que devictis hostibus Atheniensibus fieret Interea Megarenses memores
illati ab Atheniensibus belli et veriti ne frustra arma movisse viderentur.
matronas Atheniensium in Eleusinis sacris noctu aggressuri
naves ~~ass~~ ascendunt Qua re cognita dux Atheniensium ~~pisistra~~
Pisistratus iuventutem in insidiis locat. iussis matronis solito clamore
ac strepitu etiam in accessu hostium. ne intellectos se sentiant. sacra celebrare
egressosque navibus Megarenses inopinantes aggressus delet.
ac protinus classe captiva interiectis mulieribus. ut speciem captivarum
matronarum preberent Megaram contendit. illi cum et navium formam et petitam
predam cognoscerent. obvii ad portum procedunt quibus cesis Pisistratus.
parum a capienda urbe abfuit Ita Megarenses suis dolis hosti victoriam
dederunt Sed Pisistratus quasi sibi non patrie vicisset tyrannidem per
dolum occupat Quippe voluntariis verberibus domi affectus lacerato
que corpore in publicum progreditur Advocata contione vulnera populo ostendit
De crudelitate principum. a quibus hec se passum simulabat. queritur
Adduntur vocibus lacrimabiliter et invidiosa oratione multitudo accenditur
amore plebis invisum esse se senatui simulat. obtinet. ad custodiam

Solon

Pisistratus

corporis sui satellitum auxilium. per quos occupata tirannide per annos
Diocles
xxxiiii regnat post mortem huius diocles alter ex filiis per vim stuprata
alter hyppias
regine asie puella interficitur alter hyppias nomine cum imperium paternum
teneret. interfectorem fratris comprehendi iubet. qui cum per tormenta conscios cedis
nominare cogeretur omnes amicos tirani nominat. quibus interfectis querenti
tirano an adhuc aliqui conscii essent neminem superesse quem amplius mori
gestiat preter ipsum tirannum. qua voce eiusdem se tirani victorem post vindicatam
pudicitie sororis ostendit. cuius virtute cum admonita civitas libertatis
esset. tandem hyppias regno pulsus se dario inferenti atheniensibus
bella se ducem significat adversus patriam suam offert. Igitur athenienses
audito darii adventu auxilium a lacedemoniis socia tunc civitate petierunt
quos ubi viderunt quadriduanam teneri religione non expectato auxilio
instructis decem milibus civium et plateensibus auxiliaribus mille adversus
Miltiades
sexcenta milia hostium in campos marathonis in prelium egrediuntur. Miltiades
dux et dux belli erat et auctor non expectandi auxilii. quem tanta
fiducia ceperat ut plus presidii in celeritate quam in sociis duceret. Magna igitur
in pugnam euntibus animorum alacritas fuit adeo ut cum mille passuum inter
duas acies essent citato cursu ante ictum sagittarum ad hostem venerint
nec audacie eius eventus defuit. pugnatum est enim tanta virtute ut hinc
viros inde pecudes putares. victi perse in naves confugerunt ex
quibus multe submerse suppresse multe capte sunt. In eo prelio tanta virtus singulorum
fuit. ut cuius laus prima esset difficile iudicium videretur. Inter ceteros
Themistocles
tamen themistoclis adolescentis gloria emicuit in quo iam tunc indoles tunc
Cinegirus
future imperatorie dignitatis apparuit. Cynegiri quoque militis atheniensis gloria
magnis scriptorum laudibus celebrata est. qui post prelii innumeras cedes cum
fugientes hostes ad naves egisset onustam navem dextra manu tenuit
nec prius dimisit quam manum amitteret tunc quoque amputata dextra navem
sinistra comprehendit. quam et ipsam cum amisisset ad postremum morsu navem detinuit.
tantam in eo virtutem fuisse ut non tot cedibus fatigatus non ambabus
manibus amissis victus truncus ad postremum postremo et veluti rabida fera
dentibus dimicaverit. ducenta milia perse eo prelio sive naufragio
amisere. Cecidit et hyppias tirannus atheniensis auctor et concitator
eius belli. Sed et patrie ultoribus pugnas repetentibus darius interea cum bellum
restauraret in ipso apparatu decedit relictis multis filiis et in regno
et ante regnum susceptis. Et his Arthamenes maximus natu etatis
privilegio regnum sibi vendicabat. quod ius et ordo nascendi et natura
ipsa gentibus dedit. Porro xerxes controversiam non de ordine sed de na-
scendi felicitate referebat. Nam arthamenem primum quidem dario
sed privato provenisse se regi primum natum. itaque fratres qui ante geniti
essent. privatum vendicare posse se esse quem primum in regno iam rex
pater sustulerit. huc accedere quod arthamenes non patre tantum sed et
matre privata ad hunc sortitus. avum quod matre privato procreatus sit.
se vero et matre regina natum et patrem non nisi regem vidisse. Avum

quod maternum Cirum se regem habuisse non heredem sed conditorem tanti
regni Ita et si in equo iure utrumque fratrem pater reliquisset materno tamen
se iure et avito vincere. Hoc certamen concordi animo ad patruum suum Artafer-
nem veluti ad domesticum iudicem deferunt qui domi cognita causa
Xerxem preposuit adeo quod fraterna contentio fuit ut nec victor insulta-
verit nec victus indoluerit ipso quod litis tempore munera invicem miserint
iocunda quoque inter se ~~convivia~~ convivia non solum sed credula habuerint. Iudi-
cium quoque ipsum sine arbitrio sine convicio fuerit Tanto moderatius tunc
~~frat~~ fratres inter se maxima regna dividebant quanto nunc exigua
patrimonia partiuntur Xerxes igitur bellum a patre ceptum adversus Greciam
per quinquennium instruxit. quod ubi primum didicit Demarathus rex La-
cedemoniorum qui apud Xerxem exulabat amicior patrie post fugam
quam regi post beneficia ne inopinato bello opprimerentur omnia in tabellis
ligneis magistratibus perscribit easdem quod cera superinducta delet ne
aut scripturam sine tegmine indicium daret aut recens cera dolum proderet
Fido deinde servo perferendas tradit iusso magistratibus Spartanorum tradere
quibus perlatis Lacedemone questioni res diu fuit quod neque scriptum aliquid
viderent nec frustra missa suspicarentur tanto quod rem maiorem quanto esset
occultior putabant Herentibus coniectura viris soror regis Leonide
consilium scribentis invenit Erasa igitur cera belli consilia deteguntur
Xerxes iam septingenta milia ex regno de regno trecenta de auxiliis
paraverat ut non inmerito proditum sit flumina exercitu eius siccata Greciam
quoque omnem vix capere exercitum eius potuisse Naves quoque decies centum milia
numero habuisse dicitur Huic tanto agmini dux defuit Ceterum si spectes
divitias non ducem laudes quarum tanta copia in regno eius fuit
ut cum flumina multitudine consumerentur opes tamen regie superessent
Ipse autem primus in fuga postremus in prelio semper visus est in periculis timi-
dus sicubi metus ~~esset~~ abesset inflatus denique ante experimentum belli
fiducia virium veluti nature ipsius dominus et montes in planum deduce-
bat et convexa convallium equabat et quedam maria pontibus ster-
nebat quedam ad navigationis commodum per compendium ducebat
Cuius introitus in Greciam quam terribilis tam turpis ac fedus discessus fuit
Namque cum Leonida rex Spartanorum cum quatuor milibus militum an-
gustias Termopilarum occupasset Xerxes contemptu contemptu pau-
citatis eos pugnam capessere iubet quorum cognita Marathonia pu-
gna interfecti fuerant qui dum ulcisci suos querunt principium cladis fuere
Succedente deinde inutili turba maior cedes editur Triduo ibi cum
dolore et indignatione Persarum dimicatum quarta die cum nuntiatum
esset Leonide a xx milibus hostium summum cacumen teneri tunc horta-
tur socios recedant et se ad meliora patrie tempora reservent Sibi cum Spar-
tanis fortunam experiundam plura patrie quam vite debere ceteros ad pre-
sidia Grecie servandos Audito regis imperio discesserunt ceteri soli
Lacedemonii remanserunt Initio huius belli sciscitantibus Delphis

Xerxes
Demarathus
Exercitus Xerxis
Leonida
patria

oraculo responsum fuerat. aut regi Spartanorum aut urbi cadendum. Et idcirco
rex Leonides. cum in bellum proficisceretur ita suos firmaverat. ut regem parato
parato ad moriendum animo scirent Angustias quas pretea occupaverat. aut
cum paucis ad maiorem gloriam vinceret. aut sine detrimento reipublice caderet
Dimissis igitur sociis hortatur Spartanos suos meminerint qualitercumque proeli-
antibus cadendum esse. caverent ne fortius mansisse quam dimicasse vide-
antur Nec expectandum ut ab hoste circumvenirentur sed dum nox occasionem
daret. securis et letis superveniendum Nusquam victores honestius quam in castris
hostium perituros Nichil erat difficile persuadere persuasis mori Raptim ar-
ma capiunt. et sexcenti viri castra quingentorum milium irrumpunt. statimque
regis pretorium petunt. aut cum illo. aut si ipsi oppressi essent. in ipsius potissimum
sede morituri Tumultus totis castris oritur Spartani postquam regem non
inveniunt. per omnia castra victores vagantur. cedunt. sternunt quoque omnia
ut qui sciant se pugnare non spe victorie. sed mortis ultionem Prelium a principio
noctis in maiorem partem diei tractum Ad postremum non vi victi. sed vincendo
fatigati. inter ingentes stratorum hostium catervas. occiderunt Xerxes duobus
vulneribus terrestri prelio acceptis. experiri maris fortunam statuit Sed Athe-
niensium dux Themistocles. cum animadvertisset Ionas propter quos bellum
Persarum susceperant. in auxilium regis classe venisse sollicitare eos
in partes suas statuit. et cum colloquendi copiam non haberet que applicaturi
erant Simbolos proponi et in saxis proscribi curat Que vos Iones de-
mentia tenet quod facinus agitis bellum inferre olim conditoribus vestris
nuper etiam vindicibus. ut essent. qui nostra delerent. quid. si non hec et Dario
prius. et nunc Xerxi belli causa nobiscum foret. quod vos rebellantes non
destituimus. quin vos in hec castra nostra ex ista obsidione transite Aut si
hoc parum tutum est. at vos commisso prelio. ite cessim. inhibete remos et a
bello discedite Ante navalis prelii congressionem miserat Xerxes quatuor
milia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum prorsus
quasi non cum Grecis tantum sed cum diis immortalibus bellum gereret. que manus
tota imbribus et fulminibus deleta est. ut intelligeret. quanto maior offensa
deorum esset. tanto nullas adversus deos esse hominum vires Post hec Thespias
et Plateas. et Athenas vacuas hominibus incendit. et ferro quoniam
in homines non poterat. in edificia igne grassatur Namque Athenienses
post pugnam Marathoniam premonente Themistocle. victoriam illam
de Persis non finem sed causam maioris belli fore Ducentas naves fa-
bricaverant Adventante igitur Xerxe consulentibus Delphis oraculum
responsum fuerat. salutem muris ligneis tuerentur Themistocles navium
presidium demonstratum ratus persuadet omnibus patriam municipes esse. non
menia civitatemque non in edificiis. in civibus positam Melius itaque salutem
navibus quam urbi commissuros huius sententie etiam deum auctorem esse.
Probato consilio coniuges liberosque cum pretiosissimis rebus abditis insulis
relicta urbe demandant Ipsi naves armati conscendunt Exemplum
Atheniensium et alie urbes imitate Itaque cum adunata omnis sociorum

Mira auda
cia paucorum

scilicet [illegible] cedendo

classis et intenta in bellum navale esset Augustias quoque Salamini freti ne circumveniri a multitudine posset occupasset, dissensio inter civitatum principes oritur. qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi vellent. timens Temistocles ne discessu sociorum vires minuerentur per servum fidum Xersi nuntiat uno in loco eum contractam Greciam capere facillime posse quod si civitates quas iam capere vellet dissiparentur maiore labore ei singulas consectandas. hoc dolo impellit regem signum pugne dare Greci quoque adventu hostium occupati prelium collatis viribus capessunt. Interea rex velut spectator pugne cum parte navium in labore remanet Arthemisia autem regina Allicarnassi que in auxilium antea Xersi venerat. inter primores duces bellum acerrime ciebat Quippe ut in viro muliebrem timorem ita in muliere virilem audaciam cerneres Cum anceps prelium esset Iones iuxta preceptum Themistoclis pugne se paulatim subtrahere ceperunt quorum defectio animos ceterorum fregit. Itaque circumspicientes fugam pelluntur Perse. et mox prelio victi. multe submerse naves. multe capte sunt plures tamen non minus seviciam regis quam hostem timentes. domum dilabuntur Mardonius hac ~~clade~~ clade perculsum et dubium consilii Xersem aggreditur hortatur ut in regnum abeat. ne quid seditionis moveat. fama adversi belli et in maius sicuti mos est omnia extollens. sibi ccc milia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat qua manu aut cum gloria eius perdomiturum se Greciam aut si aliter eventus ferat sine eiusdem infamia hostibus cessurum probato consilio Mardonio exercitus traditur. reliquas copias rex ipse in regnum reducere parat Greci vero audita fuga regis consilium ineunt pontis interrumpendi quem ille Abydo veluti victor maris fecerat. ut interclusus reditu aut cum exercitu deleretur. aut desperatione rerum pacem victus petere cogeretur Sed Themistocles timens ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent. et iter quod aliter non pateret ferro patefacerent satis multos hostes in Grecia remanere dictitans nec augeri numerum retinendo oportere Cum vincere consilio ceteros non posset eundem servum ad Xersem mittit certioremque consilii facit et occupare transitum maturata fuga iubet. Ille perculsus nuntio tradit ducibus milites perducendos Ipse cum paucis Abidum contendit. ubi cum solutum pontem hibernis tempestatibus offendisset piscatoria scapha trepidus traiecit Erat res spectaculo digna et estimatione sortis humane rerum varietate miranda in exiguo latentem videre navigio quem paulo ante vix equor omne capiebat Carentem etiam omni servorum ministerio cuius exercitus propter multitudinem terris graves erant Nec pedestribus copiis quas ducibus assignaverat felicius iter fuit Siquidem cottidiano labori Neque enim ulla est metuentibus quies etiam fames accesserat Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem tantaque implerentur alitesque et bestie escarum illecebris sollicitate exercitum sequerentur Interim Macedonius in Grecia Olinthum expugnat Athenienses quoque in spem pacis amicitiamque regis sollicitat spon

Mardonius

denuo incense eorum urbes et in manus restitutorum post quam nullo precio libertatibus venalem vidit / incensis / que edificari ceperat. copias in Boeciam transfert. eo et grecorum exercitus qui centum milium fuit / secutus est. Ibi proelium commissum. Sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam victus Mardonius velut ex naufragio cum paucis profugit. castra referta regalis opulentie capta sunt. unde primum grecos diviso inter se auro persico divitiarum luxuria cepit. Eodem forte die. quo Mardonii copie delete sunt. etiam navali proelio in Asia sub monte Michaele adversus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem. cum classes ex adverso starent. fama ad utrosque exercitus venit vicisse grecos et Mardonii copias occidione cecidisse. Tantam fame velocitatem fuisse ut cum matutino tempore. proelium in Boecia commissum sit. meridianis horis in Asiam per tot maria. et tantum spacii tam brevi horarum momento. de victoria nunciatum sit. Confecto bello. cum de premiis civitatum ageretur omnium iudicio Atheniensium virtus ceteris prelata est. Inter duces quoque Themistocles princeps civitatum. testimonio iudicatus gloriam patrie sue auxit. Athenienses igitur aucti et premiis belli et gloria urbem ex integro condere moliuntur. Cum menia maiora complexi fuissent. suspecti esse Lacedemoniis cepere. reputantibus quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset. quantum daturam munita civitas. Mittunt ergo legatos qui moneant. ne munimenta hostibus et receptacula rursus futuri belli causas construant / Themistocles ubi videt spei urbis invideri non existimans inconsulte agendum respondit legatis. ituros Lacedemonem qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic dimissis Spartanis. hortatur suos ut opus maturent. deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur. et nunc in itinere infirmitate simulata nunc tarditatem collegarum accusans / sine quibus legitime nichil posset / diem de die proferendo spacium. consumendo operi querebat / Cum interim nunciatur Spartanis. opus Athenis maturari propter quod denuo legatos mittunt. ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per servum magistratibus scribit. Lacedemoniorum legatos vinciant. pignusque teneant ne in se gravius consulatur. Adiit deinde concionem Lacedemoniorum indicat permunitas Athenas esse. et posse illatum bellum non armis tantum. sed etiam muris sustinere Si quid ob eam rem de se crudelius statuerint legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos. Graviter deinde castigat eos. quod non virtute sed imbecillitate sociorum potentiam quererent Sic dimissus velut triumphatis Spartanis a civibus excipitur. Post hec Spartani ne vires otio corrumperentur. et ut bis a Persis grecie bellum ulciscerentur ultro fines eorum populantur. ducem sibi sociorumque exercitui deligunt Pausaniam. qui pro ducatu regnum grecie affectans / proditionis premium cum Xerxe nuptias filie eius pacisitur. redditis captivis. ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit preterea Xerxi / quoscumque ad se nuncios mitteret. interficeret. ne res loquacitate hominum proderentur Sed dux Atheniensium Aristides belli socius collegae conatibus

obvia eundo / sed et iram sapientum consilientes proditoris consilia ~~dissen~~
distruxissetis / ut multorum accusatus Pausonias damnaretur. Igitur Xerxes cum
proditoris dolum publicatum videret, exintegro bellum instituit. Greci quoque
ducem constituunt Cimona atheniensem filium Miltiadis (sub quo duce
apud Marathonem pugnatum est) iuvenem, cuius magnitudinem future
pietatis documenta prodiderunt. Namque genitorem in carcere defunctum translatis in se
vinculis ad sepulturam redemit. Nec in ~~non inferior~~ bello iudicium deligen-
tium fefellit. Siquidem non inferior virtutibus patris Xerxem terrestri na-
vali quoque bello superatum trepidum se in regnum recipere coegit.

Epithoma Iustini super T. Pompei librum tercio

Rex persarum Xerxes terror antea gentium bello in grecia infeli-
citer gesto, etiam suis contemptui esse cepit. Namque Arthabanus
prefectus eius deficiente cotidie regis maiestate in spem regni
adductus cum vii robustissimis filiis regiam vesperi ingreditur (nam amici-
tie iure semper bello patebat) ingressus trucidatoque rege voto suo obsisten-
tes filios eius dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe puero admodum fingit
regem a Dario qui erat adolescens, quo maturius regno potiretur,
occisum. Impellit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare. Cum ven-
tum ad domum Darii esset, dormiens inventus quasi sompnum fingeret
interficitur. Sed cum unum ex regis filiis sceleri suo superesse Arthabanus
videret ~~metiretur~~ metueretque de regno certamina principum, assumit
in societatem consilii Bachabasum, qui presenti statu contentus rem
prodit ~~Ar~~ Artaxerxi, ut pater ~~ut~~ eius occisus, ut frater falsa parrici-
dii suspicione oppressus, ut denique ipsi pararentur insidie. His cognitis
Artaxerxes verens Arthabani numerum filiorum in posterum diem paratum
esse armatum exercitum iubet, recogniturus et numerum militum et in armis
industriam singulorum. Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus
assisteret, rex simulabat se breviorem loricam habere, iubet quoque Artha-
banum secum commutare. Exuentem se ac nudatum gladio traiecit,
tum et filios eius corripi iubet. Atque ita egregius adolescens et necem
patris et necem fratris, et se ab insidiis Arthabani vindicat. Cum hec
geruntur, interea grecia omnis ducibus lacedemoniis et atheniensibus
in duas divisa partes ab externis bellis, velut in viscera sua arma
convertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora, et eorundem castrorum
homines in duos hostiles exercitus dividuntur. Hinc lacedemonii
communia quondam civitatum auxilia ad vires suas trahebant. Inde
Athenienses et vetustate gentis et gestis rebus illustres propriis viribus
confidebant. Atque ita duo potentissimi ~~po~~ populi grecie institutis So-
lonis et Ligurgi legibus pares ob emulationem virium in bellum ruebant. Ligurgus legislator
Namque Ligurgus cum fratri suo Pollibito Sparthanorum regi successisset
regnumque sibi vendicare potuisset, Carilao filio eius qui natus
posthumus fuerat, cum ad etatem adultam pervenisset, regnum sum-
ma fide restituit, ut intelligerent omnes quanto plus apud bonos

pietatis iura quam omnes opes valent. Medio igitur tempore, dum infans convalesceret, tutela quam regnum eius administra, non habentibus Spartanis leges instituit, non inventione earum magis quam exemplo clarior. Siquidem nil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum formavit. Parsimoniam omnibus persuasit, existimans laborem militie assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore.

Leges Ligurgi

Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit. Auri argenti quam usum velut omnium scelerum materiam sustulit. Administrationem rei publice per ordines divisit: regibus potestatem bellorum, magistratibus iudicia et annuos successores, senatui custodiam legum, populo sublegendi senatum vel creandi quos vellet magistratus potestatem permisit. Fundos omnium equaliter inter omnes divisit, ut equata patrimonia neminem potentiorem alterius redderent. Conviviari omnes publice iussit, ne cuius divitie vel luxurie in occulto essent. Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit, nec quemquam cultius quam alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci precepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opera et laboribus agerent. Nihil eos somni causa substernere, et vitam sine pulmento degere, neque prius in urbem redire quam viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere iussit, ut uxores eligerentur, non pecunia; severius quam matrimonia sua viri coercerent, cum nullis frenis dotis tenerentur.

honor

Maximum honorem non divitum et potentium, sed pro gradu etatis senum esse voluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. Hec quoniam primo solutis antea moribus dura videbat esse, auctorem eorum Apollinem Delphicum fingit, et inde se ea ex precepto numinis detulisse, ut consuescendi tedium metus religionis vinceret. Deinde ut eternitatem legibus suis daret, iureiurando obligat civitatem nihil eos de eius legibus mutaturos priusquam reverteretur, et simulat se ad oraculum Delphicum proficisci consulturum quid addendum mutandumque legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam ibique perpetuum exilium egit, abicique in mare ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedemonam solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita brevi civitas convaluit, ut cum Messeniis propter stupratas virgines suas in solemni Messeniorum sacrificio bellum intulissent, gravissima se execratione obstrinxerint, non prius quam Messeniam expugnassent reversuros, tantum sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes. Que res initium disse- Dissensionis Grecie et intestini belli causa et origo fuit. Itaque cum contra presumptionem suam annos decem in obsidione urbis tenerentur et querelis uxorum post longam viduitatem revocarentur, veriti sunt ne hac perseverantia belli gravius sibi quam Messeniis nocerent. Quippe illis quantum iuventutis bello intercidat, mulierum fecunditate suppleri; sibi et belli damna assidua et fecunditatem uxorum absentibus viris nullam esse. Itaque legunt iuvenes ex eo genere militum, qui post iusiurandum in supplementum venerant quibus Sparthani remissis promiscuos omnium feminarum concubitus permisere maturiorem futuram conceptionem rati si eam singule per plures viros experirentur Ex hiis nati ob notam materni pudoris Spartani vocati. Qui cum ad annos xxx pervenissent metu inopie nulli enim pater existebat cuius in patrimonium successio spectaretur ducem Phalantum assumunt filium Arati qui auctor spartanis fuerat iuventutis ad generandam sobolem domum remittende ut sicuti dudum patrem eius nascendi auctorem habuissent sic ipsum spei ac dignitatis sue haberent itaque nec salutatis matribus ex quarum adulterio infamiam colligisse videbantur ad sedes inquirendas proficiscuntur deinde et per varios casus iactati tandem in Italiam deferuntur et occupata arce Tarentinorum et expugnatis veteribus incolis sedes sibi constituunt Sed post annos plurimos dux eorum Phalantus per seditionem in exilium proturbatus Brundisium se contulit quo expulsi sedibus suis veteres Tarentini concesserant Is moriens persuadet ut ossa sua postremasque reliquias contererent et tacite spargi in foro Tharentinorum curent hoc enim modo recuperare illos patriam posse apollinem delphis cecinisse. At illi arbitrantes eum in ultionem sui civium fata prodidisse preceptis paruere Sed oraculi diversa sententia fuerat perpetuitatem enim urbis non amissionem hoc facto promiserat deus Ita ducis exulis consilio et hostium ministerio possessio Tharentina Sparthanis in eternum fundata. Ob cuius beneficii memoriam phalanto divinos honores decrevere Interea messenii cum virtute non possent per insidias expugnantur Deinde cum per annos octoginta gravia servitutis verbera plerumque et vincula ceteraque capte civitatis mala perpessi essent post longam penarum paciencia bellum restaurant lacedemonii quoque eo conspirantius ad arma concurrunt quo adversus servos dimicaturi videbantur Itaque cum hinc iniuria inde indignatio animos acueret Lacedemonii de eventu belli oraculo delphis consulto iubentur ducem belli ab Atheniensibus petere. Porro athenienses cum responsum cognovissent in contemptum Sparthanorum Thirtheum poetam claudum pede misere qui tribus preliis fusis eo usque desperatos Sparthanos adduxit ut servos suos ad supplementum exercitus manumitterent hiisque interfectorum matrimonia pollicerentur ut non numero tantum amissorum sed et dignitati succederent Sed reges lacedemoniorum ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta civitati infligerent reducere exercitum voluerunt ni intervenisset Tirtheus qui composita carmina exercitui pro contione recitavit In quibus hortamenta virtutis dampnorum solatia belli consilia conscripserat Itaque tantum ardorem militibus iniecit ut non de salute sed de sepultura soliciti tesseras insculptis suis et patrum nominibus dextro brachio religarent ut si omnes adversum prelium consumpsisset et temporis spacio confusa corporum lineamenta essent ex indicio titulorum tradi sepulture possent. Cum sic animatum reges exercitum viderent curam rem hostibus nunciare Messeniis autem non timorem res sed emulationem

Spartani sic dicti

Phalantus

mutua dedit Itaque tantus animus contensium est. ut raro unquam tam cruentum prelium fuerit / ad postremum tamen victoria lacedemoniorum fuit. Interiecto tempore ~~In auxilium~~ tercium quoque bellum Messenii reparavere In auxilium lacedemonii inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere. quorum fidem cum suspectam haberent supervacaneos eos simulantes a bello eodem dimiserunt Hanc rem Athenienses graviter ferentes. pecuniam / que erat stipendium persici belli ab universa grecia collata a delo athenas transferunt. ne deficientibus a fide societatis lacedemoniis prede et rapine esset Sed nec lacedemonii quievere. qui cum Messeniorum bello occupati essent / peloponenses immisere. qui bellum atheniensibus facerent. parve tunc temporis. classe in egiptum missa vires atheniensibus erant Itaque navali prelio dimicantes facile superantur Interiecto deinde tempore post reditum suorum aucti. et classis et militum robore prelium reparant. iam et lacedemonii omissis messeniis adversus Athenienses arma verterunt. diu variata victoria fuit ad postremum equo marte utrimque discessum Inde revocati. lacedemonii ad Messeniorum bellum ne medium tempus ociosum Athense Atheniensibus relinquerent / cum Thebanis b paciscuntur ut boeciorum imperium hiis restituerent. quod temporibus belli persici amiserant. ut illi cum Atheniensibus bellum susciperent Tantus furor Sparthanorum erat. ut duobus bellis implicati suscipere tercium non recusarent dummodo inimicis suis hostes acquirerent Igitur Athenienses adversus tantam tempestatem belli duos duces deligunt / periclem spectate virtutis virum. et Sophoclem scriptorem Tragediarum. qui diviso exercitu. et spartanorum agros vastaverunt. et multas asie civitates Atheniensium imperio adiecerunt hiis malis malis fracti lacedemonii in annos xxx pepigerunt pacem Sed tam longum ocium inimicitie non tulerunt Itaque xv anno rupto federe cum contemptu hominum deorumque fines atticos populantur. et ne predam potius quam pugnam concupisse viderentur. hostes ad prelium provocant Sed athenienses consilio periclis ducis predacionis iniuriam differunt in tempus ultionis. supervacuam pugnam existimantes cum ulcisci hostem sine periculo possent deinde interiectis diebus naves conscendunt. et nihil sencientibus. lacedemoniis totam Sparthanam depredantur. multoque plura auferunt quam amiserant. prorsus ut in comparatione dampnorum. longe pluris fieret expedicio habita / sed multo clarior privati patrimonii. contemptus fuit. huius agros in populacione ceterorum intactos hostes reliquerunt sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia. aut ex suspicione prodicionis infamiam. quod cum prospiciens pericles. et futurum populo predixerat. ad invidie impetum declinandum. agros ipsos dono reipublice dederat / atque ita unde periculum quesitum fuerat. ibi maximam gloriam invenit / post hec interiectis diebus. navali prelio dimicatum est / victi lacedemonii fugerunt. nec cessatum est deinceps. quin aut terra aut mari varia preliorum fortuna invicem se trucidarent. Denique fessi tot malis pacem in annos quinquaginta fecere quam non nisi sex annos servaverunt Nam indutias quas

proprio nomine conduxerat sociorum sponsa rumpebant. Itaque quasi
minus periculi cohaerent quam ferventes. Postquam ancilia potius apto praelio di-
minutasset hinc bellum in Siciliam translatum. Quod priusquam exponam de Siciliae situ
pauca dicenda sunt

Epithoma Iustini hyspamensis super T. p. librum quartum

Siciliam ferunt angustis quondam faucibus Italiae adhesisse direptam
que velut a corpore maiore impetu superi maris. quod toto undarum
onere illuc vehitur. Est autem terra ipsa tenuis ac fragilis
et cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis ut ventorum tota ferme
flatibus pateat. Nec non et ignibus gignendis nutriendisque soli ipsius
naturalis materia. Quippe intrinsecus stratum sulfure et bitumine traditur quae
res facit ut spiritu cum igne in interiora luctante frequenter et
compluribus locis nunc flammas nunc vaporem nunc fumum eructet.
Inde denique Et hinc montis per tot secula durat incendium. Et ubi acrior
per spiramenta cavernarum ventus incubuit ~~ita~~ arenarum moles egeruntur.
Proximum Italiae promontorium Regium dicitur ideo obrupta hoc nomine pronunciantur.
Nec mirum si fabulosa est loci huius antiquitas in quem res tot coiere
mirae. Primum quod nusquam alias torrens fretum ut solum citato impetu
verum etiam saevo. neque experientibus modo terribile verum etiam procul visentibus
nec undarum porro se incurrentium tanta pugna est ut alias veluti
terga dantes vorticibus mergi ac in imum desidere alias quasi victrices
in sublime ferri videas. Nunc hic ~~fremitum~~ fremitum ferventis aestus nunc
illic gemitum in voraginem desidentis exaudias. Accedunt vicini et
perpetui et hinc montis ignes et insularum Eolidum velut ipsis undis
alatur incendium. Neque enim tam angustis terminis aliter durare tot seculis
tantus ignis potuisset nisi et humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur
fabulae Scillam et Caribdim peperere. Hinc latratus auditus hinc
monstri credita simulacra dum navigantes magnis vorticibus
pelagi desidentis exterriti latrare putant undas quas sorbentis
aestus vorago collidit. Eadem causa etiam et hinc montis perpetuos
ignes facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum
trahit ac ibi suffocatum tam diu tenet donec per spiramenta terrae dif-
fusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italiae Siciliaeque vicinitas
iam promontoriorum altitudo ipsa ita similis est ut quantum nunc admirationis
tantum antiquis terroris dedit. Credentibus coeuntibus in se promonto-
riis ac rursus discedentibus solida intercipi absumique navigia. Neque
hoc ab antiquis dulcedine fabulae compositum sed metu et admiratione
transeuntium. Et est enim procul inspicientibus natura loci ut sinum
maris non transitum putes. quo cum accesseris discedere ac seiungi pro-
montoria quae ante coniuncta fuerant arbitrere. Siciliae primo
Trinacriae nomen fuit. postea Sicania cognominata est. Haec a principio
patria Cilopum fuit. quibus extinctis Colus regnum insulae occu-
pavit. post quem singulae civitates in tirannorum imperium concesserunt

quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum ceterorum crudelitate certabat, cuius moderationis haud mediocrem fructum tulit. Quippe decedens cum filios pupillos reliquisset, tutelamque eorum Micalo spectate fidei servo commisisset, tantus amor memorie eius apud omnes fuit, ut parere servo quam deserere regis filios mallent, principesque civitatis obliti dignitatis sue maiestatem regni administrari per servum paterentur. Imperium Sicilie etiam Carthaginenses temptavere. Diuque varia victoria cum tyrannis dimicatum. Ad postremum amisso Hamilcare imperatore cum exercitu aliquantisper quievere victi. Quoque medio tempore, cum Regini discordia laborarent, et civitas quoque per dissensionem divisa in duas partes esset, veterani ex altera parte ab Himera urbe in auxilium vocati, pulsis e civitate contra quos implorati fuerant, et mox cesis quibus tulerant auxilium, urbem cum coniugibus et liberis sociorum occupavere, ausi facinus nulli tyranno comparandum. Quippe ut Rheginis melius fuerit vinci quam vicisse. Nam sive victoribus captivitatis iure servissent, sive amissa patria exulare necesse habuissent, non ~~tamen~~ tamen inter aras et patrios lares trucidati crudelissimis per tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis predam reliquissent. Catinenses quoque cum Siracusanos graves paterentur, diffisi viribus suis auxilium ~~ab~~ ab Atheniensibus petivere, qui seu studio maioris imperii, quod Asiam Greciamque penitus occupaverat, seu metu facte quondam a Siracusanis classis, ne Lacedemoniis ille vires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Cathinensibus auxilii temptarent Sicilie imperium. Et quoniam prima initia fregerunt rebus hostibus prospera fuerant, maiore deinde classe et robustiore exercitu Lachete et Chariade ducibus Siciliam petivere. Sed Catinenses sive metu Atheniensium sive thedio belli pacem cum Siracusanis remissis Atheniensium ~~auxiliis~~ auxiliis fecerunt. Interiecto deinde tempore, cum fides pacis a Siracusanis non servaretur, denuo legatos Athenas mittunt, qui sordida veste, capillo barbaque promissis, et omnis squaloris habitu ad misericordiam per commovendam acquisito, contionem deformes adeunt. Adduntur precibus lacrime, et ita misericordem populum supplices movent, ut damnarentur duces qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur; creantur duces Niceas et Alcibiades et Lamachus, tantisque viribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori esset, in quorum auxilia mittebatur. Brevi post tempore revocato ad reatum Alcibiade, duo prelia pedestria secunda Niceas et Lamachus faciunt. Munitionibus deinde circumdatis hostes maritimis commeatibus in urbe clausos includunt. Quibus rebus fracti Siracusani auxilium a Lacedemoniis petivere. Ab his mittitur Gilippus solus quidem, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli, iam inclinato statu, auxiliis partim in Grecia partim in Sicilia contractis, opportuno bello loca occupat. Duobus deinde preliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho, et hostes in fu-

gam

compulit et Syracusas obsidione liberavit. Sed cum Athenienses a bello terrestri
in navale se transtulissent Gilippus classem a Lacedemone cum
auxiliis accersit, quo cognito et ipsi Athenienses in locum
amissi ducis Demosthenem et Eurimedonta cum supplemento copiarum
mittunt. Peloponenses quoque communi civitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia misere. Et quasi Grecie bellum in Siciliam translatum esset
ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur. Prima igitur congressione navali certaminis Athenienses vincuntur, castra quoque cum omni
publica ac privata pecunia amittunt. Super hec mala cum etiam terrestri
prelio victi essent, tunc Demostenes censere cepit ut abirent Sicilia dum res quamvis afflicte, nondum tamen perdite forent, neque in bello
male auspicato amplius perseverandum esse, domi graviora et forsan infeliciora bella esse, in que reservari hos urbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore male acte rei, seu metu destitute spei civium,
seu impellente fato manere decernit. Reparatur igitur navale bellum et
animi prioris fortune procella ad spem certaminis revocantur. Sed inscicia
ducum qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi
facile vincuntur. Eurilochus dux prima acie fortissime dimicans primus
cadit. xxx naves quibus prefuerat incenduntur. Demosthenes et Nicias
et ipsi victi exercitum in terram deponunt tutiorem fugam esse rati terrestri.
Ab his relictas centum xxx naves Gilippus invasit, ipsos deinde insecutus
fugientes partim capit, partim cedit. Demosthenes amisso exercitu
a captivitate gladio et voluntaria morte se vindicat. Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo ut sibi consuleret admonitus cladem suorum
auxit dedecore captivitatis.

Iustini Epitoma super Trogi Pompei volumen quintum

Dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius quam felicius
gerunt, interim conditor et dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur mysteria Cereris initiorum sacra nullo magis quam silentio solemnia annunciavisse, revocatusque a bello ad iudicium, sive conscientia
sive indignitate rei non ferens, tacitus in exilium Helidem profectus est. Inde
ubi non damnatum se tantum verum etiam diris omnium sacerdotum religionibus
devotum cognovit, Lacedemona se contulit, ibique regem Lacedemoniorum
impellit turbatis Atheniensibus adversa Sicilie prelio ultro bellum inferre,
quo facto omnia Grecie regia velud ad extinguendum commune incendium
concurrunt. Tantum odium Athenienses immoderati imperii crudelitate contraxerant.
Darius quoque rex in hanc urbem odii facta cum Lacedemoniis per Thisaphernem
prefectum Lidie societate omnem sumptum belli pollicetur. Et erat huic causa
titulus cum Grecis conveniendi, re autem vera timebat ne victis Atheniensibus
ad se Lacedemonii arma transferrent. Quis igitur miretur tam florentes
Atheniensium opes ruisse, cum ad opprimendam unam urbem totius Orientis
vires concurrerent? Non tamen inerti neque incruento cecidere bello, sed preliantes
ad ultimum, victores etiam interdum consumpti magis fortune varietate

quam ut victi sint. Principio belli omnes ab his et spem desperaverat ut sit. Nam
quo se fortuna eodem etiam favor hominum inclinat. Alcibiades quoque motum ad-
versus patriam bellum non gregarii militis opera, sed imperatoriis virtutibus adiuvabat.
Quippe acceptis quinque navibus in Asiam contendit, et tributarias Athenien-
sium civitates auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim
domi clarum, ut exilio videbant factum minorem, ut tam ablatum Athe-
niensibus ducem quam Lacedemoniis additum paratum quam cum amissi imperii pensare.
Sed apud Lacedemonios virtus Alcibiadis plus invidie quam gratie contraxit.
Itaque cum principes velut emulum glorie sue interficiendum insidiis mandassent,
cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognoverat,
ad Tysaphernem prefectum Darii regis profugit, cui se celeriter officii comitate
et obsequii gratia insinuavit. Erat enim et etatis flore et forme
veneratione, nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis; sed
in conciliandis amicitiis quam in retinendis vir eo melior,
quia morum vitia sub umbra eloquentie primo latebant. Igitur persuadet Thysa-
pherni ne tanta stipendia classi Lacedemoniorum preberet; vocandos
etiam in portionem muneris Ionios, quorum pro libertate, cum tributa Athe-
niensibus penderent, bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis enixe
Lacedemonios iuvandos, quippe memorem esse debere alienam
se victoriam, non suam struere, et eatenus bellum sustinendum, ne inopia
deseratur. Nam regem Persarum dissidentibus Grecis arbitrum pacis ac belli
fore, et quos suis non possit, ipsorum armis victurum; perfecto autem
bello statim ei cum victoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis Greciam
obterendam, nec potius vacet; exequandas quoque vires partium, et inferi-
ores auxilio levandos. Non enim quieturos post hanc victoriam Spar-
thanos, qui vindices se libertatis Grecie professi sint. Grata oratio
Thysapherni fuit. Itaque commeatus maligne prebere, classem regiam
non totam mittere, ne aut victoriam daret, aut necessitatem deponendi
belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam civibus venditabat.
Ad quem cum legati Atheniensium venissent, pollicetur eis amicitiam
regis, si res publica a populo translata ad senatum foret, sperans ut aut
concordante civitate dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia
inter ordines facta ab altera parte in auxilium vocaretur. Sed Athe-
niensibus imminente periculo bello maior salutis quam dignitatis cura fuit.
Itaque permittente populo imperium ad senatum transfertur. Qui cum insita genti
superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrannidem sibi impote-
ntia vendicantibus, ab exercitu Alcibiades exul revocatur, duxque classi
constituitur. Statim igitur Athenas scribit, et continuo se cum exercitu
venturum recepturumque a quadringentis iura populi, nisi ipsi redderent.
Hac denuntiatione optimates territi, primo urbem prodere Lacedemoniis
temptavere. Deinde cum id nequissent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibia-
des intestino bello patria liberata summa cura classem instruit,
atque ita in bellum adversus Lacedemonios pergit. Iam Zostromidas et Phar-

navalis proelii Lacedemoniorum duces instructis navibus expectabant. Proelio com-
misso victoria penes Athenienses fuit. In eo bello maior pars
exercitus et omnes ferme hostium duces cesi. Naves octoginta capte.
Interiectis quoque diebus cum bellum Lacedemonii a mari in terras transtulissent,
iterato vincuntur. His malis fracti pacem petivere, quam ne acciperent,
opera eorum effectum est quibus ea res questum prebebat. Interea et Syracu-
sanorum auxilia, illato a Carthaginiensibus Sicilie bello, domum
revocantur. Quibus rebus destitutis Lacedemoniis Alcibiades
cum classe victrici Asiam vastat, multis locis proelia facit, ubique victor
recipit civitates que defecerant, nonnullas capit et imperio Atheni-
ensium adiecit, atque ita parta navali gloria, adiecta et laude
terrestris belli, desideratus civibus suis Athenas redit. His omnibus
proeliis cc naves hostium et preda ingens capta est. Ad hunc redeuntis
exercitus triumphum effusa omnis multitudo obviam procedit, et universos
milites, precipue ~~tamen~~ tamen Alcibiadem mirantur; in hunc oculos civitas
universa, in hunc suspensa ora convertit; hunc quasi de celo missum
et ut ipsam victoriam contuentur; laudant que pro patria, nec minus admirantur
que exul contra gesserit, excusantes ipsi iratum provocatum se fecisse.
Enimvero tantum in uno viro fuisse momenti ut maximi imperii
subversi et rursum recepti auctor esset, et unde stetisset eo se victoria
transferret, fieretque cum eo mira fortune inclinatio. Igitur omnibus
non humanis tantum verum et divinis eum honoribus honorant, certant secum ipsi
utrum contumeliosius eum expulerint an revocaverint honoratius.
Ipsos illi deos gratulantes tulere obviam, quorum execrationibus erat
devotus, et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si que-
ant, in celo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus,
detrimenta muneribus, execrationes precibus. Non Sicilie illis adversa pugna
in ore est, sed Grecie victoria, non classes per illum amisse, sed acquisite,
nec Syracusarum, sed Ionie Hellespontique meminerunt. Sic Alcibia-
des numquam mediocribus, nec in offensa nec in favore studiis suorum
exceptus est. Dum hec aguntur, a Lacedemoniis Lisander classi bello
quoque preficitur, et in locum Thissafernis Darius rex Persarum filium Cirum
Ionie Lidieque preposuit, qui Lacedemonios auxiliis opibusque ad
spem fortune prioris erexit. Aucti igitur viribus Alcibiadem cum centum
navibus in Asiam profectum, dum agros longa pace divites securus
populatur et prede dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites habet,
repentino adventu oppressere, ~~tanta~~ tantaque cedes palantium fuit,
ut plus vulneris eo proelio Athenienses acciperent quam superioribus
dederant. Et tanta desperatio apud Athenienses erat ut continuo
Alcibiadem duce Conone commutarent, arbitrantes victos se non
fortuna belli, sed fraude imperatoris, apud quem plus prior offensa valuisset
quam recentia beneficia; vicisse autem eum priore bello ideo tantum ut ostenderet
hostibus quem ducem sprevissent, et ut carius eis ipsam victoriam venderet.

Triumphus
Alcibiadis

Simul enim credibilia etiam in Alcibiade vigor ingenii et morum luxuria
faciebat veritus itaque multitudinis impetum demum involuntarium exilium
proficiscitur Itaque Canon Alcibiadi est suffectus huius ante oculos cui duci
successisset classem maxima industria exornat Sed navibus exercitus
deerat fortissimis quibusque in Asie populacione amissis Armantur
IIº tamen senes et impuberes pueri et numerus militum sine exercitus robore
completur Sed non magnam bello moram etas fecit imbellis aut
ceduntur passim aut fugientes capiuntur tantaque strages aut occisorum
aut captivorum fuit aut Atheniensium deletum non imperium tantum verum etiam
nomen videretur Que prelio perditis ac desperatis rebus ad tantam inopiam redi-
guntur ut consumpta militari etate peregrinis civitatem servis
libertatem dampnatis impunitatem darent Ex qua colluvione hominum
domini antea grecie conscripto exercitu vix libertatem tuebantur ~~Inte~~
terum tamen fortuna navalis experiendam decernunt tanta virtus animorum fuit
ut cum paulo ante salutem desperaverint nunc victoriam non desperent Sed
neque is miles erat qui nomen Atheniensium tueretur ~~neque ea scientia militaris~~
~~in hiis quos vincula continuerant non castra Itaque omnes aut occisi~~
~~aut capti~~ neque hee vires quibus vincere consueverat neque ea scientia militaris
in hiis quos vincula continuerant non castra Itaque omnes aut occisi aut
capti Cum Canon dux prelio superfuisset populi crudelitatem civium metuens
cum octo navibus ad regem Cyprium contendit Xenegoras autem dux Lace-
demoniorum rebus feliciter gestis fortune hostium insultat captivas na-
ves cum preda bellica in triumphi modum ornatas mittit Lacedemona
ac tributarias Atheniensium civitates quas metus dubie belli fortune
in fidem tenuerat voluntarias recepit ut ~~aliud~~ aliud dicionis Atheniensium
preter urbem ipsam reliquerit Que cuncta cum Athenis nunciata essent omnes
relictis domibus per urbem discurrere pavide alius alium sciscitari auctorem
nuncii requirere Non pueros imprudentia non senes debilitas non mulieres
sexus imbecillitas domi tenet Adeo ad omnem etatem tanti mali sensus
penetraverat In foro deinde coeunt atque ibi perpete nocte fortunam publicam
questibus iterant Alii fratres aut filios aut parentes deflent alii cognatos
alii amicos cognatis cariores Et cum privatis casibus querelam publicam
miscent Iam se ipsos iam patriam periturum miseriorem que incolu-
mium que amissorum fortunam iudicantes Sibi quisque ante oculos famem
obsidionem et superbum victorem que hostem proponentes Iam ruinam urbis et in-
cendia iam omnium captivitatem et miserrimam servitutem ~~recor~~ recordantes
feliciores prorsus prioris urbis ruinas ducentes que incolumibus filiis
et parentibus que tectorum tantum ruina taxate sint Nunc autem non classem
in qua sicuti pridem confugerat superesse non exercitum cuius virtute servati pulchriora
possent menia extruere Sic deflete ac prope perdite urbi hostes super-
veniunt et obsidione circumdata obsessos fame urgent Sciebant enim neque ex
advectis copiis multum superesse et ne nove advehi possent providerat
quibus malis Athenienses fracti post longam famem et assiduam suorum

funera pacem petiuere. Que an dari deberet diu inter Spartanos sociosque deliberatum est. Cum multi delendum Atheniensium nomen urbemque incendio consumendam censerent, negarunt se Spartani ex duobus Grecie oculis alterum eruturos, pacem polliciti si dimissa Pireum versus muri brachia deicerent, navesque que reliqua forent traderent, resque publica ex semetipsis triginta rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem Lacedemonii formandam Lysandro tradiderunt.

Insignis hic annus et expugnatione Athenarum et morte Darii Persarum regis et exilio Dyonisii Sicilie tyranni fuit. Mutato statu Athenarum etiam condicio civium mutatur. Triginta rectores reipublice constituuntur qui fiunt xxx tyranni. Quippe a principio tria milia sibi satellitum statuunt quantum ex tot cladibus prope ut civium supererat, et quasi parvus hic ad continendam civitatem exercitus esset, septingentos milites a victoribus accipiunt. Cedes deinde civium ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rempublicam sub obtentu liberationis invaderet. Quem profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent, citato iterum itinere miserunt qui eum interciperent, a quibus occupatus cum occidi aperte non posset, vivus in cubiculo in quo dormiebat crematus est. Liberati huius metu ultoris tyranni miseras urbis reliquias cedibus et rapinis exhauriunt. Quod cum displicere uni ex numero suo Therameni didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe passim omnium fuga, repleturque Grecia Atheniensium exulibus. Quod etiam ipsum auxilium miseris eripitur. Namque Lacedemoniorum edicto civitates exules recipere prohibebant. Omnes se Argos et Thebas contulere, ubi non solum tutum exilium egerunt, verum etiam spem recipiende patrie receperunt. Erat inter exules Trasibulus vir strenuus et domi nobilis, qui audendum aliquid pro salute et pro patria communi etiam cum periculo ratus, adunatis exulibus castellum Phylen Atticorum finium occupat. Nec deerat quarundam civitatum tam crudeles casus miserantium favor.

Itaque et Ysmenias Thebanorum princeps, etsi publicis non poterat, privatis tamen viribus adiuvabat. Et Lysias Siracusanus orator exul tunc quingentos stipendio suo instructos in auxilium patrie communis eloquentie misit. Fit itaque asperrimum prelium. Sed cum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione securius pugnaretur, tyranni vincuntur. Victi in urbem refugiunt, quam exhaustam cedibus suis et armis spoliant. Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent et in brachiis muri que diruta fuerant habitare, extraneis militibus imperium tuentes. Post hec Trasibulum corrumpere imperii societatem pollicentes conantur. Quod cum non contigisset, auxilia a Lacedemoniis petiuere, quibus accitis iterato preliantur. In eo bello Critias et Hyppolochus omnium tyrannorum sevissimi cadunt. Ceteris victis cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, magna voce

Trasibulus exclamat, cur se se victorem fugiat potiusque ut vindicem
communis libertatis adiuvet. Denique illud meminerint aciem eos hostium
esse, nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut
adempta restituat. Triginta se dominis, non civitati bellum inferre.
Admonet deinde cognationis, legum, sacrorum, postremo communium tu vestitu
per tot bella commilicii. Orat misereantur exulum civium, si tam patientes
ipsi servitutis. Reddant sibi patriam, accipiant libertatem. His vocibus tantum
promotum est, ut reversus in urbem exercitus XXX tirannos emigrare ex urbe
Eleusinam iuberet. Substitutis decem qui rem publicam regerent, qui nil
ex exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis
ingressi sunt. Dum hec aguntur, nunciatur Lacedemone in bellum Atheniensium
exarsisse. Ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur, qui misericordia
exulis populi permotus patriam miseris civibus restituit, decem tirannos ex
urbe Eleusinam migrare ad ceteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta
esset, interiectis diebus repente tiranni non minus restitutos exules
quam se in exilium actos indignantur. Quasi vero aliorum libertas sua servitus
esset. Et bellum Atheniensibus inferunt. Sed ad colloquium veluti ad
dominationem recepturi progressi per insidias comprehensi ut pacis victime
trucidantur. Populus, quem commigrare iusserat, in urbem revocatur.
Atque ita per multa membra civitas dissipata in unum tandem corpus
redigitur. Et ne qua dissensio ex ante factis nasceretur, omnes iureiurando
obstringuntur discordiarum oblivionem fore. Interea Thebani Corinthii-
que ad Lacedemonios mittunt, qui ex spoliis portionem prede communis
belli periculique peterent. Quibus negatis non quidem aperte bellum adversus
Lacedemonios ~~mittunt~~ decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt,
ut subesse bellum intelligi posset. Darius rex Persarum eodem forte
tempore moritur Artaxerxe et Cyro filiis relictis. Artaxerxi
regnum, Cyro civitates, quarum prefectus erat, testamento legavit.
Sed Cyro iudicium patris iniuria videbatur. Itaque occulte adversus
fratrem bellum parabat. Quod cum nunciatum Artaxerxi esset, arcessitum ad se
fratrem et innocentiam dissimulatione belli simulantem compedibus aureis
vinxit, interfecissetque, nisi mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non oc-
culte bellum, sed palam, nec per simulationem, sed aperte professione parare cepit.
Auxilia undique contrahit. Lacedemonii memores Atheniensi bello
enixe se eius opera adiutos, veluti ignorantes contra quem bellum para-
retur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res eius exegisset, querentes
apud Cyrum gratiam eius et apud Artaxerxem, si vicisset, venie patrocinia,
cum nihil adversus eum aperte decrevissent. Sed cum in bello sors prelii utrumque pu-
gne obtulisset, prior Artaxerxes a fratre vulneratur. Quem cum equi fuga
periculo subtraxisset, Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur. Sic victor
Artaxerxes et fraterni belli preda et exercitu potitur. In eo prelio decem
milia Grecorum in auxilio Cyri fuere, qui et in cornu, in quo ste-
terant, vicerunt, et post mortem Cyri neque armis a tanto exercitu vinci

neque dolo capi potuerant. Recitentes quod inter tot indomitas nati-
ones et barbaras gentes per tanta itineris spatia virtute se usque
ad terminos patrie defenderunt

Justini Epithoma super T. P.
Volumen sextum

Acedemonii more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora
cupientes, non contenti accessione Atheniensium opum vires sibi duplicatas,
totius Asie imperium affectare ceperunt. Sed maior pars sub regno Persarum
erat. Itaque Heralides dux in hanc miliciam electus, cum videret sibi
adversus duos prefectos Arthaxerxis Pharnabusum et Thisaphernem
maximarum gentium viribus succinctos dimicandum, pacificari cum altero
statuit. Aptior visus Thisaphernes, vir et industria potior et
militibus Cyri quondam regis instructior, in colloquium vocatur et
statutis conditionibus ab armis dimittitur. Hanc rem Pharnabasus
apud communem regem criminatur, ut Lacedemonios Asiam ingressos non repulerit
armis, sed impensis regis aluerit, mercetur quoque ab hiis, ut differant bella
que gerant, tamquam non ad unius summam imperii detrimentum omne perveniat.
Indignum ait bella non perfici, sed redimi, hostem pretio, non armis sub-
moveri. His verbis regem a Thisapherne alienatum hortatur, ut in
locum eius navalis belli ducem eligat Cononem Atheniensem,
qui bello amissa patria Cypri exulabat. Quippe Atheniensibus,
etsi fracte sint opes, maneat tamen navalem usum, nec si eligendus sit
ex omnibus, meliorem alium esse. Acceptis igitur ~~quing~~ quinquaginta
talentis iussus est Cononem classi preficere. Hoc cognito Lacedemonii
et ipsi a rege Egipti Hercimone auxilia navalis belli per legatos
petunt. A quo tantum triremes et sexcenta ~~modio~~ milia modiorum
frumenti missa. A ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta sunt.
Sed tanto exercitui et contra tantum ducem deerat dignus imperator. Itaque
postulantibus sociis Agesilaum ducem, tunc regem Lacedemoniorum,
propter responsa oraculi Delphici diu Lacedemonii an eum summe rei
preponerent deliberaverunt, quibus futuri imperii finis denuntiabatur,
cum regnum claudicasset imperium. Erat enim pede claudus. Ad postremum
statuerunt melius esse incessu regem quam imperio regnum claudicare.
Postquam Agesilaum cum ingentibus copiis in Asiam misere, non facile dixerim
quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit. Quippe etas, virtus, con-
silium, sapientia utrique prope una, gloria quoque rerum gestarum eadem. Quibus
cum paria omnia fortuna dederit, invictum tamen ab altero utrumque servat.
Magnus igitur amborum apparatus belli, magne res geste fuerunt.
Sed Cononem seditio militum invasit, quos prefecti regis fraudare
stipendio soliti erant, eo instantius debita poscentibus, quo
graviorem sub magno duce miliciam presumebant. Itaque Conon diu
regem per epistolas diu fatigato ad postremum ipse ad eum pergit, a cuius
aspectu et colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare
nollet. Agit tamen cum eo per internuntios et queritur opulentissimi regis

bella inopia dilabi et qui exercitu parem hostibus habeat / pecunia vinci qua prestat. Iusticiam eum ea parte veram inveniri qua lex superior sit postulat dari sibi iustam impensam quod id mandari pluribus perniciosum sit. dato stipendio ad classem remittitur. Nec mora agendis rebus facit / multa fortiter. multa feliciter agit. agros hostibus vastat urbes expugnat / et quasi tempestas quedam cuncta prosternit. quibus rebus territi lacedemonii ad patrie presidium revocandum ab Asia Agesilaum decernunt. Lysander interim ab Agesilao proficiscente dux patrie relictus ingentem classem summis viribus instruit fortunam belli temptaturus. Nec non et Conon tunc primum ad hostium exercitum venit tuncque magna cura ordinat suos. Summa non ducum tantum in eo prelio verum emulatio fuit. Nam et ipse dux Conon non tam Persis quam patrie studebat / et sicut afflictarum Atheniensium rebus auctor amisse dominationis fuerat / sic volebat idem haberi reddite patriamque vincendo recipere quam victus amiserat eo speciosius / quod ne Persarum quidem Atheniensium / sed alienis suis viribus dimicaret. pugnaturus periculo regis / victurus premio patrie / gloriamque diversis artibus quam priores civitatis sue duces consecuturus quippe illos vincendo Persas patriam defendisse. se Persas victores faciendo restituere patriam esse. Porro Lysander preter cognationem Agesilai et virtutum emulator erat / contendebatque ne a rebus gestis eius et glorie splendore decederet / ne tot bellis ac seculis quesitum imperium brevissimi momenti culpa subverteret. Eadem militum et omnium remigum cura erat / quos maior sollicitudo cruciabat / non tam ne ipsi quesitas opes amitterent quam ne pristinas Athenienses reciperent. Sed quanto ~~maius~~ maius prelium fuit. tanto et clarior victoria Cononis. victi lacedemonii fugam capessunt presidia hostium Athenienses deducuntur / populo restituta dignitate. conditio servilis eripitur. Multe quoque civitates recipiuntur. hoc initium Atheniensibus resumende potentie et lacedemoniis habende finis fuit. Namque veluti imperium etiam virtutem perdidissent contemni a finitimis cepere. Primi igitur Thebani Atheniensibus auxiliantibus bellum hiis intulere. que civitas ex minimis initiis virtute Epaminonde ducis ad spem imperii Grecie erecta est. Fit itaque terrestre prelium. eadem lacedemoniorum fortuna qua pugnatum adversus Cononem navali prelio fuerat. In eo bello Lysander / quo duce Athenienses victi a lacedemoniis fuerant / interficitur. Pausanias quoque alter dux lacedemoniorum proditionis accusatus in exilium abiit. Thebani igitur potiti victoria universo exercitu ad urbem lacedemoniorum ducunt. facilem expugnationem quoniam deserti a presidiis omnibus erant. Quod metuentes lacedemonii / regem suum Agesilaum ex Asia qui ibi magnas res gerebat / ad defensionem patrie accersunt. Desperatis enim Lasandro nullius alterius fiduciam ducis habebant / tum quoniam serius adventurus erat / conscripto exercitu obviam hostibus procedunt. Sed victi adversus paulo ante victores / neque animus neque vires pares fuere. Prima itaque congressione funduntur. Deletis iam suorum copiis supervenit rex Agesilaus, qui restituto prelio non difficilem recentem et multis expeditionibus induratis milite hostibus victoriam eripuit. Ipse autem graviter sauciatur. Quibus rebus cogniti Athenienses verentes ne iterum Lacedemoniis victoribus in pristinam sortem servitutis redigerentur, exercitum contrahunt eumque in auxilium Thebanorum per Iphicratem XX quidem annos natum, sed magne indolis iuvenem, duci iubent. Huius adolescentis supra etatem virtus admirabilis fuit, nec umquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei maioris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt, in quo non imperatorie tantum, verum et oratorie artes fuere. Conon quoque audito reditu Agesilai et ipse ex Asia ad depopulandos Lacedemoniorum agros revertitur, atque ita undique belli formidine circumstrepente clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastato hostium solo Athenas pergit, ibi magno civium gaudio exceptus, plus ~~tm~~ tamen tristitie ipse ex incensa et diruta a Lacedemoniis patria quam letitie ex recuperata post tantum temporis cepit. Itaque que incensa fuerant predarum sumpto et exercitu Persarum restituit, que diruta fuerant reficit. Fatum illud Athenarum fuit, ut ante a Persis cremate ~~manibus eorum~~ manibus eorum et nunc a Lacedemoniis dirute ex spoliis Lacedemoniorum restituerentur, versaque vice haberent nunc socios quos tunc hostes habuerant, et hostes nunc paterentur quibus tunc iuncti tunc artissimis societatis vinculis fuerant. Dum hec geruntur, Artaxerxes rex Persarum legatos in Greciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere, qui aliter fecisset eum se pro hoste habiturum. Civitatibus libertatem suaque omnia restituit. Quod non Grecie laboribus assiduisque bellorum inter se odiis consulens fecit, sed ne occupato sibi Egypto bello, quod propter auxilia adversus prefectos suos Lacedemoniis missa susceperat, exercitus sui in Grecia detinerentur. Fessi igitur tot bellis Greci paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Grecia facta est, sed etiam quod eodem tempore urbs Romana a Gallis capta est. Sed Lacedemonii securis insidiantes, absentiam Arcadum spectati, castella eorum expugnant occupatisque presidium imponunt. Itaque armato instructoque exercitu Arcades adhibitis in auxilium Thebanis amissa bello repetunt. In eo prelio Archidamus dux Lacedemoniorum vulneratur, qui cum cedi suos iam ut victos videret, per preconem corpora interfectorum ad sepulturam deposcit. Hoc est enim signum apud Grecos victorie. Signum victorie Qua confessione contenti Thebani signum parcendi dedere. Paucis deinde post diebus neutris quicquam hostile facientibus, cum tacito consensu indutie essent, Lacedemoniis alia bella adversus finitimos gerentibus Thebani Epaminonda duce occupande urbis eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis taciti Lacedemona proficiscuntur, non tamen agere incautos potuerunt. Quippe senes et cetera

~~imbell~~ imbellis etas ad hostium adventum presensisset, in ipsis portarum angustiis armati occurrunt et adversus xv milia militum non amplius centum iam effete etatis viri pugnam se offerunt. Tantum animorum viriumque patrie et penatium conspectus subministrat. tanta quam presentia quam recordationes sui maiores spiritus largiuntur. Nam ut videre inter quam et pro quibus ~~stare~~ starent, aut vincendum sibi aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinuere senes quorum aciem cui par ante diem universa iuventus esse non potuit. In eo prelio duo duces hostium cecidere. Cum interim adventu Agesilai nunciato Thebani recessere, nec bellum diu dilatum. Siquidem Spartanorum iuventus senum virtute et gloria incensa teneri non potuit quin confestim acie decerneret. Cum victoria Thebanorum esset, Epaminondas dum non ducis tantum verum etiam fortissimi militis officio fungitur graviter vulneratur. quo audito his ex dolore metus, et illis ex gaudio stupor inicitur, atque ita veluti ex placito consensu a prelio disceditur. Epaminondas post paucos deinde dies decedit, cum quo vires quoque rei publice ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem prefregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris, sic illo velut mucrone teli ablato duce Thebanorum rei quoque publice vires hebetate sunt, ut non tam illum amisisse quam cum illo interisse omnes viderentur. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere, ut postea non virtutibus sed cladibus insignes fuere, ut manifestum sit patrie gloriam et natam et extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum vir melior an dux esset. Nam et imperium non sibi semper sed patrie quesivit, et pecunie adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerit. Glorie quoque non cupidior quam pecunie. Quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt, honoresque ita gessit, ut ornamentum non accipere sed dare ipsi dignitati videretur. Iam litterarum studium, iam philosophie doctrina tanta, ut admirabile videretur unde tam insignis militie scientia homini inter litteras nato. Neque ab hoc vite proposito mortis ratio dissensit. Nam ut est delatus in castra semianimis, vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit num cadenti sibi scutum ademisset hostis. quod ut servatum audivit, allatum quoque velud laborum glorieque socium osculatus est. Iterum quesivit utri vicissent, ut audivit Thebanos, bene habere se rem dixit, atque ita veluti gratulabundus patrie expiravit. Huius morte etiam Atheniensium virtus intercidit. Siquidem amisso cui emulari consueverant, in segnitiem torporemque resoluti non ut olim in classem et exercitus, sed in dies festos apparatusque ludorum redditus publicos effundunt, et cum auctoribus nobilissimis poetis theatra celebrant, frequentius scenam quam castra ~~visitant~~ visentes, versificatores oratoresque meliores quam duces laudantes. Tunc vectigal publicum quo antea milites et remiges alebantur, cum urbano populo dividi ~~cepto~~ ceptum. Quibus rebus effectum est, ut inter ocia Grecorum sordidum antea Macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses triennio Thebis habitus, Epaminonde et Pelopide virtutibus eruditus, regnum Macedonie Grecie et Asie cervicibus velut iugum servitutis imponeret

Epaminondas vulneratus moritur

Laus Epaminonde

Justini hyspanensis Epithoma super T. P. volumen septimum

Macedonia ante ea nomine Emathionis regis cuius prima virtutis
experimenta in illis locis extant Emathia cognominata est
huius sicuti incrementa modica, ita termini perangusti fuere. populus pelasgi
regio Boecia dicebatur. Sed postea virtute regum et gentis industria
subactis primo finitimis mox populis longinquis nationibus et imperium
usque ad extremos orientis terminos prolatum. In regione Poenia que nunc portio
est Macedonie regnasse fertur Thelegonus pater Asteropei cuius Tro-
iano bello inter clarissimos vindices urbis nomen accepimus. Ex alio
latere in Europa regnum Europus nomine tenuit. Sed et Caranus cum
magna multitudine Grecorum sedes in Macedonia responso oraculi iussus
querere. Cum Emathiam venisset urbem Edissam non sentientibus
oppidanis propter imbrium et nebule magnitudinem gregem capriarum imbrem
fugientium secutus occupat, revocatusque in memoriam oraculi quo iussus
erat ducibus capris imperium querere, regni sedem statuit, religioseque
postea observat, quocumque agmen movet ante signa easdem capras
habere, ceptorum duces habiturus quas regni habuerat auctores. Urbem
Edissam ob memoriam muneris Egeas populum Egeadas vocavit. pulso
deinde Mida nam is quoque portionem Macedonie tenuit, aliis quoque regibus
pulsis in locum omnium solus successit primusque adunatis gentibus variorum
populorum veluti unum corpus Macedonie fecit, crescenti quoque regno valida
incrementorum fundamenta constituit. Perdicca post hunc regnavit, cuius
et vita illustris et mortis postrema veluti ex oraculo precepta
memorabilia fuere. Siquidem senex moriens Argeo filio
monstravit locum quo condi vellet, ibi quoque non suam tantum sed et succe-
dentium sibi regno ossa poni iussit, prefatus quoad ibi condite
posterorum reliquie forent, regnum in familia mansurum. Cre-
duntque hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem quia locum sepul-
ture mutaverat. Argeus moderate et cum amore popularium ad- Argeus
ministrato regno regni successorem filium suum Philippum reliquit
qui immatura morte raptus Eropum filium parvulum admodum
instituit heredem. Et Macedonibus assidua certamina cum Traciis et
Illiriis fuere quorum armis veluti quottidiano exercitio indurati gloria
bellice laudis finitimos terrebant. Igitur Illirii infanciam regis pupilli
contemnentes bello Macedonas aggrediuntur, qui prelio pulsi rege suo
in cunis prolato et pugne ante aciem posito acrius certamen repetivere tamquam
ideo victi antea fuissent, quod bellantibus sibi regis sui auspicia defuissent
futuri, vel propterea victores, quod ex superstitione animum vincendi fecerant, simul
et miseratio eos infantis tenebat, quem si victi forent, captivum de rege
facturi videbantur. Conserto itaque prelio magna cede Illirios fudere
ostenderuntque hostibus suis priore bello regem Macedonibus
non virtutem defuisse. Amintas huic succedit et propria virtute et
Alexandri filii egregia indole insignis clarus, cui Alexandro tanta

omnium virtutum nature incrementa concurrere ut etiam olimpico certamine vario
ludicrorum genere contenderet. Cum interim darius rex persarum turpi
a Scithia fuga submotus ne ubique deformis milicie dampnis haberetur.
mittit cum parte copiarum Megabasum ad subigendam Traciam. ceteraque eius
tractus regna. quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. qui
brevi tempore executo regis imperio legatos ad Amijntham regem Macedonie
misit obsides in signum future pacis dari sibi postulabat Sed legati be-
nigne excepti. inter epulas ebrietate crescente rogant Amijntham
ut apparatum epularum adiciat ius familiaritatis. adhibitis in convivium
suis filiis ac uxoribus id apud persas haberi pignus et fedus hospitii
Que ut venerint petulancius persis eas contractantibus filius Amijnthe
Alexander rogat patrem respectu etatis ac dignitatis sue abiret e convivio.
pollicitus se hospitum temperaturum iocos. quo digresso et mulieres quoque paululum
e convivio evocatas cultius exornaturus gracioresque redditurus In quarum
locum habitu exornatos iuvenes supponit eosque petulanciam legatorum
ferro quod sub veste gerebant compescere iubet Atque ita interfectis omnibus ignarus
rei Magabusus cum legati non reverterent mittit eo cum exercitus ~~bubarem~~
parte bubarem ut in bellum facile et mediocre dedignatus ipse ire ne deho-
nestaretur prelio tam fede gentis Sed bubares ante bellum amore filie
Amijnthe captus cui nomen erat Gigea omisso bello nupcias facit de-
positisque hostilibus animis in affinitatis iura succedit Post discessum a Ma-
cedonia Bubaris Amijnthas rex decedit cuius filio et successori eius
Alexandro Bubaris non Darii tantum temporibus pacem prestitit verum etiam Xerxem
adeo conciliat ut cum greciam veluti tempestas quedam occupasset
inter olimpum hemumque montes totius regionis eum imperio dona-
verit Sed nec virtute minus quam persarum liberalitate regnum amplificat
Per ordinem deinde successionis regnum Macedonie ad Amijntham fratris
eius Menalai filium pervenit hic quoque insignis industria et omnibus impera-
toriis virtutibus instructus fuit qui ex euridice tres filios sustulit
Alexandrum perdiccam et philippum alexandri magni Macedonis patrem
Euriones. Ex Gigea autem Archelaum Arideum Menelaum. Cum
Illiriis deinde et cum Olinthiis gravia bella gessit Insidiis etiam Euri-
dices uxoris que nupcias generi pacta occidendum virum regnumque
adultero tradendum susceperat occupatus fuisset ni filia pellicatum
matris sceleris consilia prodidisset. functus itaque tot periculis senex deces-
sit regno maximo ex filiis Alexandro tradito Alexander igitur inter prima
inicia regni bellum ab Illiriis pacta mercede et filio fratre dato obside re-
demit Interiecto quoque tempore per eundem obsidem cum Thebanis graciam pacis
reconciliat que res philippo maxima incrementa egregie indolis
dedit siquidem Thebis triennio obses habitus prima puericie ~~rudi~~ta
rudimenta in urbe severitatis antique et in domo Epaminunde
summi et imperatoris et philosophi deposuit Nec multo post Alexander insidiis
Euridices matris impetitus occubuit cui Amijnthas in scelere

deprehense

Deprehense propter communes liberos ignarus eisdem quandoque exitiosa fore pepercit
frater quoque eius Perdicca pari insidiarum fraude decipit. Indignum
prorsus libidinis causa liberos a matre vita privatos quos ex scelere
suorum suppliciis liberorum contemplacio vendicaverat. Perdite hec
indignior cedes videbatur quod ei apud maritum misericordiam ne prolis
quidem filii conciliaverat. Philippus itaque diu non regem sed
tutorem ~~propter~~ pupilli egit. At ubi graviora bella imminebant
serum quoque auxilium in expectacione infantis erat, compulsus a populo
regnum suscepit. Ut est ingressus imperium magna de illo spes
omnibus fuit et propter eius ingenium quod magnum spondebat virum
et propter vetera Macedonie fata que cecinerant uno ex Amin-
the filiis regnante florentissimum Macedonie statum. Cui spei
scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni
cum hinc cedes fratrum indigne peremptorum inde hostium multitudo
hinc insidiarum metus inde inopia continui belli et exhausti
regni et immaturam etatem tironis urgerent bella que velut
conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam multarum gentium ex
diversis locis uno tempore confluebant quoniam omnibus par esse non poterat
dispendenda ratus alia interpositis pactionibus composuit alia redimit
facillimis quibusque aggressis quorum victoria et militum trepidantes
animos firmaret et contemptum sibi hostium demeret. Primum
illi cum Atheniensibus certamen fuit quibus per insidias victis metu
belli gravioris cum interficere omnes posset incolumes sine precio dimi-
sit. Post hoc bello in Illiricos translato multa milia hostium cedit
urbem nobilissimam Larissam capit. Hinc Tessaliam non prede cupi-
ditate sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adiungere
gestiebat nihil minus quam bellum metuentem improvisus expugnat
unumque corpus equitum pedestriumque copiarum invicti exercitus fecit. Quibus
rebus feliciter provenientibus Olimpiadem Neoptolemi regis Molossorum
filiam uxorem ducit conciliante nuptias fratre patrueli auctore
virginis Arriba rege Molossorum qui sororem Olimpiadis Troada in
matrimonium habebat que causa illi exitii malorum omnium fuit. Nam
dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturum se sperat proprio
regno ab eodem privatus in exilio consenuit. His itaque gestis
Philippus iam non contentus summovere bella ultro etiam lacessit
quietos. Cum Mothonam urbem oppugnaret in pretereuntem
de muris sagitta iacta dextrum oculum regis effodit. Quo vulnere
nec segnior in bellum nec iracundior adversus hostes factus est a-
deo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit nec moderatus
tantum verum etiam mitis adversus victos fuerit.

Iustini Epitoma Super Trogi pompeii volumen

Grecia autem civitates dum imperare singule cupiunt
imperium omnes perdiderunt. Quippe in mutuum

xitium sine modo ruentes omnibus perire quod singule amitterent non nisi oppresse senserunt. Si quidem philippus rex Macedonie velut specula quadam libertati omnium insidiatus dum contentiones civitatum alit auxilium inferioribus ferendo victos pariter victoresque subire regiam servitutem coegit. Causa et origo huius mali Thebani fuere qui cum rerum potirentur secundam fortunam imbecillo animo ferentes victos armis lacedemonios et phocenses quasi parva supplicia cedibus et rapinis luissent apud commune grecie concilium superbe accusaverunt lacedemoniis crimini datum quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent et phocensibus quod Boeciam depopulati essent prorsus quasi post arma et bellum locum legibus reliquissent cum iudicium arbitrio victorum exerceretur tanta pecunia damnantur quanta exsolvi non posset. phocenses igitur cum agris liberis coniugibusque privarentur desperatis rebus philomelo quodam duce velut deo irascentes templum Appollinis delphis occupavere. Inde auro et pecunia divites conducto mercenario milite bellum Thebanis intulerunt. Factum phocensium tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium plus tamen invidie Thebanis a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant quam ipsis intulit. Itaque auxilia hiis et ab atheniensibus et a lacedemoniis missa. Prima igitur congressione philomelus Thebanos castris exuit. Sequenti prelio primus inter confertissimos duces dimicans cecidit et sacrilegii penas impio sanguine luit. In huius locum dux Onomarchus creatur adversus quem Thebani Thessalique non ex civibus suis ne victoris potenciam ferre non possent sed philippum Macedonie regem ducem eligunt et externe dominacionem quam in suis timuerant sponte subeunt. philippus igitur quasi sacrilegii non Thebanorum ultor esset omnes milites coronas laureas sumere iubet atque ita veluti deo duce in prelium pergit. phocenses insignibus dei conspectis consciencia delictorum territi abiectis armis fugam capessunt penasque violate religionis sanguine et cedibus suis pendunt. Incredibile quantam eam rem apud omnes naciones philippo gloriam dedit. Illum vindicem sacrilegii illum ultorem religionum quod orbis viribus expiari debuit solum qui piacula exigeret extitisse dignum itaque diis proximum habebant per quem maiestas deorum vindicata sit. Athenienses audito belli eventu ne in greciam philippus transiret angustias Thermophilarum pari ratione sicuti antea adventantibus persis occupavere sed nequaquam simili aut virtute aut causa. Siquidem tunc pro libertate grecie nunc pro sacrilegio publico tunc a rapina hostium templa vindicaturi nunc adversus vindices templorum raptores defensuri. Aguntque propugnatores sceleris cuius turpe erat alios fuisse ultores immemores prorsus quod in dubiis rebus suis illi etiam deo consiliorum autore usi fuerant

quod illo duce tot bella victores inierat, tot urbes auspicato
condiderat, tantum imperium terra marique quesierat, quod nil sine ma-
iestate numinis eius aut privatae unquam aut publicae rei gesserat.
Tum facinus admisisse, ingenia omnium doctrina exculta, ~~ut quae post hac~~
~~sincerensi~~ pudentissimis legibus institutisque formata, ut quid post hac
succenseri iure barbaris possent non haberent. Philippus quoque nec me-
lioris fidei adversus socios fuit, quippe veluti timens ne ab hostibus
sacrilegii scelere vinceretur, civitates quarum paulo ante dux fuerat,
quae sub auspiciis eius militaverant, quae gratulatae ubique eius victo-
riam fuerant, hostiliter occupatas diripuit, coniuges liberosque omnium
sub corona vendidit. Non deorum immortalium templis, non aedibus sacris,
non dis penatibus publicis privatisque, ad quos paulo ante ingressus
hospitaliter fuerat, pepercit, prorsus ut non tam sacrilegii ultor
extitisse quam sacrilegiorum licentiam quesisse videretur. Inde veluti rebus
egregie gestis in Capadociam pergit, ubi bello pari fiducia gesto,
captis per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio
Macedoniae adiungit. Deinde ~~ab~~ ad abolendam invidiae famam, ~~qua~~
qua insignis praeter ceteros eo tempore habebatur, per regna mittit ad opulen-
tissimas civitates, qui opinionem facerent regem Philippum
magna pecunia locare muros et phana ac templa facienda,
et per precones susceptores sollicitarent. Qui cum in Macedoniam
venissent, variis dilationibus frustrati, vim regiae maiestatis timentes,
taciti proficiscebantur. Post haec Olinthios aggreditur. Receperant enim
per misericordiam post caedem unius duos fratres eius, quos Philippus
ex noverca genitos veluti participes regni interficere gestiebat.
Ob hanc igitur causam urbem antiquam et nobilem exscindit, fratres
olim destinato supplicio tradit, praedaque ingenti et parricidii voto
fruitur. Inde quasi quae cogitasset omnia animo ei liceret, auraria in Thessa-
lia, argenti metalla in Tracia occupat, et ne quod ius vel
fas inviolatum praetermitteret, piraticam quoque exercere instituit. His
itaque gestis forte evenit ut eum duo fratres reges Tracie non
contemplatione iustitiae eius, sed invicem metuentes ne alterius
viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligerent. Sed
Philippus more ingenii sui ad iudicium veluti ad bellum inopi-
nantibus fratribus instructo exercitu supervenit, regnoque utrumque non
iudicis more sed fraude latronis ac scelere spoliavit.
Dum haec aguntur, legati Atheniensium petentes pacem ad eum vene-
runt. Quibus auditis et ipse legatos Athenas cum pacis condicionibus
misit, ibique ex commodo utriusque pax ista facta. Ex ceteris
quoque Grecie civitatibus non pacis amore sed belli metu legationes
venere. Siquidem recrudescente ira Thessali Boetii quoque orant
ut professum se adversus Phocenses ducem Grecie exhibeat,
tanto odio Phocensium ardentes ut obliti suarum cladium

perire ipsi quam non perdere ipsos preoptarent, expertamque Philippi crudelitatem
pati quam parcere hostibus suis mallent. Contra Phocensium legati ad-
hibitis Lacedemoniis et Atheniensibus bellum deprecabantur, cuius ab eo
dilationem ter iam emerant. Fedum prorsus miserandumque spectaculum, Greciam
etiam nunc et viribus et dignitate orbis terrarum principem, regum certe
gentiumque semper victricem, et multarum adhuc urbium dominam, alienis
excubare sedibus aut rogantem bellum aut deprecantem, in alterius ope
spem omnem posuisse orbis terrarum vindices, eoque discordia sua
civilibusque bellis redactos, ut adulentur ultro sordidam paulo ante clien-
tele sue partem; et hec potissimum facere Thebanos Lacedemoniosque
antea inter se imperii, nunc gratie imperantis emulos. Philippus inter hec
vindicatione tantarum urbium glorie sue fastigium captat, atque utros
potius dignetur estimat. Secreto igitur auditis utriusque legationibus
his veniam belli pollicetur, iureiurando adactis responsum neminem
proditurus, illis contra venturum se auxiliumque laturum. Utrosque
vetat aut parare bellum aut metuere. Sic variis responsis securis
omnibus Termopilarum angustias occupat. Tunc primum Phocenses
captos se fraude Philippi animadvertentes trepidi ad arma
confugiunt. Sed neque spatium erat instruendi belli, nec tempus
contrahendi auxilia, et Philippus excidium minabatur, ni fieret
deditio. Victi igitur necessitate pacta salute se dediderunt. Sed pactio
eius fidei fuit, cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur ceduntur
passim rapiunturque; non liberi parentibus, non coniuges maritis, non
deorum simulacra templis suis relinquuntur. Unum tamen miseris
solacium fuit, quod Philippus portione prede socios fraudasset, nil
rerum suarum apud inimicos viderunt. Reversus in regnum, ut pecora
pastores nunc in estivos, nunc in hibernos saltus traiciunt, sic
ille populos et urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda queque
loca videbantur, ad libidinem suam transfert. Miseranda ubique
facies et excidio similis erat; non quidem terror ille hostilis,
nec discursus per urbem militum erat, non tumultus armorum, non
bonorum atque hominum rapina, sed tacitus meror et luctus, verentibus
ne ipse lacrime pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa
dolor, ex hoc altius demissus, quo minus profiteri licet. Nunc sepulchra
maiorum, nunc veteres penates, nunc vetera tanta tecta, in quibus
geniti erant quibusque genuerant, considerabant, miserantes nunc vicem
suam, quod in eam diem vixissent. Alios populos in finibus ipsis hostibus
opponit, alios in extremis regni terminis statuit, quosdam bello
captos in supplementum urbium dividit. Atque ita ex multis gentibus
nationibusque unum regnum populumque constituit. Compositis or-
dinatisque in Macedonia rebus Dardanos ceterosque finitimos
fraude captos expugnat. Sed nec a proximis manum abstinet. Siquidem
Aribam regem Epiri, uxori sue Olimpiadi artissima cognatione

miseri / pellere regno statuit / atque alexandrum privignum eius uxoris Olimpiadis fratrem / puerum honeste pulcritudinis in macedoniam nomine sororis accersit / omnique studio solicitatum in spem regni simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit / maiora in eo obsequia habiturus / sive conscientie pudore / sive regni beneficio. Cum igitur ad xx annos pervenisset / ereptum Arube regnum puero admodum tradit / scelestus in utroque. Nam nec in eo ius cognationis servavit cui ademit regnum / et eum cui dedit impudicum fecit / antequam regem

Iustini Epithoma in T p volumen nonum

In Grecia philippus cum venisset / solicitatus paucarum civitatum direptione et existimans modicarum urbium / quanta opes universarum essent / cum perpetuum bellum toti grecie inferre statuit / ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus / si bisancium nobilem et maritimam urbem receptaculum terra marique copiis suis futurum in potestatem redegisset / eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Namque hec urbs condita primo a pausania rege Spartanorum et per septem annos possessa fuit. Deinde variante victoria nunc lacedemoniorum nunc atheniensium iuris habita est / que incerta possessio effecit / ut veluti nullius auxiliis iuvante libertatem constantius tueretur. Igitur philippus longa obsidionis mora exhaustus pecunie commercium de piratica mutuatur. Captis itaque 170 navibus mercium et distractis anhelantem inopiam paululum recreat. Deinde ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur profectus cum fortissimis multas chersonensium urbes expugnat / filiumque Alexandrum decem et octo annos natum / ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret / ad se accersit. In Scithiam quoque predandi causa profectus est / more negociantium impensas belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex Scitharum Metheas qui cum bello histrianorum premeretur / auxilium a philippo per apollonienses petit in successionem eum regni Scithie adoptaturus / cum interim histrianorum rex decedens et metu belli et auxiliorum necessitate Scithas solvit. Itaque Metheas remissis Macedonibus nunciari philippo iubet neque auxilium eius se petisse neque adoptionem mandasse. Nam neque vindicta macedonum egere Scithas quibus meliores forent / neque heredem sibi incolumi et filio deesse. His auditis philippus legatos ad Metheam mittit / impense obsidionis portionem petentes ne inopia deserere bellum cogatur. quod eo promptius eum facere debere / quod missis a se in auxilium eius militibus / ne sumptum quidem vie non modo officia precii dederit. Metheas inclementiam celi et terre sterilitatem causatus / que non patrimoniis ditet Scithas sed vix alimentis sufficiat / respondit nullas sibi opes esse / quibus tantum regem expleat / et turpius putare parvo defungi quam totum abnuere Scithas autem virtute animi et duritia corporis non opibus

tempori quibus iunctis Philippus pluribus obsidionis Bizancii Scithia
bella aggreditur premissis legatis qui securiores faceret qui nuncient
Mathee dum Bisancium obsideret se vovisse statuam Herculi
ad quam in hostio Histri ponendam se venire pacatum accessum ad religionem
dei petens amicus ipse Scithis venturus. Ille si voto fungi velit
statuam sibi mitti iubeat non modo ut ponatur verum etiam ut violata
maneat pollicetur. Exercitum autem fines ingredi negat se passurum.
Ac si invitis Scithis statuam ponat eo digresso sublaturum conversurumque
quod es statue ~~in aculeossa g f~~ in aculeos sagittarum hiis utrimque irritatis
animis prelium committitur. Cum virtute et animo prestarent Scithe astu
Philippi vincuntur. xx milia puerorum ac feminarum capta pecoris
magna vis auri argentique nichil ea fides primum inopie
Scithe fuit. Viginti milia nobilium equarum ad genus faciendum
in Macedoniam missa. Sed revertenti a Scithia Triballi Philippo
occurrunt negant se transitum daturos ni portionem prede accipiant. Hinc
iurgium et mox prelium in quo ita per femur in femore vulneratus est
Philippus ut per corpus eius equus interficeretur. Cum omnes occisum putarent
preda amissa est. Ita Scithica velut devota spolia pene luctuosa
Macedonibus fuere. Ubi primum ex vulnere convaluit quod diu dis-
simulaverat bellum Atheniensibus infert. Quorum cause Thebani
se iunxere metuentes ne victis Atheniensibus veluti
vicinum incendium belli ad se transiret. Facta igitur inter duas
paulo ante infestissimas civitates societate legationibus Greciam
fatigant communem hostem putantes communibus viribus summovendum
neque enim cessaturum Philippum si prima successerint
nisi omnem Greciam domuerit. Mote quedam civitates Atheni-
ensibus se iungunt quasdam autem ad Philippum belli metus traxit.
Prelio commisso cum Athenienses longe maiore militum numero
prestarent assiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur.
Non tamen immemores pristine glorie cecidere quippe adversis vulneribus
omnes loca que tuenda a ducibus acceperant morientes
corporibus texerunt. Hic dies universe Grecie et gloriam dominationis
ac vetustissimam libertatem finivit. Cuius victorie callide
dissimulata leticia est. Denique non solita sacra Philippus
illa die fecit non in convivio risit non ludos inter epulas
adhibuit non coronas aut unguenta sumpsit et quantum in illo
fuit ita vicit ut victorem nemo sentiret. Sed nec regem
se Grecie et glorie dominationis sed ducem appellari iussit atque ita inter
tacitam leticiam et dolorem hostium temperavit ut neque apud suos
exultasse neque apud victos insultasse videretur. Atheniensibus
quos passus fuerat infestissimos et captivos gratis remisit
et bello consumptorum corpora sepulture reddidit reliquiasque
funerum ut ad sepulcra maiorum deferrent ultro hortatus e

Super hoc Alexandrum filium cum amico Antipatro qui pacem cum his amicitiamque iungeret Athenas misit. Thebanorum porro non solum captivos verum etiam interfectorum sepulturam vendidit. Principes civitatis securi percussit, alios in exilium redegit, bonaque omnium occupat. Pulsos deinde per iniuriam in patriam restituit. Ex horum numero trecentos exules iudices rectoresque civitati dedit, et apud quos cum potentissimi quique rei eius criminis postularentur quod per iniuriam se in exilium egissent, huius constantie fuerunt ut omnes se auctores faterentur, meliusque cum re publica actum cum damnati essent quam cum restituti contenderent. Mira prorsus audacia: de iudicibus vite necisque sue quemadmodum possunt sententiam ferunt contemnuntque absolutionem quam dare inimici possent, et quia rebus non possent, verbis usurpant libertatem. Composito in Grecia bello Philippus omnium civitatum legatos ad formandum rerum presentium statum evocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem universe Grecie pro meritis singularum civitatum statuit, consiliumque omnium veluti unum senatum ex omnibus legit. Lacedemonii et regem et legem contempserunt, servitutem non pacem rati que non ipsis civitatibus conveniret sed a victore ferretur. Auxilia deinde civitatum singularum describuntur, sive adiuvandus eo auxilio rex oppugnante aliquo foret, seu duce illo bellum inferendum. Neque enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum CC milia peditum fuere et equitum XV milia. Extra hanc summam et Macedonie exercitus erat et confinis domitarum gentium barbaries. Initio veris tres duces in Asiam Persarum iuris premittit, Parmenionem, Amintham et Athalum, cuius sororem nuper expulsa Alexandri matre Olimpiade propter stupri suspicionem in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia a Grecia coeunt, nuptias Cleopatre filie sue et Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum et collocantis filiam et uxorem ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat. Ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus corporis medius inter duos Alexandros filium generumque contenderet, Pausanias nobilis ex Macedonibus adolescens, nemini suspectus, occupatis angustiis Philippum in transitu obtruncat, diemque leticie destinatum fedum funeris luctu facit. Hic primis pubertatis annis stuprum per iniuriam passus ab Athalo fuerat, cuius indignitati hec etiam feditas accesserat. Nam et perductum in convivium solutumque mero Athalus non sue tantum voluptati, verum etiam convivarum libidini velut scortum vile subiecerat, ludibriumque eum omnibus inter equales reddiderat. Hanc rem egre ferens Pausanias querelam sepe Philippo detulerat. Cum variis frustrationibus non sine risu differretur et honoratum insuper ducatu adversarium cerneret, iram in ipsum

Pausanias

philippum vertit / ulcionemque quam ab adversario non poterat / ab iniquo iudice
exegit. Creditum etiam est immissum ab Olimpiade matre Alexandri
fuisse ut ipsum Alexandrum ignarum patris necis extitisse. quippe
non minus Olimpiadem repudio et prelata sibi Cleopatram / quam
stuprum Pausaniam tulisse doluisse. Alexandrum quoque regni emulum
fratrem ex noverca susceptum timuisse. eo quod factum / ut in convivio ante
primum cum Attalo / mox cum ipso patre iurgaret / adeo / ut etiam stricto
gladio eum philippus consectatus sit / egre quoque a filii nece amicorum
precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad avunculum se in Epirum cum
patre matre inde ad reges Illiriorum contulerat / vixque revocanti
mitigatus est patri / precibusque cognatorum egre redire compulsus
est. Olimpias fratrem quoque suum Alexandrum Epiri regem in bellum provoca-
bat / pervicissetque ni filie nupciis pater generum occupasset. hiis sti-
mulis irarum utrumque Pausaniam de impunitate stupri sui querentem
ad tantum facinus impulisse creduntur. Olimpias certe fugienti percussori
equos quoque preparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece cum titulo
officii ad exequias cucurrisset / in cruce pendentis Pausanie eadem
nocte qua venit coronam auream imposuit / quod nemo alius auderet
nisi hac superstite philippi filio potuisset. Paucos deinde post dies refixum
corpus interfectoris super reliquias mariti cremavit et tumulum ei
eodem fecit loco. parentari quoque eidem quotannis incussa populo
superstitione precepit. Post hec Cleopatram a qua expulsa philippi matri-
monio fuerat / in gremio eius prius filia interfecta finire vitam
suspendio compulit / spectaculoque pendentis eam ulcionem potita est
ad quam per parricidium festinaverat. Novissime gladium illum quo
rex percussus est Appollini sub nomine Mirtalis consecravit. hoc enim
nomen ante Olimpiadis parvule fuit. Que omnia ita palam sunt facta
ut timuisse videatur ne facinus ab ea commissum non probaretur. Deces-
sit philippus xl et vii annorum cum annis xxv regnasset. Genuit ex Laris-
sea saltatrice filium Arrideum. qui post Alexandrum regnavit. habuit et alios
filios multos ex variis matrimoniis regio more susceptos. qui
partim fato partim ferro periere. Fuit rex armorum quam convi-
viorum apparatibus studiosior cui maxime opes erant instrumenta
bellorum. divitiarum questu quam custodia sollercior. Itaque inter cotidianas
rapinas semper inops erat. misericordia et perfidia pari iure dilecte
Nulla apud eum turpis racio vincendi. Blandus pariter et insidiosus
alloquio. qui plura promitteret quam prestaret. In seria et iocosa
artifex. Amicicias utilitate non fide colebat. Graciam fingere
in odio / instruere inter concordantes odia / apud utrumque graciam
querere sollemnis illi consuetudo. Inter hec eloquencia et insignis
oracio acuminis et sollercie plene / ut nec ornatui facilitas
nec facilitati inventionum deesset ornatus. Alexander huic
filius successit / et virtute et viciis patre maior. Itaque vincendi

Philippus describitur

lo utriusque diversa / hic aperte / ille artibus bella tractabat /
Deceptis ille gaudere hostibus hic vero palam fusis / prudentior
ille consilio / hic animo magnificentior / Iram pater dissimulare vel
plerumque etiam vincere / hic ubi exarsisset nec dilatio ultionis nec
modus erat / vini nimis uterque avidus / sed ebrietatis diversa vicia
Patri mos erat / etiam de convivio in hostem procurrere / periculis se
temere offerre / Alexander non in hostem / sed in suos seviebat
Quam ob rem sepe Philippum vulneratum prelia remisere / hic amicorum
interfector convivio frequenter excessit / regnare ille cum amicis volebat
hic in amicos regna exercebat / Amari pater malle / hic metui / literarum
cultus utrique similis / Solercie pater maioris / hic fidei / Verbis atque oracione
Philippus / hic rebus moderatior / pater parcendi victis promptior filio
animus et promptior et honestior / frugalitati pater luxurie filius
magis deditus erat / Quibus artibus orbis imperii fundamenta
pater fecit / operis totius gloriam filius consummavit etc.

Epithoma Justini super Trogum Pompeium volumen decimum incipit etc.

Artaxerxi regi Persarum ex pellicibus C^m xv filii fuere.
sed tres tantum iusto matrimonio suscepti Darius Da Ariorathes
et Othus / Ex his Darium contra morem Persarum / apud quos
rex non nisi morte mutatur / per indulgenciam pater regem vivus
fecit / nihil sibi estimans ablatum quod in filium contulisset / Sincerius
que gaudium procreacionis capturus / si insignia maiestatis sue vivus
in filio conspexisset / Sed Darius post novum paterne pietatis exemplum inter-
ficiendi patris consilium cepit / Sceleratus si solus parricidium
cogitasset / tanto autem scelestior quod in societatem facinoris assumptos
quinquaginta fratres / fecit parricidas / ostenti prorsus genus
in tanto populo non solum sociari / verum etiam sileri parricidium po-
tuit / ut ex L liberis nemo inventus sit / quem aut paterna ma-
iestas aut veneracio senis / aut indulgencia patris a tanta
immanitate sceleris revocaret / Adeo ne vile paternum nomen /
apud tot numero filios fuit / ut quorum presidio tutus etiam adversus hostes
esse debuerat / eorum insidiis circumventus tucior ab hostibus quam
a filiis fuerat / Causa parricidii scelestior ipso parricidio fuit
Victo quippe Cyro fratre bello / cuius mencio supra habita est Aspa-
siam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonio receperat hanc
patrem cedere sibi sicut regnum Darius postulaverat / qui pro indulgencia
sua in liberos primo facturum se dixerat / mox penitencia ductus ut
honeste negaret / quod temere promiserat / Solis eam prefecit sacer-
docio / quo perpetua illi ab omnibus viris pudicicia imperabatur
Hinc exacerbatus iuvenis in iurgia primo prius erupit / mox
facta cum fratribus coniuracione / dum patri insidias parat / deprehensus
cum sociis / penas parricidii diis paterne maiestatis ultoribus
dedit / Coniuges quoque omnium cum liberis ne quod vestigium tanti sceleris

Cetaret misere Artaxerxes post hec morbo et dolore contracto decedit
rex quam pater felicior. hereditas regni Ocho tradita. qui timens parem
coniurationem regiam cognatorum cede et strage principum replet. nulla
non sanguinis, non sexus, non etatis misericordia permotus. scilicet ne innocentior
fratribus parricidis haberetur. atque ita veluti purificato regno bellum
Armeniis infert. In eo adversus provocantem hostium Cadomannus
quidam cum omnium favore processit, hoste ceso victoriam suis pariter
et prope amissam gloriam restituit. Ob hec decora idem Cadomannus prefi-
citur Armeniis. Interiecto deinde tempore post mortem Ochi regis
ob memoriam pristine virtutis rex a populo constituitur. Darii nomi-
ne ne quid regie maiestati deesset honoratus. bellum quoque cum Alexandro
magno diu variante fortuna, magna tamen virtute gessit. Postremo
victus ab Alexandro et a cognatis occisus vitam pariter cum Persarum regno //

Epithoma Iustini super Trogum Pompeium liber undecimus // finivit

In exercitu Philippi sicuti varie gentes erant. ita et eo
occiso diversi motus animorum fuere. Alii quippe iniusta
servitute oppressi ad spem se libertatis erigebant. Alii tedio lon-
ginque militie remissam sibi expeditionem gaudebant. Non nulli facem
nuptiis filie accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoque tam
subita mutatio rerum non mediocris ceperat metus. reputantes
nunc provocatam Asiam. nunc Europam perdomitam. nunc Illiros Trac-
chas et dardanos ceterasque barbaras gentes fidei dubie et mentis
infide que omnes populi si pariter deficerent. hiis resisti nullo modo
posse. Quibus rebus veluti medela quedam interventus Alexandri fuit.
qui pro contione ita vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est
ut metum timentibus demeret et in spem omnes impelleret. Erat
~~et in spem omnes~~ hic annos xx natus in qua etate ita moderate
de se multa pollicitus est. ut appareret plura eum experimentis reservari.
Macedonibus immunitatem cunctarum rerum. preter militie vacationem dedit.
de quo facto tantum sibi favorem omnium conciliavit. ut corpus hominis non virtutem
regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternarum exequiarum fuit. in
quibus ante omnia cedis conscios ad tumulum patris occidi iussit. Solum
Alexandrum Lincensari fratrem pepercit. servans in eo auspicia dignitatis
sue. nam eum regem primus salutaverat. Emulum quoque imperii Caranum
fratrem ex noverca susceptum interfici curavit. Inter initia multas gentes
rebellantes compescuit. orientes nonnullas sediciones extinxit.
Quibus rebus erectus citato gradu in greciam contendit. ubi exemplo
patris Corinthum evocatis civitatibus dux in locum eius substituitur.
Inchoatum deinde a patre persicum bellum aggreditur. In cuius apparatu
occupato Athenienses et Lacedemonios ab eo ad persas defecisse
auctoremque eius defectionis magno auri pondere a persis corruptum
Demosthenem oratorem extitisse qui Macedonum deletas esse
cum rege copias a Triballis affirmaverat. producto in contionem

al' lincescharum

auctorem, qui in eo prelio in quo rex ceciderat, se quoque vulneratum diceret. Qua opinione mutatos omnium ferme civitatum animos esse, presidia Macedonum obsideri. Quibus motibus occursurus tanta celeritate instructo paratoque exercitu Greciam oppressit, ut quem venire non senserant, videre se vix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris matrisque sue cum his ab Eacidarum gente necessitudinis admonuerat. Cupide hec Thessalis audientibus exemplo patris dux universe gentis creatus erat, et vectigalia omnia redditusque suos ei tradiderant. Sed Athenienses sicuti primi defecerant, ita primi penitere ceperunt, contemptum hostis in admirationem vertentes, pueritiamque Allexandri spretam antea super virtutem veterum ducum extollentes. Missis itaque legatis bellum deprecantur. Quibus auditis et graviter increpitis Alexander bellum remisit. Thebas inde exercitum convertit, eadem indulgentia usurus, si parem penitentiam invenisset. Sed Thebani armis, non precibus nec deprecatione usi sunt. Itaque victi gravissima queque supplicia miserrime captivitatis experti sunt. In consilio cum de excidio urbis deliberaretur, Phocenses et Plathetenses et Thespienses et Ozromenii, Alexandri socii victorieque participes, excidia urbium suarum crudelitatemque Thebanorum referebant, studia in Persas non presentia tamen, verum etiam vetera adversus Grecie libertatem increpantes; quam ob rem odium eos omnium populorum esse; quod vel hoc manifestari, quod iureiurando se omnes obstrinxerint, ut victis Persis Thebas diruerent. Adiciunt et scelerum scelerum priorum fabulas, quibus omnes scenas repleverant, ut non presentia verum et veteri infamia invisi forent. Tunc Cleandes, unus ex captivis, data potestate dicendi, non a rege se defecisse, quem interfectum audierant, sed a regis heredibus dicit; quod in eo sit admissum, credulitatis, non perfidie culpam esse; cuius tamen iam magna se supplicia rependisse deleta iuventute. Nunc senum feminarumque sicuti infirmum, ita innoxium restare vulgus, quod stupris ipsum contumeliisque ita vexatum esse, ut nichil amarius unquam sint passi. Nec iam pro civibus se, qui tam pauci remanserint, orare, sed pro innoxio patrie solo, et pro urbe, que non viros tantum, verum et deos genuerit. Privata etiam regem superstitione deprecatur, genito apud ipsos Hercule, unde originem gens Eacidarum trahat, actaque Thebis a patre eius Philippo pueritia; rogat urbi parcat, que maiores eius partim apud se genitos deos adoret, partim educatos summe maiestatis reges viderit. Sed potentior ira fuit quam preces. Itaque urbs diruitur; agri inter victores dividuntur; captivi sub corona venduntur, quorum precium non ex ementium commodo, sed inimicorum odio extenditur. Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque profugorum refugiis portas contra interdictum regis aperuere; quam rem ita graviter tulit Alexander, ut secunda legatione deinde bellum de-

frantibus / ita demum remisit / ut oratores et duces / quorum fiducia
totiens sibi rebellassent / dedant. Paratis Atheniensibus ne ad bellum co-
gerentur fieret bellum / eo res deducta est / ut retentis oratoribus
duces in exilium agerent / qui continuo ad Darium profecti / non
mediocre momentum Persarum viribus accessere. Proficiscens ad

Alexander cognatos necat

Persicum bellum omnes novercae sue cognatos quos Philippus in excelsi-
orem dignitatis locum provehens in imperiis ~~prefecerat~~ prefecerat interfecit.
Sed nec suis qui apti bello videbantur pepercit / ne qua materia seditionis
procul se agente in Macedonia remaneret. Et reges stipendiarios
conspectioris ingenii ad commilitium secum trahit. Segniores ad tute-
lam regni relinquit. Adunato exercitu naves ~~ornat~~ one-
rat. Unde conspecta Asia incredibili ardore mentis accensus
duodecim aras deorum in belli vota statuit. Patrimonium omne suum
quod in Macedonia Europaque habebat amicis divisit sibi Asiam
sufficere prefatus. Priusquam ulla navis littore excederet hostias cedit

al. petite

petens victoriam bello quo totiens a Persis petite Grecie ultor electus
sit / quibus longa iam satis et matura imperia contigissent
quorumque tempus esse vices gerere meliora acturos. Sed nec exercitus
eius alia quam regis mente presumptus fuit. Quippe obliti omnes
coniugum liberorumque et longinque a domo / militie Persicum
aurum et totius orientis opes iam quasi predam suam ducebant
nec belli periculorumque sed divitiarum ~~meminere~~ meminerant. Cum delati
in continentem essent / primus Alexander iaculum velut in hostilem terram
iecit armatusque de navi tripudianti similis prosiluit atque ita hostias
cedit / precatus ne regem ille terre invite accipiant. In Ilio quoque ad
tumulos eorum qui Troiano bello ceciderant parentat. Inde hostem
petens milites a populatione Asie prohibuit / parcendum suis rebus prefatus
ut perdenda ea que possessuri venerat. In exercitu eius fuere pedi-
tum xxx duo milia equitum quatuor milia et quingenti naves c
l xxx ii. Hac tam parva manu universum terrarum orbem vicerit admi-
rabilius vicerit an aggredi ausus fuerit incertum est. Ad tam periculo-
sum bellum / non iuvenes robustos nec primum florem
etatis sed veteranos plerosque etiam emerite militie / qui cum patre
patruisque militaverant / elegit / ut non tam milites quam magistros
militie electos putares / ordines quoque nemo nisi sexagenarius
duxit / ut si principia castrorum cerneres senatum te prisce alicuius rei publice
videre diceres. Itaque nemo in prelio fugam sed victoriam cogitavit / ut in pedi-
bus cuiusquam spes sed in lacertis fuit. Contra rex Persarum Darius fiducia
virium nihil astu agere affirmans suis occulta consilia victorie
furtive convenire ut hostem regni finibus arcere sed intimum
regnum accipere gloriosius ratus repellere bellum quam non admittere.
Prima igitur congressio in campis Adrasteis fuit. In acie Persarum
sexcenta milia militum fuere que non minus arte Alexandri quam

virtute Macedonum superata tota vtere. Magna itaque cedes persarum
fuit. De exercitu Alexandri nouem pedites centum viginti equites
cecidere. Quos rex impense ad ceterorum solatia humatos sta-
tuis equestribus donat, cognatisque eorum immunitates dedit.
Post victoriam maior pars Asie ad eum defecit. Gessit et plura
bella cum prefectis Darii, quos iam non tam armis quam terrore nominis
sui vicit. Dum hec aguntur interim indicio captivi ad eum defertur
insidias ei ab Alexandro lincestarum genero Antipatri qui prepositus
Macedonie erat, parari. Ob quam causam timens ne quis in exercitu
eo motus oriretur, in vinculis eum habuit. Post hec Gordien urbem
petit, que posita est inter Frigiam maiorem et minorem. Cuius
urbis potiunde non tam propter predam cupido eum cepit, sed quod audi-
erat in ea urbe in templo Jovis iugum Gordii positum, cuius ne-
xum si quis solvisset, eum tota Asia regnaturum antiqua oracula
cecinisse. Huius causa rei et origo illa fuit. Gordius cum in his — Gordius
regionibus bobus conductis araret, aves eum omnes circumvolare ceperunt.
Profectus ad consulendum augures vicine urbis, obviam in porta habuit
virginem eximie pulchritudinis, percontatusque eam, quem potissimum augurem
consuleret. Illa audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina
parentum regnum ei portendi respondit, pollicetur que se et matrimonii et
spei sociam. Tam pulchra condicio prima regni felicitas videbatur. Post nup-
tias inter Frigios orta seditio est. Consulentibus de fine discordiarum
oracula responderunt regem discordiis opus esse. Iterato querentibus
de persona regis iubentur eum regem observare, quem reversi primum a
templo Jovis euntem plaustro repperissent. Obvius illis Gordius
fuit, statimque eum regem consalutant. Ille plaustrum, quo vehenti regnum
delatum fuerat, in templo Jovis positum maiestati regie consecrat.
Post hunc filius Mida regnavit, qui ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus Phri-
giam religionibus impleuit, quibus tutior omni vita quam armis fuit.
Alexander igitur capta urbe, cum ut dictum est in ipsum templum Jovis venisset,
iugum plaustri Gordii requisivit, quo exhibito, cum capita loramentorum
intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus
gladio loramenta cedit, atque ita resolutis nexibus latentia in nodis
capita invenit. Hec illi agenti nuntiatur Darium cum ingenti exercitu ad-
ventare. Itaque timens angustias magna celeritate Thaurum
transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursu fecit. Cum Tar-
sum venisset, captus Cidni fluminis amenitate per mediam urbem
fluentis, proiectis armis plenus pulveris ac sudoris in prefrigidam
undam se proiecit, cum repente tantus nervos eius occupavit rigor,
ut interclusa voce non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi
inveniretur. Unus ex medicis erat nomine Philippus, qui solus
remedium polliceretur, sed et ipsum Parmenionis pridie a Capa-
docia misse epistole suspectum faciebant, qui ignarus infirmitatis

Alexandri suspectat, a philippo medico caveret, nam corruptum illum
a Dario ingenti pecunia esse tunc cunctatus est. Dubie se fidei
medici credere quam indubitato morbo perire. accepto igitur poculo
epistolas medico tradidit atque ita inter bibendum oculos in vultum
legentis intendit, ut securum conspexit. letior factus est. sanitatemque
quarta die recepit. Darius interea ccc milibus peditum ac C
milibus equitum in aciem procedit. Movebat hec multitudo hostium
respectu paucitatis sue Alexandrum, sed reputabat interdum quantas res
cum ista paucitate gessisset quantosque populos fudisset. Itaque cum spes
metum vinceret, periculosius bellum ratus, ne desperatio suis cresceret,
circumvectus suos, singulas gentes diversa oratione alloquitur. Illirios
ac Thracas opum ac divitiarum ostentatione, Grecos veterum bellorum
memoria internecivique cum Persis odii accendebat. Macedo-
nes autem Europe victe admonet et Asie expetite, nec inven-
tos orbe pares viros gloriatur, ceterum et laborum finem hunc et glorie
cumulum fore. atque inter hec identidem consistere aciem iubet, ut ea
mora consuescant oculis agmina hostium sustinere. Nec Darii segnius
ordinande aciei cura fuit. Quippe omissis ducum officiis ipse
omnia circuire, singulos hortari, veteris glorie Persarum imperiique perpetue
ab diis immortalibus date possessionis admonere. Post hec prelium ingentibus
animis committitur. In eo prelio uterque rex vulneratur. tamdiu certamen
anceps fuit, quoad fugeret Darius. Exinde Persarum cedes secuta
est. Cesa sunt peditum sexaginta unum milia, equitum decem milia,
capta quadraginta milia. Ex Macedonibus ceciderunt pedites C
xxx equites CL. In castris Persarum multum auri ceterarumque opum
inventum. Inter captivos castrorum ~~mater~~ et mater et uxor eadem-
113 que soror et filie due Darii fuere. ad quas visendas horta-
dasque cum in acie positas Alexander venisset, conspectis armatis invicem
se amplexe velut statim moriture complorationem ediderunt.
Provolute deinde genibus Alexandri non mortem, sed dum Darii corpus
sepeliant, dilationem mortis deprecantur. Motus tanta pie-
tate Alexander et timentibus mortis metum dempsit, easque et haberi et sa-
lutari ut reginas precepit. filias quoque non sordidius dignitate
patris sperare matrimonium iussit. Post hec opes Darii divitiarum-
que apparatum contemplatus admiratione tantarum rerum
capitur. tunc primum luxuriosa convivia et magnificentiam epularum
sectari, tunc et Barsinem captivam diligere propter forme pulchritudinem
cepit, a qua postea susceptum puerum Herculem nominavit. Memor
tamen adhuc Darium vivere, Parmenionem ad occupandam
Persicam classem aliosque amicos ad recipiendas Asie civitates
misit, que statim audita fama victorie ipsis Darii prefectis
cum auri magno pondere tradentibus se in potestatem victorum ve-
nerunt. Inde in Syriam proficiscitur, ubi obvios cum infulis

multos orientis reges habuit. Ex his prout singulorum alios in societatem recepit, aliis regnum ademit, suffectis in loca eorum novis regibus. Insignis preter ceteros fuit Abdathominus rex ab Alexandro Sidonie constitutus, quem Alexander cum operas oblocare et puteos exhaurientem ortos quos irrigandos solitus esset, misere vitam exhibentem regem fecerat, spretis nobilibus, ne genus id non dantis beneficium putarent. Thyriorum civitas cum coronam auream ponderis magni per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset, grate munere accepto Tyrum se ire velle ad vota Herculi reddenda dixit. Cum legati rectius id eum in Tyro vetere et antiquiore templo facturum dicerent, deprecantes eius introitum, ita exarsit, ut urbi excidium minaretur. Confestimque exercitu insule applicato non minus animosis Tyriis fiducia Carthaginensium bello excipitur. Augebat enim Tyriis animos Didonis exemplum, que Carthagine accersit condita tertiam partem orbis quesisset, turpe ducentes, si feminis suis plus animi fuisset in imperio querendo quam sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli etate quo Carthaginem accersit, mox auxiliis non magno post tempore per proditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander, Egiptum, Ciliciam sine certamine recepit. Ad Iovem deinde Hammonem pergit consulturus et de eventu futurorum et de origine sua. Nam mater eius Olimpias confessa viro suo Philippo fuerat Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente magnitudinis concepisse. Denique Philippus ultimo prope vite sue tempore filium suum non esse palam predicaverat, qua ex causa Olimpiada veluti in stupro compertam repudio dimiserat. Alexander igitur cupiens originem divinitati acquirere, simul et matrem infamie liberare, per premissos subornat antistites quid sibi responderi velit. Ingredientem in templum statim antistites ut Hammonis filium salutant. Ille letus dei adoptione hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde an omnes interfectores parentis sui sit ultus. Respondetur patrem eius nec posse interfici nec mori; Philippi plene peractam ultionem. Tertio interroganti victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum dari. Comitibus quoque suis responsum, ut Alexandrum pro deo non pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia mirusque animo increvit tumor exempta comitate, quam et Grecorum litteris et Macedonum institutis didicerat. Reversus ab Hammone Alexandriam condidit et coloniam et caput esse Egipti iubet. Darius cum Babiloniam profugisset et per epistolas Alexandrum precatur, redimendarum sibi captivarum potestatem faciat, inque eam rem pollicetur magnam pecuniam. Sed Alexander pretium captivarum regnum omne, non pecuniam petit. Interiecto tempore alie epistole Darii Alexandro redduntur, quibus filie matrimonium et regni portionem offert. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitque supplicem venire et regni arbitria victori permittere. Tunc spe pacis amissa bella Darius reparat

Abdathominus

et cum quadringentis militibus peditum, centum milibus equitum, obviam
vadit Alexandro. In itinere nuntiatur uxorem eius ex conlisione abortu
partus decessisse, eiusque mortem inlacrimatum Alexandrum, exequiasque
benigne prosecutum, idque eum non amoris sed humanitatis causa fecisse,
nam semel tantum eam ab Alexandro visam esse, cum matrem parvulasque filias
eius frequenter consolaretur. Tunc se ratus vere victum, cum post tot proelia
etiam beneficiis ab hoste superaretur, gratumque sibi esse si vincere nequeat
quod a tali potissimum vinceretur. Scribit itaque et tertias epistulas, et gratias
agit quod nihil hostile in suos fecerit. Offert et deinde maiorem partem
regni usque ad Eufratem flumen, et alteram filiam uxorem, pro re-
liquis captivis triginta milia talentum. Ad haec Alexander gratiarum actionem
supervacaneam esse respondit, nec a se quicquam factum in hostis adulationem,
nec quod in dubios belli exitus, aut quod in leges pacis sibi lenocinia quaereret,
sed animi magnitudine, qua didicerat adversus vires hostium, non adversus
calamitates contendere. Pollicetur quod se praestaturum ea Dario, si secundus sibi,
non par haberi velit. Ceterum neque mundum posse se duobus solibus
regi, nec orbem summa duo regna salvo statu terrarum habere. Proinde
aut deditionem eadem die aut in posteram aciem paret, nec
polliceatur sibi aliam. Postera die aciem producunt. Repente ante
proelium confectum curis Alexandrum somnus arripuit. Cum ad pugnam
solus rex deesset, a Parmenione aegre excitatus, quaerentibus somni
causam omnibus inter pericula, cum etiam in otio semper somni parcior
fuerit, magno aestu liberatum se ait, somnumque sibi ex repentina
securitate datum, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere. Veri-
tum se longam belli moram, si ille exercitum divisisset. Ante proelium
utraque acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem
hominum, corporum magnitudinem, armorumque pulchritudinem mirabantur;
Persae autem a tam paucis victa suorum tot milia stupebant. Sed nec
duces circumire suos cessabat. Darius vix denos denis Armenios
singulis hostes si divisio foret evenire dicebat. Alexander Macedones
Alexander monebat, ne multitudine hostium nec corporis magnitudine moverentur;
tantum meminisse iubet, cum quibus tertio pugnarent, nec meliores factos pu-
tarent fuga, cum maxime maneret secum tam tristem memoriam
cladium suarum et sanguinis tantum. Quibus proeliis fusi fuissent, et quemadmodum
Darius maiorem turbam hominum esse, sic virorum sibi. Hortatur spernant
illam aciem auro et argento fulgentem, in qua plus praedae quam periculi
sit, cum victoria non armorum decore, sed ferri virtute quaeratur. Post haec
proelium committitur. Macedones in ferrum cum contemptu totiens
a se victi hostis ruebant. Contra Persae mori quam vinci praeoptabant.
Darius cum vinci suos videret, mori et ipse voluit, sed a proximis
fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam, ut pons
Cidni fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur, non ita
se saluti suae velle consultum ait, ut tot milia sociorum hosti obiciat

debere et aliis fuge viam patere que patuerat sibi. Alexander autem
periculosissima queque aggrediebatur et ubi confertissimos hostes
acerrime pugnare conspexisset eo se semper ingerebat pericula quoque sua
esse non militum volebat. Hoc prelio Asie imperium rapuit quinto
post acceptum regnum anno cuius tanta felicitas fuit ut post
hec nemo rebellare ausus sit patienterque Perse post imperium tot
annorum iugum servitutis acceperunt. Donatis refectisque militibus
triginta quatuor diebus predam recognovit. In urbe deinde
Susa xl milia talentum invenit. Expugnat et Persepolim
caput Persici regni urbem multis annis illustrem refertamque
orbis terrarum spoliis que interitu eius primum apparuere. Inter hec octin-
gente admodum Greci occurrunt Alexandro qui penam captivitatis trun-
cata corporis parte tulerant rogantes ut sicuti Greciam se quoque ab
hostium crudelitate vindicaret. Data potestate redeundi agros
accipere maluerunt ne non tam gaudium parentibus quam detestandum
sui conspectum reportarent. Darius interea gratia victoris a cognatis
suis aureis compedibus cathenisque in vico Parthorum Thara
vincitur credo ita diis immortalibus iudicantibus ut in terra eorum
qui successuri imperio erant Persarum regnum [illegible] finiretur.
Alexander itaque citato cursu postera die supervenit ubi cognovit Da-
rium clauso vehiculo per noctem exportatum. Iusso igitur exercitu subsequi
cum sex milibus equitum fugientem insequitur in itinere multa
et periculosa prelia facit. Inventis deinde multa milia passuum
cum nullum Darii indicium repperisset respirandi equis data potestate
unus ex militibus dum ad fontem proximum pergit in vehiculo Darium
multis quidem vulneribus confossum sed spirantem ad hunc invenit
qui applicato captivo cum civem ex voce cognovisset id saltem
presentis fortune habere se solacium dixit quod apud intellecturum locu-
turus esset nec incassum postremas voces emissurus. Perferri hec
Alexandro iubet se nullis in eum unquam meritorum officiis maximorum
illi se debitorem mori quod in matre eius liberisque eius regium
eius non hostilem animum expertus feliciusque hostem quam cognatos propinquosque
sortitus sit. Quippe matri et liberis suis ab eodem hoste vitam datam
sibi a cognatis suis ereptam quibus et vitam et regna dederit. Quam ob-
rem gratiam illis futuram quam ipse victor volet. Alexandro referre se
gratiam solam moriens possit precari superum inferumque numina
et regales deos ut illi terrarum omnium victori contingat imperium.
Pro se iustam magis quam gravem sepulture veniam orare. Quod ad
ultionem pertineat iam non suam sed exempli communemque omnium regum
esse causam quam negligere illi et indecorum et periculosum esse. Quippe
cum in altero iustitie eius in altero etiam utilitatis causa versetur.
In quam rem unicum pignus fidei regie dextram se ferendam Alexandro
dare. Post hec porrecta manu expiravit. Que ubi Alexandro nunciata

sue. Ipso corpore defuncti tam indigna illo fastigio morte lacrimis
prosecutus est, corpusque regio more sepeliri et reliquias eius
maiorum tumulis inferri iussit.

Epithoma Iustini super Trogum Pompeium liber duodecimus

Alexander in prosequendo Dario amissos milites ma-
gnis funerum impensis extulit. Reliquis expedi-
cionis sociis tredecim milia talentum divisit. Equorum
maior pars estu amissa, inutiles et qui superfuerant relicti. Pecuniam
centum nonaginta milia talentum Ecbatana
congessit ei et Parmenionem preposuit. Dum hec aguntur, epistole Antipatri
a Macedonia ei redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum
in Grecia, bellum Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopirionis
prefecti eius in Scithia continebatur. Quibus varie affectus plus
tamen leticie cognitis mortibus duorum emulorum regum quam doloris
amissi cum Zopirione exercitus cepit. Namque post profectionem Alexandri
Grecia ferme omnis in occasionem recuperande libertatis ad arma
concurrerat, auctoritatem Lacedemoniorum secuta, qui Philippi
Alexandrique et pacem soli spreverant et leges respuerant. Dux huius
belli Agis rex Lacedemoniorum fuit, quem motum Antipater contractis
militibus in ipso ortu oppressit. Magna tamen utrimque cedes fuit. Agis
rex cum suos terga dantes videret, dimissis satellitibus, ut
Alexandro felicitate, non virtute inferior videretur, tantam stragem
hostium edidit, ut agmina interdum fugaret. Ad postremum et si a multi-
tudine victus, gloria tamen omnes vicit. Porro Alexander rex Epiri in Italiam auxilia
Tarentinis adversus Brucios deprecantibus sollicitatus ita cupide
profectus fuerat, velut in divisione orbis terrarum Alexandro Olimpi-
adis sororis sue filio Oriens, sibi Occidens sorte evenisset, non
minorem rerum materiam in Italia, Affrica, Sicilia quam ille in Asia
et in Persis habiturus. Huc accedebat quod sicut Alexandro magno Delphica
oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonei Iovis
urbem Pandosiam amnemque Acherusium predixerat. Que utraque
cum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse, ad declinanda
fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cum in Italiam
venisset, primum illi bellum cum Apulis fuit, quorum cognito urbis
fato brevi post tempore pacem et amiciciam cum rege eorum fecit.
Erat namque tunc temporis urbs Apulis Brundisium, quam
Etoli secuti famam rerum in Troia gestarum clarissimum
ac nobilissimum ducem Diomedem condiderant. Sed pulsi ab Apu-
lis consulentes oracula responsum acceperant, locum qui repetissent perpetuo
possessuros. Hac igitur ex causa per legatos cum belli comminacione
restitui sibi ab Apulis urbem postulaverant. Sed ubi Apulis
oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepelierant, perpetuam
ibi se sedem habituros. Atque ita functi responso diu urbem possiderunt.

quod fatum eius cognovisset. Alexander Epiri antiquitatis fata veneratus
bello Apulorum abstinuit cessit et Bruciis et Siculis et cum his
fedus amiciciamque fecit. Sed Brucii Lucanique cum auxilia a fini-
timis contraxissent acriusque bellum repetivere ibi rex iuxta urbem
Pandosiam et flumen Acheronta non prius fatalis loci cognito
nomine quam occideret interfectus moriensque non in patria fuisse sibi
periculosam mortem propter quam patriam fugerat intellexit. Corpus eius
Turini publice redemptum sepulture tradiderunt. Dum hec in Italia
aguntur Zopirion quoque prefectus Ponti ab Alexandro Magno relictus ocio-
sum se ratus si nihil et ipse gessisset adunato XXX milium militum
exercitu Scithis bellum bellum intulit cesusque cum omnibus copiis penas
temere illati belli genti innocenti luit. Hec cum nunciata in Parthia
Alexandro esset simulato merore propter Alexandri cognacionem exercitui suo
triduo luctum indixerat. Omnibus deinde velut Darii morte per-
petrato bello reditum in patriam expectantibus coniugesque ac liberos
suos animo iam quodammodo complectentibus ad concionem exercitum vocat
ibi nichil actum tot egregiis bellis ait si incolumis orientalis
barbaries relinquatur. Nec se corpus sed regnum Darii petisse persequendos
que eos esse qui a regno defecerint. Hac concione velut integratis
militum animis Hircaniam Mardosque subegit. Ibi occurrit Talestris
sive Minithea Amazonum regina cum trecentis militibus mulierum
vigintiquinque diebus inter confertissimas gentes itinere confecto ex
rege liberos quesitura cuius conspectus adventusque admiracioni omnibus
fuit et propter insolitum feminis habitum et propter expetitum concubitum. Ob
hec tredecim diebus ocio a rege datis ut est visa uterum implesse
discessit. Post hec Alexander habitum regum Persarum et insolitum dyade-
ma antea regibus Macedonicis velut in leges eorum quos vicerat tran-
siret assumit. Que ne invidiosius in se uno conspicerentur amicos
quoque suos longam vestem auratam purpureamque sumere iubet
ut luxum quoque sicut cultum Persarum imitaretur. Inter pelicum regiarum
greges electe pulchritudinis nobilitatisque noctium vices divisit.
His rebus ingentem epularum apparatum adiecit ne ieiuna
ac destructa luxuria videretur. Conviviumque iuxta regiam
magnificenciam ludis exornat immemor prorsus tantas opes
amitti his moribus non queri solere. Inter hec indignacio omnium totis
castris erat a Philippo illum patre degenerasse patrie quoque nomen negle-
xisse ut mores Persarum assumeret quos propter tales mores vicerat.
Sed ne viciis solus eorum quos armis subegerat succubuisse videretur
militibus quoque suis permisit si quarum captivarum consuetudine tenerentur
ducere uxores existimans minorem in patriam reditus cupiditatem
futuram habentibus in castris imaginem quandam larium et domestice
sedis simul et laborem milicie molliorem fore dulcedine uxorum
in supplementa quoque militum minus exhauriri posse Macedoniam

si veteranis patribus Tirones filii succederent militaturi in valle
in quo essent nati, constanciores que futuri, si non solum Tirocinia verum
et incunabula in castris in ipsis castris posuissent. que consuetudo
in successoribus quoque Alexandri mansit. Igitur et alimenta pueris statuta
et instrumenta armorum equorumque iuvenibus data et patribus
premia pro numero filiorum constituta. Si quorum patres cecidissent
nichilominus pupilli stipendia patrum trahebant, quorum pueritia
inter varias expediciones milicie erat. Itaque a parvula
etate laboribus periculisque indurati invictus exercitus fuere. neque
aliter castra quam patriam neque pugnam aliud umquam quam victoriam duxere.
Hec soboles nomen habuit Epigonorum. Parthis deinde domitis prefectus his
statuitur ex nobilibus Persarum Andragoras, inde postea originem
Parthorum reges habuere. Interea Alexander non regio more sed hostili
odio sevire in suos cepit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum
se mores Philippi patris patriique moris subvertisse. Propter que crimina Parme-
nion quoque senex dignitate regi proximus cum Philota filio de utroque
prius questionibus habitis interficitur. Fremere itaque omnes universis castris
cepere, innoxii senis ac filii casum miserantes, interdum se quoque
non debere melius sperare. Que cum nunciata Alexandro essent,
verens ne hec opinio etiam in Macedoniam divulgaretur et victorie glorie
sevicie macula infuscaretur, simulat se et amicis quosdam in patriam
victorie nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere rariorem
habituros occasionem propter remociorem miliciam. Datos fasciculos epistularum
tacite ad se deferri iubet, ex quibus cognito de se iudicio in unam
cohortem eos qui de rege ~~dur~~ durius opinati fuerant contribuit
aut consumpturus eos aut in ultimis terris in colonias distributurus.
inde Drancas Euergetas Parimas Parapemenasque ad aspios
ceterosque populos qui in radice Caucasi morabantur subegit.
Interea unus ex amicis Darii Bessus vinctus perducitur qui regem non
prodiderat verum et interfecerat, quem in ulcionem perfidie excruciandum
fratri Darii tradidit, reputans non tam hostem suum fuisse Darium quam amicum
eius a quo esset occisus. Et ut his terris nomen relinqueret, urbem
Alexandriam super amnem Tanaim condidit intra diem septimum decimum
sex milium passuum consummato, translatis eo trium civi-
tatum populis quas Cyrus condiderat. In Bactrianis quoque Sog-
dianisque duodecim urbes condidit, distributis his quoscumque
in exercitu sediciosos habebat. His ita gestis sollempni die
amicos in convivium vocat, ubi orta inter ebrios rerum a Philippo
gestarum mencione preferre se patri ipse rerumque suarum magnitudinem
celo tenus extollere celo tenus cepit, assentante maiore convivarum parte. Ita-
que cum unus e senibus Clitus fiducia amicicie regie, cuius pal-
mam tenebat, memoriam Philippi tueretur laudaretque eius res
gestas, adeo regem offendit ut telo a satellite rapto eundem

in convivio trucidavit. qua cede exultans. mortuo protinus
philippi laudem quam patris militie obiectabat postquam saciatus
cede animus conquievit. et in ire locum successit extimatio nunc
personam occisi nunc causam occidendi considerans pigere eum facti
cepit. quippe quod paternas laudes tam irate accepisset quas nec
convicia debuisset. amicum quod senem et innocentem a se occisum inter epulas
et pocula dolebat. Eodem igitur furore in penitentiam quo pridem in iram
versus mori voluit. primo in fletus progressus amplecti mortuum vulnera
tractare et quasi audienti confiteri dementiam. arreptumque telum in se
convertit. peregissetque facinus nisi amici intervenissent. Mansit hec volun-
tas moriendi etiam sequentibus diebus. Accesserat enim penitentie nutricis
sue et sororis Cliti recordatio. cuius absentis eum maxime pude-
bat. tam fedam illi alimentorum suorum mercedem redditam. ut in cuius
manibus pueritiam egerat. huic iuvenis et victor pro beneficiis
funera remitteret. Reputabat deinde quantum in exercitu suo. quantum
apud devictas gentes fabularum atque victorie invidie. quantum
apud ceteros amicos metus et odium sibi fecerit. quam amarum
et triste reddiderit convivium suum. non armatus in acie quam in convi-
vio terribilior. tunc parmenion et philothas tunc amynthas
consobrinus tunc noverca fratresque interfecti tunc attalus eurilochus
pausanias aliique macedonie extincti principes occurrebant. Ob hec
illi quadriduo perseveratum inedia est. donec exercitus universi precibus
exoratus est precantis ne ita morte unius doleat ut universos
perdat. quos in ultimam deductos barbariem inter infestas et irritatas
bello gentes destituat. Multum profuere Calistenis philosophi preces. con-
discipulatu apud Aristotilem familiaris illi qui tunc
erat ab ipso rege ad prodenda memorie acta eius accitus. Revocato
ad bella animo Chorasinos et dacas in deditionem accepit. Deinde
quod primo ex persico superbie regie more distulerat. ne omnia pariter
invidiosiora essent. non salutari sed adorari se iubet. Acerrimus
inter recusantes Calistenes fuit. que res et illi et multis principibus
macedonum exitio fuit siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti
sunt. retentus tamen est a macedonibus mos salutandi regis ex-
plosa adoratione. Post hec Indiam petit ut occeano ultimo oriente
finiret imperium. cui glorie ut etiam exercitus ornamenta con-
venirent phaleras equorum et arma militum argento inducit
exercitumque suum ab argenteis clipeis argiraspidas appellavit.
Cum Nisam urbem venisset oppidanis non repugnantibus
fiducia religionis liberi patris a quo condita urbs erat
parci iussit letus non militiam tantum verum et vestigia se dei
secutum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum naturalibus
bonis vite edera quam non aliter vestiti quam si manu cultus
colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus eius ubi ad-

Interfectorum nomina ab Alexandro

Cleophis regina

ad montem accessit, repentino impetu mentis in sacros dei ululatus instincti, cum stupore regis sine noxa discurrerent, ut intelligeret non tam oppidanis se parcendo quam exercitui suo consuluisse. Inde montes dedalos regnaque Cleophidis regine petit, que cum se dedisset ei, concubitu redemptum regnum ab Alexandro recepit, illecebris consecuta quod armis non poterat, filiumque ab eo genitum Alexandrum nominavit, qui postea regno Indorum potitus est. Cleophis regina propter constupratam pudicitiam scortum regium ab Indis exinde appellata est. Peragrata India cum ad saxum mire asperitatis et altitudinis, in quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terre motu prohibitum. Itaque cupidine Herculis acta superare, cum summo labore non periculo potitus saxo omnes eius loci gentes in deditionem accepit. Unus ex regibus Indorum fuit Porus nomine, viribus corporis et anime magnitudine pariter insignis, qui bellum iam pridem audita Alexandri opinione in adventum eius parabat. Commisso itaque prelio exercitum suum Macedonas invadere iubet, sibi regem eorum privatum hostem deposcit. Nec Alexander pugne moram fecit, sed prima congressione vulnerato equo cum preceps ad terram decidisset, concursu satellitum servatus est. Porus multis vulneribus obrutus capitur. Qui victum se adeo doluit, ut cum veniam ab hoste accepisset, neque cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit, egreque sit ab eo obtentum ut vellet vivere. Quem Alexander ob honorem virtutis incolumem in regnum remisit. Duas ibi urbes condidit, Niceam alteram, alteram ex nomine equi Bucefalam vocavit. Inde Adrestas, Gestanos, Presidas, Gangaridas, cesis eorum exercitibus, expugnat. Cum ad Cofides venisset, ubi eum hostes cc milia equitum opperiebantur, exercitus omnis non minus victoriarum numero quam laboribus fessus lacrimis eum deprecabatur, finem tandem bellis faceret, aliquando patrie reditusque meminisset, respiceret militum annos, quibus vix etas ad reditum sufficeret. Ostendebat alius caniciem, alius vulnera, alius etate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta; solos se esse qui duorum regum, Philippi Alexandrique, continuam militiam pertulerint. Tandem ~~orare~~ orantes ut reliquias saltem suas paternis sepulturis redderet, quorum non tam studia deficiant quam anni. Ac si non militibus, vel ipse sibi parceret, ne fortunam suam nimis onerando fatigaret. Motus his tam iustis precibus velut in finem victorie castra solito magnificentiora fieri iussit, quorum molitionibus et hostis terreretur et posteris admiratio sui relinqueretur. Nullum opus milites letius fecere. Itaque cesis hostibus cum gratulatione in eadem revertuntur. Inde Alexander ad amnem Agesinem pergit, per hunc in oceanum devehitur. Ibi Agensanos Sibosque, quos Hercules

condidit in deditionem accepit. Hinc in Ambros et Sagambros
navigat. que gentes eum armatis lxxx milibus peditum et sexa-
ginta milibus equitum excipiunt. cum prelio victor esset, exercitum
eorum ad urbem ducit, quam desertam a defensoribus cum de muro quem
primus ceperat animadvertisset, in urbis planiciem sine ullo satellite
desilit. Itaque cum eum hostes conspexissent, clamore edito undique
concurrunt, si possent in capite orbis bella finire et ulcionem
tot gentibus dare. nec minus Alexander restitit et unus adversus tot milia
preliatur. Incredibile dictu est ut eum non multitudo hostium non vis
magna telorum non tantus lacessencium clamor terruerit, solus
tot milia ceciderit ac fugaverit. Ubi vero obrui se multitudine
vidit, trunco se, qui prope murum stabat applicat. cuius auxilio
tutus, cum diu agmen sustinuisset tandem cognito periculo eius amici
ad eum desiliunt, ex quibus multi ~~cessi~~ cesi sunt, preliumque tamdiu
anceps fuit, quoad omnis exercitus muris deiectis in auxilium veniret.
In eo prelio sagitta sub mamma traiectus, cum sanguinis fluxu defice-
ret, genu posito tamdiu preliatus est, donec eum a quo vulneratus
fuerat occideret. Curatio vulneris gravior ipso vulnere fuit. Itaque
ex magna desperacione tandem saluti redditus Polipercota cum
exercitu Babiloniam mittit. Ipse cum lectissima manu, navibus
conscensis occeani littora peragrat. Cum venisset ad urbem
Ambigeri regis, oppidani invictum audientes sagittas veneno
armant atque ita gemino mortis vulnere hostem a muris
submoventes plurimos interficiunt. Cum inter multos vulneratus
eciam Ptolomeus esset, moriturusque iam videretur, per quietem
regi monstrata in remedia veneni herba est, qua in potu ac-
cepta statim periculo liberatus est, maiorque pars exercitus hoc reme-
dio servata. Expugnata deinde urbe, reversus in naves occeano
libamina dedit, prosperum in patriam reditum precatus, ac veluti curru circa
metam acto, positis imperii terminis, qua sinus aut terrarum solitudines
prodire passe sunt, aut mare navigabile fuit, prospero flatu secundo estu hostio flu-
minis Indi invehitur. Ibi in monumenta rerum gestarum urbem
Barcem condidit, arasque statuit, relicto ex numero amicorum littora-
libus Indis prefecto. Inde iter terrestre facturus, cum arida loca
medii itineris dicerentur, puteos oportunis locis fieri precepit,
in quibus ingenti dulci aqua inventa Babiloniam ~~redidit~~ redit.
Ibi multe devicte gentes prefectos suos accusaverunt. quos sine
respectu amicicie Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Fi-
liam post hec Darii Statiram in matrimonium recepit. sed et optimati-
bus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines
tradidit. ut communi facto crimen regis levaretur. Exinde contionem
vocat. et promittit se es alienum omnium propria impensa
soluturum. ut predam premiaque integra domos ferant. Insignis

Cura
cio alex.

q munificencia non summa sua verum etiam titulo muneris fuit ut a debitoribus magis quam creditoribus gracius accepta, quippe utrisque exaccio pariter ac solucio difficilis erat. xx milia talentum in hos usus expensa. Dimissis veteranis exercitum iunioribus supplet. Sed retenti veteranorum discessum egre ferentes missionem et ipsi flagitabant nec annos sed stipendia sua numerari iubebant, pariter in miliciam lectos pariter sacramento solvi equum esse censentes. nec iam precibus sed convicio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone inire bella quatenus milites suos fastidiat. Contra ille nunc castigare milites nunc lenibus verbis monere ne gloriosam miliciam sedicionibus infuscaret. Ad postremum cum verbis nil proficeret ad comprehendendos sedicionis auctores e tribunali in concionem armatam inermis ipse desiliit, et nemine prohibente xiii correptos manu sua ipse ad supplicium duxit. tantam vel illis moriendi pacienciam metus regis vel huic exigendi supplicii constanciam disciplina militaris dabat. Inde separatim auxilia Persarum in concione alloquitur. laudat perpetuam illorum cum in se tum in pristinos reges fidem, sua in illos beneficia commemorat, ut numquam quasi victos sed veluti victorie socios habuerit. Denique se in illorum non illos in gentis sue morem transisse affinitatibus conubiorum victos victoribus miscuisse. Nunc quoque ait custodiam corporis sui non Macedonibus tantum verum et illis crediturum. atque ita mille ex his iuvenes in numerum satellitum legit, auxiliorumque porcionem formatam in disciplinam Macedonum exercitui suo miscet. quam rem egre Macedones tulerunt iactantes hostes suos in officium suum a rege subiectos. Tunc universi flentes regem adeunt, orant suppliciis suis pocius satiaret se quam contumeliis. qua modestia obtinuerunt ut undecim milia militum exauctoraret. Sed et ex amicis dimissi senes Polipercon Clitus Gorgias Polidamas Aminthas Antigenes. Dimissis his Craterus preponitur, iussus preesse Macedonibus in Antipatri locum, Antipatrumque cum supplemento tironum in locum eius evocat, stipendia revertentibus veluti militantibus data. Dum hec aguntur unus ex amicis eius Ephestion decedit, dotibus primo forme pueritia quam mox obsequiis regi percarus, quem contra decus regium Alexander diu luxit, tumulumque duodecim milium talentum ei fecit, eumque post mortem coli ut deum iussit. Ab ultimis autem littoribus occeani Babiloniam revertenti nunciatur legaciones Carthaginensium ceterarumque civitatum sed et Hyspaniarum Sicilie Gallie Sardinie nonnullas quoque ex Italia adventum eius Babilonie opperiri. Adeo universum orbem nominis eius terror invaserat, ut cuncte gentes veluti destinato sibi regi adularentur

Ephestion carissimus Alexandro

Hac igitur de causa babiloniam festinat velud conventum terrarum orbis acturo. quidam ex magis predixit ne urbem introiret testatus hunc locum ei fatalem fore. Ob hec omissa babilone in bursiam urbem trans Eufratem desertam olim concessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho compulsus est rursus magorum predicta contemnere ut falsa et incerta et si fato constant ignota mortalibus. At si nature debeantur immutabilia. Reversus igitur babiloniam multis diebus ocio datis intermissum olim convivium solempniter instituit. totusque in leticiam effusus cum diei noctem pervigilem impendisset recedentem iam e convivio Medius Tessalus instaurata comessacione et ipsum et sodales eius invitat. Accepto poculo media potione repente velut telo confixus ingemuit, elatusque e convivio semianimis tanto cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret. Amici causam morbi intemperiem ebrietatis disseminaverunt, re autem vera insidie fuerunt, quarum infamiam successorum potentia Auctor insidiarum Antipater fuit, qui cum carissimos amicos eius interfectos videret, Alexandrum lincestam generum suum occisum, se magnis rebus in grecia gestis non tam gratum apud regem quam invidiosum esse, a matre quoque eius olimpiade variis se criminationibus vexatum. huc accedebat ante paucos dies supplicia in prefectos devictarum nationum crudeliter habita. ex quibus rebus se quoque a macedonia non ad societatem militie sed ad penam vocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem Cassandrum filium dato veneno subornat. qui cum fratribus philippo et Iolla ministrare solebat regi. cuius veneni tanta vis fuit, ut non ere non ferro non testa contineretur, nec aliter ferri nisi in ungula equi potuerit premonito filio ne alius quam Tessalo crederet et fratribus. Hac igitur causa apud Tessalum paratum repetitumque convivium est. Et philippus et Iolas pregustare ac temperare potum regi soliti in aqua frigida venenum habuerunt, quam pregustate et potioni supermiserunt. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiens agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait. Nam plerosque Eacidarum intra xxx annum defunctos. tumultuantes deinde milites insidiisque perire regem suspicantes ipse sedavit eosque omnes prolatus in editissimum urbis locum ad conspectum suum admisit osculandamque dexteram suam flentibus porrexit. cum lacrimarent omnes non sine lacrimis tantum verum etiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit. ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit, quibusdam mandata ad parentes eorum dedit, adeo sicuti in hostem ita

ita et in morte invictus animus fuit. Dimissis militibus circumstantes amicos percontatus viderentne similem sibi regem reperturi, tacentibus cunctis, tunc ipse ut hoc nesciat ita illud scire vaticinari se ac pene oculis videre dixit: quantum sit in hoc certamine sanguinis supra Macedonia quibus cedibus quo cruore mortuo sibi parentatura. Ad postremum corpus suum in Hammonis templo condi iubet. Cum deficere eum amici viderent, querunt quem imperii faciat heredem. Respondit dignissimum. Tanta illi fuit magnitudo animi ut cum Herculem filium, cum fratrem Arideum, cum Roxanem uxorem pregnantem relinqueret, oblitus necessitudinum dignissimum nuncuparet heredem, prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere aut tanti regni opes aliis quam probatis relinqui. Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, ita omnes in emulationem et in ambitionem vulgi tacitum favorem militum querunt. Sexta die preclusa voce exemptum anulum digito Perdice tradidit, que res gliscentem amicorum dissensionem sedavit. Nam etsi non voce nuncupatus heres, iudicio tamen electus videbatur. Decessit autem Alexander anno mense iunio et annos tres et triginta natus, vir supra humanam potentiam magnitudine animi preditus. Ea nocte eum mater Olimpias concepit visa per quietem est cum ingenti serpente volutari, decepta nec sompnio. Nam profecto maius humana mortalitate opus utero tulit. Quam cum Eacidarum gens ab ultima seculorum memoria et regna patris, fratris, mariti ac deinceps maiorum omnium illustraverit, nullius tamen nomine quam filii clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius ipso ortu non nulla apparuere. Nam ea die qua natus est due aquile tota die perpetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperii Europe Asieque presferentes. Eadem quoque die nuncium pater eius duarum victoriarum accepit, alterius belli Illirici, alterius certaminis olimpici, in quod quadrigarum currus miserat, quod omen universarum terrarum victoriam infanti portendebat. Puer acerrimis litterarum studiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele doctore inclito omnium philosophorum crevit. Accepto deinde imperio regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit, tantamque fiduciam sui militibus fecit ut illo presente nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est quem non vicerit, nullam urbem obsedit quam non expugnaverit, nullam gentem adiit quam non calcaverit. Victus denique ad postremum est non virtute hostili sed insidiis suorum et fraude civili.

Epitoma Justini super T. P. volumen tredecimum

Extincto in ipso etatis ac victoriarum flore Alexandro
magno triste apud omnes tota Babilone silentium
fuit / sed ut devicte gentes fidem nuncio habuerunt quod
ut invictum regem ita mortalem esse crediderant / recordantes
quotiens presenti morti ereptus esset quam sepe pro amisso / repente
se non sospitem tantum suis verum etiam victorem obtulisset ut vero
mortis eius fides adfuit omnes barbare gentes paulo ante
ab eo devicte non ut hostem sed ut parentem luxerunt Mater
quoque Darii regis que amisso filio a fastigio tante maiestatis
in captivitatem redacte indulgentia victoris in eam diem
vite non penituerat / audita morte Alexandri mortem sibi ipsa
conscivit non quod hostem filio preferret sed quod filii pietatem in eo quem
ut hostem timuerat experta esset Contra Macedones versa
vice non ut civem ac tante maiestatis regem verum ut ho-
stem amissum gaudebant / ut severitatem nimiam et assidua
belli pericula execrantes huc accedebat quod principes regnum et
imperia vulgus militum thezauros et grande pondus auri velut
inopinatam predam spectabat Illi successionem regni hii opum
ac diviciarum hereditatem cogitantes Erant enim in theza-
uris quinquaginta milia militum talentum et in annuo vecti-
gali tributo tricenta milia Sed nec amici Alexandri frustra
regnum spectabant Nam eius virtutis ac veneracionis omnes erant / ut sin-
gulos reges putares Quippe ea forme pulcritudo et pro-
ceritas corporis ut virium ac sapientie magnitudo in omnibus
fuit / ut qui eos ignoraret non ex una gente sed ex toto terrarum
orbe electos iudicaret Neque enim umquam ante Macedonia
vel ulla gens alia tam clarorum virorum proventu floruit quos
primo Philippus mox Alexander tanta cura legerant ut non tam ad so-
cietatem belli quam in successionem regni electi viderentur Quis
igitur miretur talibus ministris orbem terrarum victum cum exercitus
Macedonum tot non ducibus sed regibus regeretur qui numquam sibi
repperissent pares si non inter se concurrissent multos Macedonia
provincia Alexandros habuisset nisi fortuna eos emulacione
virtutis in perniciem mutuam armasset Ceterum occiso Alexandro
non ut leti / ita et securi fuere omnibus unum locum competentibus
nec minus milites quam invicem se timebant / quorum et libertas so-
lucior et favor incertus erat / Inter ipsos vero equalitas discor-
diam augebat nemine tantum ceteros excedente ut ei aliquis
se submitteret Armati itaque in regiam coeunt ad formandum
rerum omnium presentium statum Perdicca censet / Roxanes expectari partum
que exacto mense octavo matura iam ex Alexandro erat et si

puerum pepererit. hunc dari successorem placere. Meleager neque
differendum in partum dubium consilium. neque expectandum ut sibi
reges nascantur. cum iam genitis uti liceret. Seu puer illis pla-
ceat esse Pergami filium Alexandri natum ex Barsine nomine
Herculem. Seu mallent iuvenem esse in castris fratrem Alexandri
Arrideum. comem et cunctis non suo tantum verum et patris nomine
Philippi acceptissimum. Ceterum Roxanem esse originis persice
nec esse fas. ut Macedonibus ex sanguine eorum quorum regna
deleverint reges constituantur. quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicat.
Denique morientem ne mentionem quidem eius habuisse. Ptolo-
meus recusabat regem Arrideum. non propter maternas modo
sordes. quod ex Larisseo scorto nasceretur. sed etiam propter valitudinem
maiorem quam patiebatur. ne ille nomen regis alius imperium teneret.
Et melius esse ex his legi. qui pro virtute regi suo proximi fuerint.
qui provincias regant. quibus bella mandentur. quam sub persona regis
indignorum imperio subici. Vicit Perdice sententia. consensu omni-
um. Placuit itaque Roxanes expectari partum. et si puer natus
fuisset tutores Leonatum et Perdiccam et Craterum et Antipatrum
constituunt. Confestimque in tutorum obsequia iurant. Cum equites
quoque idem fecissent. pedites indignati nullas sibi consiliorum partes
relictas Arrideum Alexandri fratrem regem appellant. Satellitesque
illi ex tribu sua legunt. et nomine patris Philippi vocari iubent.
Que cum equitibus nunciata essent. legatos ad mitigandos eorum
animos duos ex proceribus Attalum et Meleagrum mittunt. qui po-
tenciam ex vulgi adulacione querentes omissa legacione militibus
consentiunt. Statim et sedicio crevit. ubi caput et consilium habere
cepit. Tunc ad delendum equitatum cuncti ad regiam armati erumpunt.
quo cognito equites trepide ab urbe discedunt. castrisque positis
et ipsi pedites terrere ceperunt. Sed nec procerum odia ces-
sabant. Attalus ad interficiendum Perdiccam ducem partis alterius
mittit. ad quem armatum et ultro provocantem cum accedere
percussores ausi non fuissent. tanta constantia Perdicce fuit. ut
ultro ad pedites veniret. et in concionem evocatos edoceret.
quod facinus molirentur. respicerent contra quos arma sum-
psissent. non illos persas sed Macedones. non hostes sed cives
esse plerosque etiam cognatos eorum. certe commilitones eorundem
castrorum ac periculorum socios. Editurus deinde egregium
hostibus suis spectaculum. ut quorum armis victos se doleant.
eorum mutuis cedibus gaudeant. parentaturosque sanguine
suo manibus hostium a se interfectorum. Hec cum pro singulari
facundia sua perorasset. adeo movit pedites ut pro-
bato consilio eius dux ab omnibus legeretur. Tunc et equites in

cordiam reversi in Arideum regem consenciunt. Servata est porcio
regni Alexandri filio si natus esset. Hec agebant posito in medio
Alexandri corpore ut maiestas eius testis decretorum esset. His ita
compositis Macedonie et Grecie Antipater preponitur. Regie pecunie
custodia Cratero traditur. Castrorum et exercitus et rerum cura Meleagro
et Perdicce assignatur. Iubetur quoque Arideus rex corpus Alexandri
in Hammonis templum deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis
auctoribus repente ignaro collega lustracionem edicit. Postquam armatum
exercitum in campo constituit, consencientibus universis evocatos du-
cohortibus
taxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte
iubet. Reversus deinde provincias inter principes tamquam prefectos
divisit, simul ut emulos removeret et munus imperii beneficii
sui faceret. Prima Ptolomeo Egyptus et Affrice Arabieque pars
sorte venit, quem ex gregario milite Alexander causa virtutis provexerat,
cui ad tradendam provinciam Cleomenes qui Alexandriam edifi-
caverat datur. Confinem huic provincie Syriam Laumedon Mi-
tilenus, Ciliciam Philotas et Philo Illirios accipiunt. Medie
maiori Atropatos, minori socer Perdicce preponitur. Susiana gens
Scino. Phrigia maior Antigono Philippi filio assignatur.
Liciam et Pamphiliam Nearchus, Cariam Cassander, Lidiam
Menander sortiuntur. Leonato minor Frigia evenit. Tracia et
regiones Pontici maris Lisimacho, Capadocia cum Paphago-
nia Eumeni data. Summus castrorum tribunatus Seleucho
Anthiochi filio cessit. Stipatoribus regis satellitibusque
Cassander filius Antipatri preficitur. In Bactriana ulteriore et
Indie regionibus priores prefecti retenti, qui sub Alexandro
esse ceperunt permansione. Seras inter amnes duos Hidaspem
et Indum Taxiles habebat. In colonias in Indis conditas
Piton Agenoris filius mittitur. Paropamenos fines Caucasi
montis Oxiarches accipit. Arachossi Cedrosi qui sub Tracia
Sub Drance et Araste Conon. Bactrianos Amynthas
sortitur, Sogdianos Scythes, Nicanor Parthos, Philippus
Hircanos, Phrataphernes Armenios, Neoptholomeus Per-
sas, Peucestes Babilonios, Archon Pelasgos, Archelaus
Mezopothomiam. Cum hec divisio veluti fatale munus singulis
contigisset, ita magna interemptorum materia plurimis fuit.
Siquidem non magno post tempore quasi regna non prefectu-
ras divisissent, sic reges ex prefectis facti magnas opes
non sibi tantum paraverunt verum etiam posteris reliquerunt. Dum
in oriente aguntur, in Grecia Athenienses et Etoli bellum
quod iam vivo Alexandro moverant summis viribus instruebant.
Cause belli erant quod reversus ab India Alexander epistolas in

greciam scripserat, quibus omnium civitatum exules preter cedis dampnatos restituebat. Que recitata presente universa grecia in mercato olimpico magnos motus fecerunt, quod plurimi non legibus pulsi patria sed per factionem principum fuerant, verentibus ipsis principibus ne revocati potenciores in re publica fierent. Palam igitur iam tunc multe civitates libertatem bello vindicandam fremebant. Principes tamen omnium Athenienses et Etholi fuere. Quod cum nunciatum Alexandro esset, mille naves longas sociis imperari preceperat, quibus in occidente bellum gereret, excursurusque cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses contracto triginta milium exercitu et ducentis navibus bellum ad Antipatro, cui grecia sorte evenerat, gerunt, eumque detrectantem prelium et Heraclee urbis menibus tuentem se obsidione cingunt. Eodem tempore Demostenes Atheniensis orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpago auri, quia ad libertatem Alexandrum [illegible], et quod civitatem [illegible] Alexandri bellum compelleret, forte Megaris exulabat. Qui ut missum ab Atheniensibus Hyperiden legatum cognovit, qui Peloponenses in societatem armorum sollicitaret, cum Sicyon, Argos et Corinthum ceterasque civitates eloquentia sua Atheniensibus iunxit, obviam nave ab exilio revocatur. Interim in obsidione Antipatri Leosthenes dux Atheniensium telo a muris in transeuntem iacto occiditur. Que res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam vallum rescindere auderet. Auxilium deinde a Leonato per legatos petit, qui cum venire cum exercitu nunciatus esset, obvii ei Athenienses cum instructo exercitu fuere, ibique equestri prelio gravi vulnere ictus extinguitur. Antipater tametsi auxilia sua videret victa, morte tamen Leonati letatus est, quippe et emulum sublatum et vires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cum par hostibus in prelio videretur, solutus obsidione in Macedoniam concessit. Grecorum quoque copie a finibus Grecie hoste pulso in urbes dilapse sunt. Perdica interea bello [illegible] Ariarati regi Cappadocum illato prelio victor nichil premii preter vulnera et pericula retulit. Quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis coniugibus et liberis, domos quisque suas cum omnibus copiis incenderunt. Eodem congestis etiam servitiis semet ipsos precipitant, ut nichil hostis victor suarum rerum preter incendii spectaculo frueretur. Inde ut viribus auctoritatem regiam adquireret, ad nuptias Cleopatre sororis Alexandri quondam victoris non aspernante Olimpiade matre eius intendit. Sed prius Antipatri sub affinitatis

absente. capere cupiebat, itaque fingit se in matrimonium
filiam eius petere, quo facilius ab eo supplementum Tironum
ex Macedonia optineret, que dolum presentiente Antipatro, du-
as dum eodem tempore uxores querit, neutram optinuit. Post hec
bellum inter Antigonum et Perdiccam oritur. Antigono Craterus
et Antipater auxilium ferebant, qui facta cum Atheniensibus
pace Polipercontem Grecie et Macedonie preponunt. Perdicca
alienatis rebus Arideum et Alexandri magni filium in Cappa-
dociam, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli
in consilium adhibet, quibusdam placebat bellum in Macedoniam
transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi et Olimpias
mater Alexandri, non mediocre momentum partibus, et civium favor
propter Alexandri Philippique nomina. Sed in rem visum est ab Egipto
incipere, ne in Macedoniam profectis Asia a Ptolomeo occuparetur.
Eumeni preter provincias quas acceperat, Paphlagonia et
Caria et Licia et Frigia adiciuntur. Ibi Craterum et
Antipatrum opperiri iubet, adiutores ei dantur cum exercitibus suis
frater Perdicce Alcetas et Neoptolemus. Clito
cura classis traditur. Cilicia Philote adempta Philoxeno
datur. Ipse Perdicca Egiptum cum ingenti exercitu petit. Sic
Macedonia in duas partes discurrentibus ducibus in sua vis-
cera armatur ferrumque ab hostili bello in civilem sanguinem
vertit exemplo furentium manus ac membra sua cesura.
Sed Ptolomeus in Egipto solerti industria magnas opes pa-
rabat. Nam et Egiptios insigni moderatione in favorem
sui sollicitaverat et reges finitimos beneficiis obsequiisque
devinxerat, terminos quoque imperii adquisita Cirene
urbe ampliaverat, factusque iam tantus, ut non tam timeret
hostes quam timendus ipse hostibus esset. Cirena autem condita fuit — Cire na
ab Aristeo, cui nomen Battos propter lingue obligationem fuit.
Cuius pater Grinus rex Theraneus insule cum ad ora-
culum Delphos propter dedecus adolescentis filii nondum loquentis
deum precaturus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius
Battos Affricam petere urbemque Cirenam ibi condere,
usum lingue ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile
propter solitudinem Theraneis insule, ex qua coloni
ad urbem condendam in Affricam tam vaste regionis
proficisci iubebantur, res tunc omissa est. Interiecto dein-
de tempore velut contumaces pestilentia deo parere com-
pelluntur, quorum tam insignis paucitas fuit ut vix
unam navem complerent. Cum venissent in Affricam, pulsis
accolis montem Ciram et propter amenitatem loci et propter

fontis ubertate captos ibi Battos dux eorum lingue nodis solutis loqui primum cepit. que res animos eorum ex promissis dei iam parte percepta in reliquam spem condende urbis accendit. positis igitur castris opinionem veteris fabule accipiunt Cyrenam eximie pulchritudinis virginem a Thessalia monte Pelio ab Apolline raptam perlatamque in eiusdem montis iuga cuius collem occupauerant a deo repletam quatuor peperisse pueros Nomium Aristeum Autocum Argeum missos a patre Ipseo rege Thessalie qui perquirerent virginem loci amenitate captos in iisdem terris cum virgine resedisse. ex his pueris tres adultos in Thessaliam reuersos auita regna recepisse. Aristeum in Archadia late regnasse eumque primum et apium et mellis usum et lactis coagula hominibus tradidisse solsticialesque ortus sideris primum inuenisse. quibus auditis Battos virginis nomine ex responsis agnito urbem Cyrenem condidit. Ptolomeus huius urbis auctus viribus bellum in aduentum Perdicce parabat. Sed Perdicce plus odium arrogancie quam vires hostium nocebant. quam exosi etiam socii ad Antipatrum gregatim profugiebant. Neoptholemus quoque in auxilium Eumeni relictus non solum transfugere verum etiam prodere partes voluit. Eumenes quam rem ut presensit Eumenes cum proditore decernere necessarium habuit. victus Neoptholemus ad Antipatrum et Poliperconta profugit. persuadet hiis ut continuatis mansionibus leto ex victoria et securo fuga sua Eumeni superuenirent. Sed res Eumenem non latuit. Itaque insidie in insidiatores verse. Et qui securum aggressuros se putabant securis in itinere et peruigilio noctis fatigatis occursum est. In eo prelio Polipercon occiditur. Neoptholemus quoque cum Eumene congressus diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est. Sed tandem victus occumbit. victor igitur duobus preliis Eumenes afflictas partes transicione sociorum paulisper sustentat. Ad postremum tamen Perdicca occiso ab exercitu hostis cum Phitone et Illirio et Alceta fratre Perdicce appellatur bellumque aduersus eos Antigono decernitur.

Epithoma Iustini li. xiiij incipit

Eumenes ut Perdiccam occisum se hostem a Macedonibus iudicatum bellumque Antigono decretum cognouit ultro ea militibus suis indicauit ne fama aut rem in maius extolleret aut militum animos rerum nouitate terreret simul ut an contra se animati essent cognoscerent

sumpto consilio ex motu universorum. Constanter tamen praefatus
ita est si cui hec terrori esset habere eum discedendi potestatem.
qua voce adeo cunctos in studium suorum indixit, ut
ultro bellum omnes hortarentur, recusaturos que se. Exerci-
tu in Aetoliam promoto pecunias civitatibus imperat. recu-
santes dare hostiliter diripit. Inde Sardis profectus
ad Cleopatram sororem Alexandri magni, ut eius voce
centuriones principesque confirmarent, existimatus
ubi regiam maiestatem verti, unde soror Alexandri staret.
Tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, ut
etiam per vestigia mulierum favor sacrati eius nominis quae-
reretur. Cum reversus in castra esset, epistole totis castris ab-
iecte inveniuntur, quibus his qui Eumenis caput
Antigono detulissent, magna premia definiebantur.
His cognitis Eumenes vocatis ad contionem militibus
primo gratias agit, quod nemo inventus esset qui spem cruen-
tae mercedis fidei sacramenti anteponeret. Deinde callide subnectit
confictas has a se epistolas ad experiendos suorum animos esse;
ceterum salutem suam in omnium potestate esse. Nec Antigonum nec
quemquam ducum sic velle vincere, ut ipse in se exemplum pessi-
mum statuat. Hoc facto et in presenti labentium animos detinuit et in
futurum providit, ut si quid simile accidisset, nec se ab hoste cor-
rumpi sed a duce temptari milites arbitrarentur. Omnes itaque
operam suam certatim ad custodiam salutis eius offerunt. Sed
Interim Antigonus cum exercitu supervenit castris propositis
postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prelio
fecit, qui victus in munitum quoddam castellum confugit. Ubi cum vi-
deret se fortunam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem di-
misit, ne aut consensu multitudinis traderetur aut obsidio ipsa
multitudine gravaretur. Legatos deinde ad Antipatrum, qui solus
par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit, a quo cum auxi-
lia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione
recessit. Erat quidem solutus ad tempus metu mortis Eume-
nes, sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat. Omnia
igitur circumspicienti optimum visum est ad Alexandri
magni Argiraspidas, invictum exercitum et tot victoriarum de-
perfulgentem gloria decurrere. Sed Argiraspidas post Alexandrum omnes
duces fastidiebant, sordidamque militiam sub aliis post tanti
regis memoriam existimantes. Itaque Eumenes blan-
ditiis agere, suppliciter singulos alloqui, nunc commilito-
nes suos, nunc patronos appellans, periculorum orientalium
socios, nunc refugia salutis sue et unica presidia comme-
morans

solitos esse, quorum virtute oriens sit domitus, soli quibus ad
Liberi patris, qui Herculis monumenta superaverint, per hos
Alexandrum magnum factum, per hos [illegible] [illegible] et immensa
bella gesta conscripta. Orat ut ne [illegible] [illegible] se [illegible] mise-
[illegible] [illegible] [illegible] fuisse valuit. Itaque
hac lege [illegible] magna. [illegible] monendo singulos [illegible]
que per [illegible] [illegible] [illegible] usurpat in
in castris [illegible] agi, sed ab [illegible] [illegible] solacium [illegible]
poterat. Antigonus vero ad postremum venire ad [illegible] [illegible]
esse compellit, cum in aciem descendere [illegible]
propria [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] gloriam tum tot bellorum cum coniugibus et liberis [illegible]
[illegible] longa militia parta [illegible] [illegible] Eumenes [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] spem salutis reliquam
habebat, victos hortabatur [illegible] [illegible] superiores [illegible]
[illegible] ab his [illegible] [illegible] hostium esse, et in bello
[illegible] ultro hostes pacem petituros, damna a quibus
se victos putant, [illegible] esse quae [illegible] [illegible]
possint [illegible] [illegible] victoriam [illegible] [illegible]
se [illegible] [illegible] damna [illegible] [illegible]
coniuges amissas, neque [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] agitur [illegible] per tot annos emerita
stipendia [illegible] [illegible] [illegible] tot bellorum
ab ipsa [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] bella
[illegible] et [illegible] [illegible] sunt et ab ipso
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] amissis omnibus, felicis militiae quaestibus, ne inopes quidem
in miseria et inopi senectute consumere sinat. Igitur
De inscis ducibus confestim ad Antigonum legatos mittunt
petentes, ut sua reddi iubeat. Is redditurum se pollicetur, si
Eumenem sibi tradant. Quibus cognitis Eumenes cum paucis
fugere tentat, et retractus desperatis rebus, cum ingens con-
cursus multitudinis factus esset, petiit ut postremum sibi alloqui exerci-
tu liceret. Iussus ab universis dicere, facto silentio, laxatis
que vinculis, sicut erat cathenatus, manum ostendit.
Cernites milites inquit, habitum atque ornatum ducis vestri,
quem mihi non hostium quisquam imposuit, nam hoc etiam solacio
foret. Vos me ex victore victum, vos me ex imperatore
captivum fecistis. Quater intra hunc annum in verba mea
iurando obstricti estis, et ista omitto, neque enim miseros
convicia dicere decent. Unum oro, si propositorum Antigoni
summa in meo capite consistit, ut vos me velitis mori

Eumenes ad suos mi-
lites orat

Nam neque illud interest, quemadmodum aut ubi cadam, et ego fuero ignominia ignominima mortis liberatus. Hoc si impetro, solvo vos iureiurando quo toties vos sacramento mihi devovistis, aut si vosipsos vim adhibere roganti, ferrum queso date et permittite quod vos facturos pro imperatore iurastis, imperatorem pro vobis sine religione iurisiurandi facere. Cum non obtineret, precibus in iram vertit. At vos, ait, devota capita, respiciant dii periuriorum vindices, velles tales que vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. Nam vos hidem paulo ante et Perdice sanguine estis aspersi, et in Antipatrum eadem moliti. Ipsum denique Alexandrum si fas fuisset eum mortali manu cedere, interempturi, et quod maximum erat seditionibus agitastis. Ultima nunc ego perfidiorum victima has vobis diras atque inferias dico, ut inopes extorresque evum omne in hoc castrensi exilio agatis, devorentque vos arma, quibus plures vestros quam hostium duces absumpsistis. Plenus deinde ira custodes suos precedere ad Antigoni castra precepit. Sequitur exercitus prodito imperatore suo, et ipse captivus, triumphumque de seipso ad victoris castra ducit, omnia auspicia regis Alexandri et tot bellorum palmas laureasque una secum victori tradentes, et ne quid deesset pompe, elephanti quoque et auxilia orientalia subsequuntur. Tanto pulchriora hec Antigono quam Alexandro fuerunt tot victorie, ut cum ille orientem vicerit, hic etiam a quibus oriens victus fuerat, superaverit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo dividit, redditis rebus que in victoria ceperat. Eumenem verecundia prioris amicicie in conspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus precepit. Interea Euridice uxor Arridei regis, ut Polipercontem a Grecia redire in Macedoniam cognovit, et ab eo arcersitam Olimpiadem muliebri emulacione perculsa, abutens valitudine viri, cuius officia sibi vendicabat, scribit regis nomine Polipercontem Cassandro exercitum tradere, in quem regni administracionem rex transtulerit. Eadem et in Asiam Antigono per epistolas nunciat. Quo beneficio devinctus Cassander nichil non ex arbitrio muliebris audacie gerit. Deinde profectus in Greciam multis civitatibus bellum infert, quarum excidio veluti vicino incendio territi Spartham, urbem quam semper armis non muris defenderant, tunc contra responsa fatorum et veterem maiorum gloriam diffisi armis, murorum presidio includunt. Tantum eos degenerasse a maioribus, ut cum multis seculis murus urbi virtus civium fuerit, tunc cives salvos se non existimaverint fore nisi intra muros laterent. Dum hec aguntur, Cassandrum a Grecia turbatus Macedonie status domum revocat. Nam quod Olimpias

mater Alexandri regis ab Epiro in Macedoniam prosequente Eacide
rege Molossorum veniret prohiberique ab Euridice et Arideo
rege cepisset, seu memoria mariti seu magnitudine filii
et indignitate rei moti Macedones ad Olimpiadem transire,
cuius iussu et Euridice et rex Arrideus occiduntur sex annis post Alexandrum
potiti regno. Sed nec Olimpias diu regnavit. Nam cum principum
passim cedes muliebri magis quam regio more fecisset,
favorem sui in odium vertit. Itaque audito Cassandri adventu
diffisa Macedonibus cum nuru Roxane et nepote Hercule in
Pidnam urbem concedit. Proficiscenti Deidamia Eacide
regis filia, et ipsa Thessalonice privigna et ipsa clara Phi-
lippi patris nomine, multe quoque alie principum matrone, speciosum magis
quam utile agmen, comites fuere. Hec cum nunciata Cassandro essent,
statim citato cursu Pidnam venit et urbem obsidione cingit.
Cum fame ferroque urgeri se videret Olimpias, longe obsidionis tedio
pacta salute victori se tradidit. Sed Cassander vocato ad con-
cionem populo, sciscitaturus quid de Olimpiade fieri vellent, subornat
parentes interfectorum, qui sumpta lugubri veste mulieris crudelitatem accu-
sarent. A quibus accensi Macedones sine respectu pristine ma-
iestatis occidendam decernunt, inmemores prorsus quod per filium
eius virumque non solum vitam ipsi inter finitimos tutam habuissent,
verum etiam tantas opes imperiumque orbis quesissent. Sed Olimpi-
as ubi obstinatos armatos videt, in veste regali duabus
ancillis innixa ultro obviam graditur. Qua visa percussores
attoniti fortuna maiestatis prioris et tot in ea memorie oc-
currentibus regum suorum nominibus substiterunt, donec a Cassandro
missi sunt qui eam confoderent, non refugientem gladium aut vul-
nera aut muliebriter vociferantem, sed virorum fortium more
pro gloria veteris prosapie morti succedentem, ut Alexandrum posses
etiam in moriente matre conspicere. Expirans quoque
capillis et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpo-
re eius indecorum videri. Post Cassander Thessalonicen regis
Arridei filiam uxorem ducit, filium Alexandri cum matre in arcem
Amphipolitanam custodiendos mittit. Iustini hys-
[illegible] super XV librum [illegible] epitoma

Olimpias occiditur

Perdicca ac Polipercone ceterisque ducibus diverse partis
occisis finitum certamen inter successores Alexandri magni vide-
batur, cum repente inter ipsos victores nata discor-
dia est. Quippe postulantibus Ptholomeo et Cassandro et
Lisimacho ut pecunia in preda capta et provincie dividerentur,
Antigonus negat se in eius premia belli socios admissurum,
in cuius periculis solus decertaverit. Et ut honestum adversus socios

bellum suscepere videntur. Divulgat Olimpiadis mortem a Cas-
sandro interfecte vlcisci velle, et Alexandrum regis sui filium cum matre
obsidione Amphibolitana liberaret. Hijs cognitis Philome-
neus et Cassander inita cum Lisimacho et Seleucho societate
bellum terra marique enixe instruebant. Tenebat Ptholomeus
Egiptum cum Affrice parte maiore et Cipro et Phenice. Cassa-
dro parebat Macedonia cum Grecia. Asiam et partes Orientis occu-
paverat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congressione
a Ptholomeo apud Galamam vincitur. In quo prelio maior Ptholomei
moderationis gloria quam ipsius victorie fuit. Siquidem et amicos De-
metrii non solum cum suis rebus verum etiam additis insuper muneribus
dimisit, et ipsius Demetrii privatum omne instrumentum ac familiam
reddidit, adiecto honore verborum non se propter predam sed propter dignitatem
inisse bellum, indignatum quod Antigonus devictis diverse partis
factionis ducibus solus communis victorie premia corripuisset. Dum
hec aguntur, Cassander ab Apollonia rediens incidit in Abderitas
qui propter ranarum muriumque multitudinem relicto patrio solo sedes
querebant. Veritus ne Macedoniam occuparent, facta pactione
in societatem eos recepit, agrosque hijs in ultimis Macedonie
finibus assignat. Dein ne Hercules Alexandri filius, qui annos
xiiii excesserat, favore paterni nominis in regnum Macedonie
revocaretur, occidi eum tacite cum matre Barsine iubet, corporaque
terra obrui, ne sepultura proderet. Et quasi parum facinoris in
ipso primum rege, mox in matre eius Olimpiade ac filio ad-
misisset, alterum quoque filium cum matre Roxane pari fraude interfecit,
scilicet quasi regnum Macedonie quod affectabat aliter consequi quam
scelere non posset. Interea Ptholomeus cum Demetrio navali
navali prelio iterato congreditur et amissa classe hosti
que concessa victoria in Egiptum refugit. Demetrius filium Ptho-
lomei Leontiscum et fratrem Menelaum, amicos quoque eius cum privato
instrumenti ministerio pari provocatus antea munere Egiptum
remittit. Et ut appareret eos non odii sed dignitatis gloria
accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant.
Tanto honestius tunc bella gerebant quam nunc amicicie coluntur.
Hac victoria elatus Antigonus regem se clam cum Demetrio
filio a populo appellari iubet. Ptholomeus quoque ne minoris apud
suos haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Quibus auditis
Cassander et Lisimachus et ipsi regiam sibi maiestatem
vendicaverunt. Huius honoris ornamentis tamdiu omnes absti-
nuerunt quamdiu filii regis sui superesse potuerunt. Tanta in
illis verecundia erat, ut cum opes regias haberent, regum
tamen nominibus equo animo caruerunt, quoad Alexander iustus heres

fuit Sed Ptholomeus et Cassander ceterique factionis alterius duces cum carpi singulos ab Antigono viderent dum privatum singulorum non commune universorum bellum ducunt nec auxilium ferre alter alteri volunt quasi victoria unius non omnium foret per epistolas se invicem confirmantes tempus locumque coeundi condicunt bellumque communibus viribus instruunt cui cum Cassander interesse propter finitimum bellum non posset Lysimachum cum ingentibus copiis in auxilium sociis mittit

Lysimachus

Erat hic Lysimachus illustri quidem Macedonie loco natus sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior que tanta in illo fuit ut animi magnitudine philosophiam ipsam viriumque gloria omnes per quos oriens domitus est vicerit Quippe cum Alexander magnus Calistenem philosophum propter salutationis Persice interpellatum morem insidiarum que sibi parate fuerant conscium fuisse iratus finxisset eumque truncatis crudeliter omnibus membris abscisisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset insuper in cavea cum cane clausum ad metum ceterorum circumferret tunc Lysimachus audire Calistenem et precepta ab eo virtutis accipere solitus miseratus tanti viri non culpe sed libertatis penas pendentis venenum ei in remedium calamitatum dedit quod adeo Alexander egre tulit ut eum obici ferocissimo leoni iuberet Sed cum ad conspectum eius concitatus leo impetum fecisset manum amiculo involutam Lysimacho in os leonis immersit arreptaque lingua feram exanimavit quod cum nuntiatum regi esset admiratio in satisfactionem cessit carioremque eum propter constantiam tante virtutis habuit Lysimachus quoque magno animo regis veluti parentis contumeliam tulit Denique omni ex animo huius facti memoria exturbata postea in India insectanti regi quosdam palantes hostes cum a satellitum turba equi celeritate desertus esset solus ei per immensas arenarum moles cursus comes fuit quod idem antea Philippus frater eius facere voluisset inter manus regis expiraverat Sed et Lysimachum desiliens equo Alexander haste cuspide ita in fronte vulneravit ut sanguis claudi non posset quam diadema sibi demptum rex alligandi vulneris causa capiti eius imponeret quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit Sed et post Alexandri mortem cum inter successores eius provincie dividerentur ferocissime gentes quasi omnium fortissimo ei assignate sunt adeo consensu universorum palmam virtutis inter ceteros tulit Priusquam inter Ptholomeum sociosque eius ac illum Antigonus bellum committeret repente de Asia maiore digressus Seleuchus novus Antigono hostis accesserat huius que et virtute clara et origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laudice, cum nupta esset Anthiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, gravidamque factam munus concubitus a deo anulum accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset; iussaque donum filio, quem peperisset, dare. Admirabile fecit hunc visum et anulus, qui postera die eiusdem sculpture in lecto inventus est, et anchore figura, que in femore Seleuchi nata cum ipso parvulo fuit, quamobrem et Laudice anulum Seleucho eunti cum Alexandro magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. Ubi post mortem Alexandri occupato regno orientis urbem condidit, ibi quoque gemine originis memoriam consecravit. Nam et urbem ex Anthiochi patris nomine Anthiochiam vocavit. Et campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis eius argumentum etiam in posteris mansit. Siquidem filii nepotesque eius anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere. Multa in oriente post divisionem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babiloniam cepit. Inde auctis ex victoria viribus Bactrianos expugnavit. Transitum deinde in Indiam fecit, que post Alexandri mortem, veluti cervicibus iugo servitutis excusso, prefectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandrocottus fuerat, sed titulum libertatis post victoriam in servitutem verterat. Siquidem occupato regno populum quem ab externa dominatione vindicaverat, ipse servitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impulsus. Quippe cum procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici a rege iussus salutem pedum celeritate quesierat. Ex qua fatigatione cum somno captus iaceret, leo ingentis forme ad dormientem accessit, sudoremque profluentem lingua detersit, expergefactumque blande reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus Indos ad novitatem regni sollicitat. Molienti deinde bellum adversus prefectos Alexandri elephantus ferus infinite magnitudinis ultro se obtulit, et veluti domita mansuetudine eum tergo excepit. Dux quoque belli et preliator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus ea tempestate qua Seleuchus future magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiam possidebat, cum quo facta pactione Seleuchus compositisque in oriente rebus in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum copiis prelium committitur. In eo Antigonus occiditur, Demetrius filius eius in fugam vertitur. Sed sociis profligato hostili bello denuo in semet ipsos arma vertunt. Et cum de preda non convenirent, iterum in duas factiones diducuntur. Seleuchus Demetrio, Ptholomeus

lysimacho iunguntur Cassandro defuncto philippus succedit
filius sed quasi continuo nova macedonie bella nascuntur

Epithoma Justini s T p volumen xvj

Post Cassandri regis filiique eius philippi continuas
mortes Thesalonica regina uxor Cassandri non
magno post tempore ab Antipatro filio cum vitam etiam per
ubera matris deprecaretur occiditur. causa parricidii fuit quod post
mortem mariti in divisione inter fratres regni propensior fuisse
pro Alexandro videbatur quod facinus eo omnibus gravius visum est quod
nulla maternae fraudis vestigia fuit quamquam in parricidio nulla
satis iusta causa ad sceleris patrocinium possit esse
igitur Alexander in ultionem matris necis cum fratre gesturus bellum
auxilium a demetrio petit nec demetrius spe invadendi
Macedonie regni moram fecit cuius adventum veritus lysima-
chus persuadet genero suo Antipatro ut malit cum fratre in gra-
tiam reverti quam paternum hostem in Macedoniam admittere In-
choatam igitur inter fratres reconciliationem cum presensisset demetrius
per insidias Alexandrum interficit occupatoque Macedonie reg-
no cedem apud exercitum excusaturus in contionem vocat ibi priorem
se ab Alexandro petitum allegat nec fecisse se sed occupasse
insidias Regem autem Macedonie verius etatis experimentis
causis instructiorem esse Nam patrem suum et philippo regi et Alexandro
magno socium in omni militia fuisse liberorum deinde Alexandri
ministrum et ad persequendos defectores ducem extitisse contra
Antipatrum avum horum adolescentium amariorem semper ministrum
regni quam ipsos reges fuisse Cassandrum vero patrem extinctorem
regie sobolem deleret horum scelerum ultionem quam nequisset
ab ipso Cassandro exigere ad liberos eius translatam quare et
et philippum Alexandrumque si quis manium sensus sit non interfectores
suos ac stirpis sue sed ultores eorum Macedonie regnum malle
tenere. Per hec mitigato populo rex Macedonie appellatur. lysi-
machus quoque cum bello Doricheti regis Tracum premeretur ne eodem
tempore adversus demetrium etiam dimicare necesse haberet tradita
ei altera parte Macedonie que Antipatro genero eius obve-
nerat pacem cum eo fecit Igitur demetrius totius Macedonie
regni viribus instructus cum Asiam occupare statuisset iterato
ptholomeus Seleucus et lysimachus experti priore certamine
quante vires essent concordie facta societate adunatis
exercitibus bellum adversus demetrium transferunt in Europam
his se comitem et belli socium iungit pirrhus rex Epiri
sperans non difficilius demetrium amittere Macedoniam
posse quam acquisierat nec spes frustra fuit Quippe exerci-

vacat Boetiis pestilentia laborantibus oraculum delphis responderat Colo- vacat (niam) cuius corrupto ipso quoque in fugam acto regnum Macedonie occupavit. Sed hec agitur, Lysimachus generum suum Antipatrum regnum ademptum sibi fraude soceri querentem interfecit, filiam quoque suam Euridicem querelarum sociam in custodia tradit, atque ita universa Cassandri domus Alexandro magno seu necis ipsius seu stirpis extincte partim penas cede partim supplicio partim parricidio luit. Demetrius quoque a tot exercitibus circumventus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleucho maluit. Finito bello Ptolomeus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra ius gentium minimo nato ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat. cuius non minor favor in accipiendo quam patris et filii mutue pietatis exempla. etiam ea res amorem populi iuveni conciliaverat, quod pater regno publice ei tradito privatus officium regi inter satellites fecerat, omnique regno pulchrius regis se patrem esse duxerat. Sed inter Lysimachum et Pirrhum regem socios paulo ante adversus demetrium assiduum inter pares discordie malum bellum moverat. Victor lysimachus pulso Pirrho Macedoniam occupaverat. Inde Tracie ac deinceps Eraclie bellum intulerat, cuius urbis et initia et exitus mirabiles fuere. Quippe Boetiis pestilentia laborantibus oraculum delphis responderat Coloniam in methaponti regione sacram herculi condendere. Cum propter metum longe ac periculose navigationis mortem in patria omnibus optantibus res omissa est, bellum his Phocenses intulerunt, quorum cum adversa prelia paterentur, iterato ad oraculum decurrunt. Responsum idem belli quod pestilentie remedium fore. Igitur conscripta colonorum manu in methapontum delati urbem Eracleam condiderunt. Et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erant, brevi post tempore magnas opes paravere. Multa deinde huius urbis adversus finitimos bella, multe etiam domestice dissensiones fuere. Inter cetera magnifica vel precipue illud memorabile fuit, cum potirentur rerum Athenienses victisque Persis Grecie et Asie tributum in tutelam classis descripsissent, omnibus cupide ad presidium salutis sue conferentibus soli Eraclienses ob amicitiam regum persicorum collationem abnuerant. Missus itaque ab Atheniensibus Lamachus cum exercitu ad extorquendum quod negabatur, dum relictis in littore navibus agros Eracliensium populabatur, classem cum maiore parte exercitus naufragio repentine tempestatis amisit. Itaque cum neque mari posset amissis navibus neque terra auderet cum parva manu inter tot ferocissimas gentes reverti, Eraclienses honestiorem beneficii quam ultionis occasionem rati instructos commeati-

bus

auxilijs que dimittunt, bene agrorum suorum depopulacionem impensam exi-
stimantes, si quos hostes habuerant amicos reddidissent. Passi sunt inter
plurima mala etiam tirannidem. Namque cum plebs et tabulas
novas et divisionem agrorum divitum impudenter flagitarent.
Diu re in senatu tractata cum exitus rei non inveniretur. postremo
adversus plebem nimio ocio lasciuientem auxilia a Thimotheo
Atheniensium duce mox ab Epaminonda Thebanorum peti-
vere. Utrisque negantibus ad Clearchum quem ipsi in exilium egerant
decurrunt. tanta calamitatis necessitas fuit. ut cui patriam
interdixerant, eum ad tutelam patrie vocarent. Sed Clearchus exilio
facinorosior redditus et dissensionem populi occasionem invadende
tirannidis existimans primo tacitus cum Mitridate hoste civium
suorum colloquitur et inita societate paciscitur ut revo-
catus in patriam prodita ei urbe prefectus eius constitueretur.
Postea autem insidias quas civibus paraverat in ipsum Mitri-
datem convertit. Nam cum velut arbiter civilis discordie ab
exilio reversus esset, statuto tempore quo urbem Mitridati
traderet, ipsum cum amicis suis cepit. atque ut in illo subito
se ex socio fecit hostem, sic ex defensore senatus cause repente patro-
nus plebis evasit, et adversus auctores potencie sue a quibus re-
vocatus in patriam et per quos in arce collocatus fuerat non solum
plebem accendit, verum etiam nefandissima queque tirannice
crudelitatis exercuit. Igitur populo ad concionem vocato neque adfuturum
se amplius grassanti in plebem senatui ait. Intercessurum
etiam si in pristina sevicia perseveraret. Quod si parem pares
se crudelitati senatorum arbitrarentur, abiturum cum militibus suis
neque civilibus discordiis interfuturum. Sin vero diffiderent viribus
suis vindicem se civium non defuturum. Proinde consulant sibi ipsi.
iubeant abire cum se malint vel cause popularis socium
remanere. Hiis verbis sollicitata plebs summam ad eum
imperij defert et dum senatus potencie irascitur in servitutem
tirannice dominacionis cum coniugibus et liberis tradit. Igitur Clear-
chus lx senatores comprehensos. Nam ceteri in fugam dilapsi
erant in vincula coniecit. Letari plebs quod a duce potissi-
mum senatorum senatus deleretur. versaque vice auxilium eorum in
perniciem conversum esse. quibus dum mortem passim omnibus minatur,
cariora eorum pretia facit. Siquidem magna pecunia
Clearchus quasi minus populo occulte eos subtracturus accep-
tam spoliatos fortunis vita quoque spoliat. Cognito deinde quod bellum
sibi ab hiis qui fugerant misericordia motis civitatibus
civitatibus pararetur, servos eorum manumittit. Et ne quid
mali afflictis domibus deesset. uxores eorum filiasque nubere

servis suis, proposita recusantibus morte, compellit ut eos sibi fideliores et dominis infestiores redderet. Sed matronis tam lugubres nuptie, coniuges repentinis funeribus fuere. Itaque multe se ante nuptias, multe in ipsis nuptiis occisis prius novis maritis interficiunt, et se tam funestis calamitatibus virtute ingenui pudoris eripiunt. Prelium deinde committitur, quo victor tyrannus captivos senatores in triumphi modum per ora civium trahit. Reversus in urbem alios vincit, torquet, alios occidit. Nullus locus a crudelitate tyranni vacat. Accedit sevicie insolentia, crudelitati arrogantia. Interdum ex successu continue felicitatis obliviscitur se esse hominem. Interdum Iovis se filium dicit. Eunti per publicum aurea aquila velut argumentum generis preferebatur, veste purpurea et coturnis regum tragicorum et aurea corona utebatur. Filium quoque suum Ceraunon vocat, ut deos non mendaciis tantum verum etiam nominibus illuderet. Hec illo faciente duo nobilissimi iuvenes Chion et Leonidas indignantes patriam liberaturi in necem tyranni conspiraverunt. Erant hii discipuli Platonis philosophi, qui virtutem ad quam cotidie preceptis magistri erudiebantur patrie exhibere cupientes L cognatos velut clientes in insidiis locant. Ipsi more iurgantium ad tyrannum velut ad regem in arcem contendunt, qui iure familiaritatis admissi, dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab altero occupatur. Sed et ipsi a sociis tarde auxilium ferentes a satellitibus obruuntur. Quare factum est ut tyrannus occideretur, sed patria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem via tyrannidem invadit, et multis quoque annis per gradus successionis Heraclienses sub regno tyrannorum fuere.

Epithoma Iustini super T. P. volumen XVII

// fore

P Eundem vero ferme tempus Hellesponti et Chersonesi regionibus terre motus fuit, maxime tamen Lysimachia urbs ante duos et viginti annos a Lysimacho rege condita eversa est. Quod portentum diram Lysimacho stirpique eius ac regni ruinam cum clade vexatarum regionum portendebat. Nec ostentis fides defuit. Nam brevi post tempore Agathoclem filium suum, quem in successorem regni ordinaverat, per quem multa bella prospere gesserat, non solum ultra patrium, verum etiam ultra humanum morem perosus, ministra Arsinoe noverca, veneno interfecit. Hec illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruine fuit. Nam parricidium principum secute cedes sunt luentium supplicia, quod occisum iuvenem dolebant. Itaque et hii qui cedibus superfuerant et hii qui

cedibus superfuerant et hii qui exercitibus preerant statim ad Sele-
chum defecerunt eumque promptum ex emulatione glorie bellum Lysi-
macho inferre compellunt. Ultimum hoc certamen commilitonum
Alexandri fuit et velut ad exemplum fortune par reservatum.
hij Lysimachus quattuor et septuaginta annos natus erat, Seleuchus
vii et lxx. Sed in hac etate utrique animi erant iuveniles
erant imperiique cupiditatem insaciabilem gerebant. Quippe
cum orbem terrarum duo soli tenerent, angustis sibi metis
inclusi videbantur vite que finem non annorum spacio sed imperii
terminis metiebantur. In eo bello Lysimachus amissis ante variis
casibus quindecim liberis non strenue moriens postremus
domus sue ruine cumulus accessit. Letus tanta victoria Sele-
chus et quod maius victoria putat, solum se de cohorte Alexandri
remansisse victorem que victorum extitisse non humanum
esse opus sed divinum munus gloriatur ignarus prorsus non multo
post fragilitatis humane se ipsum exemplum futurum. Quippe post modum
menses admodum septem a Ptholomeo, cuius sororem Lysi-
machus in matrimonio habuerat, per insidias circumventus
occiditur, regnumque Macedonie quod Lysimacho eripuerat
cum vita pariter amittit. Ptholomeus igitur et in gratiam memorie
magni Ptholomei patris et in favorem ultionis Lysimachi
ambiciosus ad populares esse. Primum Lysimachi filios conciliare
sibi statuit, nuptiasque Arsinoes sororis sue matris eorum
petit, pueros adoptione promissa ut in locum patris eorum succes-
sisset nihil illi moliri vel reverentia matris vel appellatione
patris auderent. Fratris quoque Egipti regis benivolenciam per epistulas
deprecatur, profitetur confessus deponere se offensam erepti paterni regni
neque amplius a fratre quesiturum quod honestius a paterno hoste
recepisset. Omni arte adulatur Eumeni et Antigono De-
metrii filio, Anthiocho quoque filio Seleuchi cum quibus bellum
habiturus erat, ne tercius sibi hostis accederet. Sed nec Pirrus
rex Epiri omissus, ingens momentum futurus utri parti ac-
cessisset, qui et ipse spoliare singulos cupiens omnibus se
partibus venditabat. Itaque Tharentinis adversus
Romanos laturus auxilium ab Antigono naves
ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit, et ab
Anthiocho pecuniam qui tam opibus quam militibus instructior
erat, a Ptholomeo Macedonum militum auxilia. Sed
Ptholomeus cui nulla dilationis ex infirmitate virium
venia esset, quinque milia peditum, equitum quattuor milia,
elephantos l non amplius quam in biennii usum dedit.
Ob hec Pirrus filia Ptholomei in matrimonium accepta

vindicem eum regni relinquit. pacificatus cum omnibus finitimis: ne
ab ducta in Italia iuventute preda hostibus regnum reli-
queret Et quoniam ad pirrhi mentionem ventum est. de origine
regni eius pauca in narranda sunt / Molossorum primum in
ea regione regnum fuit / Post pirrhus achillis filius am-
misso per absenciam troianis temporibus paterno regno / in hiis
locis consedit / qui pirride / postea Epirote dicti sunt
~~sunt~~ Sed pirrhus cum in templum dodonei iovis ad consu-
lendum venisset ibi lanassam neptem herculis rapuit ex
cuius matrimonio / octo liberos sustulit Ex hiis nonnullas
virgines nuptum finitimis regibus tradidit / opesque affi-
nitatum auxilio magnas paravit / atque ita heleno filio
priami regis / ob industriam singularem regnum chaonum
et Andromache ~~cum~~ quondam uxorem hectoris in
matrimonio suo / quam in divisione troiane prede acceperat
uxorem tradidit / brevi quoque post tempore delphis / insidiis
horestis filii Agamenonis / inter altaria dei interiit
Successor huius pialeus filius fuit per ordinem deinde regnum
ad Arribam descendit / cui quia pupillus et unicus ex gente
nobili superesset / intentiore omnium cura / servandi eius educandi-
que publice tutores constituuntur Athenas quoque erudiendi
gratia missus / quanto doctior moribus suis tanto et populo gracior
fuit Primus itaque leges et senatum / annuosque magistra-
tus et rei publice formam composuit et ut a pirrho sedes
sic cultior vita populo / a Thirrba statuta huius filius Neo-
ptolomeus fuit / ex quo nata est Olimpias mater magni
alexandri / et alexander qui post eum regnum Epiri tenuit et in
Italia bello gesto in brutiis interiit post eius mortem
frater Eacidas regno successit / qui assiduis adversus ma-
cedonas bellorum certaminibus populum fatigando offensam
civium contraxit / ac propterea in exilium actus pirrhum filium
bimum admodum parvulum in regno relinquit / qui et ipse
cum a populo propter odium patris / ad necem quereretur furtim
subtractus in Illirios defertur / traditus que est beroe glau-
cie regis uxori nutriendus. que et ipsa generis Eacidarum
erat. Ibi eum seu misericordia fortune eius seu infantibus
blandimentis inductus rex adversus Cassandrum Mace-
donie regem qui eum sub belli comminatione deposcebat
diu protexit addito in auxilium etiam adoptionis officio
quibus rebus moti Epirote / odio in misericordiam verso
annorum undecim in regno revocaverunt datis tuto-
ribus qui regnum usque ad adultam eius etatem tuerentur

adolescentis Idem multa bella gessit tantumque rerum succes-
su haberi ceptus est. ut Tharentinos solus adversus romanos

Epitoma iustini s T p wlricy xviij

tueri posse

Igitur pirrhus rex epiri cum iterata tarentinorum
legatione adiuta Samnitum et lucanorum pressus et ipsis
auxilio adversus Romanos indigentibus fatigaretur
non tam supplicum precibus quam spe invadendi Italie imperii
inductus venturum se cum exercitu pollicetur. in quam rem in-
clinatum semel animum precipitem agere ceperant exempla maiorum
ne aut inferior patruo suo Alexandro videretur. quo defe-
nsore iidem Tarentini adversus Bruttios usi fuerant. aut
minores animos magno ~~cur~~ Alexandro habuisse. qui tam longa
a domo milicia orientem subegerat. Igitur relicto custode
regni Ptholomeo filio annos xv nato exercitum in portu
terentino exponit. duobus parvulis filiis Alexandro
et heleno in solacia longinque sette expeditionis adductis.
Cuius audito adventu consul Romanus Valerius levinus
festinans ut prius cum eo congrederetur quam auxilia sociorum
convenirent exercitum in aciem eduxit. nec rex tametsi nu-
mero militum inferior esset certamini moram fecit. Sed Romanos
vincentes iam inusitata ante elephantorum forma
stupere primo mox prelio cedere coegit victores Roma
nova macedonum monstra repente vicerunt. nec hosti-
bus incruenta victoria fuit. Nam et pirrhus ipse graviter
vulneratus est. et magna pars militum eius cesa maioremque gloriam
victorie eius quam leticiam habuit. huius pugne eventum multe
civitates secute pirrho se tradunt. Inter ceteras etiam locri
prodito presidio Romano ad pirrhum deficiunt. Ex ea preda pir-
rhus ducentos captivos milites gratis Romam remi-
sit. ut cognita eius virtute Romani cognoscerent etiam libe-
ralitatem. Interiectis deinde diebus cum sociorum exercitus super-
venisset. iterato prelium cum romanis facit. in quo par fortuna
priori bello fuit. Interea mago dux Carthaginensium
in auxilium romanorum cum c et xx navibus missus se-
natum adiit. egre tulisse Carthaginenses affirmans
quod bellum in Italia a peregrino rege paterentur. ob quam
causam missum se. ut quoniam externo hoste oppugnarentur
externis auxiliis iuvarentur. Gratie a senatu Cartha-
giniensibus acte auxiliaque remissa. Sed mago punico
ingenio post paucos dies tacitus quasi pacificator
Carthaginensium pirrhum adiit speculaturus consilia
eius de sicilia. quo eum arcessiri fama erat. Nam eadem

causa mittendi auxilia Carthaginensibus fuerat, ut tanto bello ne in Siciliam transire posset Pyrrhus in Italia detineretur. Quo acto legatus a senatu Romano Fabricius Luscinus missus pacem cum Pyrrho composuit. Ad quam confirmandam Cyneas Romam cum ingentibus a Pyrrho donis missus neminem cuius domus muneribus pateret invenit. Huic continentie Romanorum simile exemplum eisdem temporibus ferme fuit. Nam missi a senatu Egyptum legati cum ingentia sibi a Ptholomeo rege missa munera sprevissent, interiectis diebus ad cenam invitatis aureas coronas misit, quas illi honoris causa receptas postera die statuis regis imposuerunt. Igitur Cyneas cum turbatam cum Romanis pacem ab Appio Claudio renunciasset, interrogatus a Pyrrho qualis Roma esset, respondit urbem regum sibi visam. Post hec legati Siculorum superveniunt tradentes Pyrrho totius insule imperium, que assiduis Carthaginensium bellis vexabatur. Itaque relicto Locris Alexandro filio firmatisque sociorum civitatibus valido presidio in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniam ad Carthaginensium mentionem ventum est, de eorum origine pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerunt. Tyriorum gens condita a Fenicibus fuit, qui terre motu vexati relicto patrio solo Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluere, condita ibi urbe quam a piscium ubertate Sidonem appellaverunt. Nam piscem Phenices Sydon vocant. Post multos deinde annos a rege Ascaloniorum expugnati ~~naubus~~ navibus appulsi Tyrum urbem ante annum Troiane cladis condiderunt. Ibi Persarum bellis diu varieque fatigati victores tamen fuere, sed attritis viribus a servis suis multitudine habundantibus indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta omnem liberum populum cum dominis interficiunt, atque ita potiti urbe lares dominorum occupant, rem quoque publicam invadunt, coniuges ducunt, et quod ipsi non erant, liberos procreant. Unus ex tot milibus servorum fuit, qui miti ingenio senis domini parvulique filii eius fortuna moveretur, dominosque non truci feritate tractat, sed pia misericordie humanitate respexit. Itaque eos velut occisos alienavisset, servisque de statu rei publice deliberantibus placuisset regem ex corpore suo creari eumque potissimum quasi acceptissimum diis, qui solem orientem primus vidisset, rem ad Stratonem (hoc enim ei nomen erat) dominum occulte latentem detulit. Ab eo informatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent, ceteris in orientem spectantibus

Carthaginensium origo

solus orientem regionem intuebatur. Stultum primo aliis visum furorem in occidente solem querere. Ubi vero dies adventare cepit editissimumque culminibus urbis oriens splendere, expectantibus aliis ut ipsum solem aspicerent, hic prior omnibus fulgorem solis in summo fastigio civitatis ostendit. Non servilis ingenii ratio visa; requirentibus auctorem de domino confitetur. Tunc intellectum est quantum ingenua servilibus ingenia prestarent, malitiaque servos non sapientia vincere. Igitur venia seni filioque data est, et veluti numine quodam servatos arbitrantes regem Stratonem creaverunt. Post huius mortem regnum ad filium ac deinceps ad nepotes transiit. Celebre hoc servorum facinus metuendumque exemplum toto terrarum orbe fuit. Itaque Alexander magnus, cum interiecto tempore in oriente bellum gereret, velut ultor publice securitatis expugnata eorum urbe omnes qui prelio superfuerant ob memoriam veteris cedis crucibus affixit; tantum genus Stratonis inviolatum servavit regnumque stirpi eius restituit, ingenuis et innoxiis incolis insule attributis, ut exstirpato servili germine genus urbis ex integro conderetur.

Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis conditi parsimonia et labore querendi cito convaluere. Ante cladem dominorum cum opibus et multitudine abundarent, missa in Affricam iuventute Uticam condidere. Cum interim rex Tyro decedit filio Pygmalione et Elissa filia insignis forme virgine heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Elissa quoque Acherbe avunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus erat a rege, nubit. Huic magne sed dissimulate opes erant, aurumque metu regis non tectis sed terre crediderat. Quam rem etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Qua incensus Pygmalion oblitus iuris humani avunculum suum eundemque generum sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus adversata, ad postremum dissimulato odio mitigatoque interim vultu fugam tacita molitur, assumptis quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse eandemque fugiendi cupiditatem arbitratur. Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus cupide oblivionis gravem luctus imaginem renovaret, neve ultra amara admonitio oculis eius occurrat. Non invitus Pygmalion verba sororis audivit, existimans cum ea et aurum Acherbe ad se venturum. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos navibus cum omnibus opibus suis prima vespera imponit provecta

Cartha
ginis
origo

itaque in altum compellit eos oneratam arena pro pecunia involucra
imposita in mare deiecere, tunc deflens ipsa lugubrique
voce Acerbam ciat, ut libens opes suas recipiat, quas
reliquerat, habeatque inferias, quas habuerat causam
mortis, tunc ipsos ministros aggreditur. Sibi quidem ait optatam
olim imminere mortem, sed illis acerbos cruciatus et dira
supplicia imminere, qui Acerbe opes, quarum spe parricidium
rex ~~fecerat~~ fecerit, avaritie tyranni subtraxerint. Hoc me-
tu omnibus iniecto comites fuge accepit. Iunguntur et senatorum
in ea nocte preparata agmina. atque ita sacris Herculis cuius
sacerdos Acerbas fuerat repetitis exilio sedes querunt. Primus
illis appulsus terre Cyprus insula fuit, ubi sacerdos
Iovis cum coniuge et liberis deorum monitu se comitem
Elise sociumque prebuit pactus sibi posterisque perpetuum sacer-
docii. Conditio pro manifesto omine accepta. Mos erat
Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam
quesituras in questum ad litus maris mittere pro reliqua
pudicitia libamenta Veneri soluturas. Harum igitur ex numero
xc admodum virgines rapi et navibus imponi Elissa iubet
ut et iuventus matrimonia et urbs subolem habere posset.
Dum hec aguntur Pygmalion cognita sororis fuga cum impio
bello fugientem persequi pararet, egre precibus matris deorumque mi-
nis victus quievit. cui cum insperata inspirati vates cane-
rent non impune laturum si incrementa urbis toto orbe au-
spicatissime interpellasset, hoc modo spacium respirandi fugientibus
datum. Itaque Elissa delata in Affrice sinum incolas loci eius
adventu peregrinorum mutuarumque rerum commercio gaudentes
in amicitiam sollicitat. Deinde empto loco qui corio bovis
tegi posset, in quo fessos longa navigatione socios quoad
proficisceretur reficere posset, corium in tenuissimas partes secari
iubet, atque ita maius loci spacium quam pecierat occupat. unde
postea et loco Birsae nomen fuit. Confluentibus deinde vicinis
locorum qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant
sedesque ibi statuentibus ex frequentia hominum velut instar civi-
tatis effectum est. Uticenses quoque legati dona ut consangui-
neis attulerunt hortatique sunt urbem ibi conderent ubi
sedes sortiti essent. Sed et Affros detinendi advenas amor
cepit. Itaque consentientibus omnibus Kartago conditur, statuto
annuo vectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bu-
bali inventum est, quod auspicium fructuose quidem sed laboriose
perpetuoque serve urbis fuit. propter quod in alium loco urbs. ibi equi
caput repertum bellicosum potentemque populum futurum significans

urbi auspicatam sedem dedit. Cum ad opinionem nove urbis concur-
rentibus gentibus et opibus et civitas magna facta est, cumque
successu rerum florentes Carthaginiensis opes essent, rex Maxi-
tanorum Hiarbas decem Penorum principibus ad se accersitis
Elissae nuptias sub belli denunciatione petit. Quod legati regine
referre metuentes Punico cum ea ingenio egerunt, nunciantes
regem aliquem poscere qui cultiores victus eum Afrosque perdoceat,
sed quem inveniri posse qui ad barbaros et ferarum more
viventes transire a consanguineis velit. Tunc a regina castigati,
si pro salute patrie asperiorem vitam recusarent, cui etiam ipsa
vita si res exigat debeatur, regis mandata aperuere, dicentes
que precipiat aliis ipsi facienda esse, si velit urbi consultum
esse. Hoc dolo capta diu Acerbe viri sui nomine cum multis
lacrimis et lamentatione flebili vocato, ad postremum ituram
se quo sua et urbis fata vocarent dixit. In hoc trium mensium
sumpto spatio, pyra in ultima urbis parte instructa, velut placa-
tura viri manes inferiasque ante nuptias missura multas
hostias cedit atque ita ad populum respiciens ituram se ad virum sic-
ut preceperant dixit vitamque gladio finivit. Quamdiu Carthago in-
victa fuit pro dea culta est. Condita est hec urbs LXXII
annis antequam Roma, cuius virtus sicut bello clara fuit, ita domi
status variis discordiarum casibus agitatus est. Cum inter cetera
mala et peste laborarent, cruenta sacrorum religione et sce-
lere pro remedio usi sunt. Quippe homines ut victimas im-
molabant et impuberes, que etas etiam hostium misericordiam provocat,
aris admovebant, pacem deorum sanguine eorum exposcentes
pro quorum vita dii rogari solent maxime. Itaque adversis tanto
scelere numinibus, cum in Sicilia diu infeliciter dimicassent, translato
in Sardiniam bello, amissa maiore exercitus parte gravi prelio victi
Mazeu sunt, propter quod ducem suum Valeum, cuius auspici auspiciis et
Sicilie partem domuerant et adversus Afros res magnas ges-
serant, cum parte exercitus que superfuerat exulare iusserunt.
Quam rem egre ferentes milites legatos Carthaginem mit-
tunt, qui reditum primo veniamque infelicis militie petant, tunc
denuncient, quod si precibus nequeant, armis se consecuturos. Cum et preces
et mine legatorum sprete essent, interiectis diebus conscensis navibus
armati ad urbem veniunt. Ibi deos hominesque testati non se
expugnatum sed recuperaturos patriam venire, ostensurosque
civibus suis non virtutem sibi priore bello sed fortunam defuisse.
Prohibitis commeatibus obsessaque urbe in summam desperationem
Carthaginienses adduxerunt. Interea Carthalo Mazei du-
cis filius cum preter castra patris a Tiro, quo decimas Herculis

ferret quod praeda Siciliensi quam pater eius ceperat a Carthaginensibus missus fuerat reuertebatur, accersitusque a patre esset, prius se publice religionis officia exequuturum quam priuate pietatis reddit, quod tamen etsi indigne pater ferret, non tamen vim afferre religioni ausus est. Interiectis deinde diebus Carthalo petito commeatu cum redisset ad patrem esset, ornatus purpura et infulis sacerdotii se oculis ingessit. Tunc in secretum abducto pater ait: Aususne es nefandissimum caput, ista purpura et auro ornatus in conspectu tot miserorum ciuium venire et mesta ac lugentia castra circumfluentibus quiete felicitatis insignibus velud exultabundus intrare? Nusquamne te aliis iactare potuisti? Nullus locus aptior quam sordes patris et exilii infelicis erumne fuerunt? Quid quod paulo ante vocatus non dico patrem, ducem certe ciuium tuorum superbe spreuisti? Quid porro tu in purpura coronisque aliud quam victoriarum mearum titulos geris? Quatenus igitur tu in patre nihil nisi exulis nomen agnoscis, ego quoque imperatorem iam magis quam patrem iudicabo, statuamque in te exemplum, ne quis posthac infelicibus miseriis patris illudat. Atque eum ita cum ornatu suo in altissimam crucem in conspectu vrbis suffigi iussit. Post deinde dies Carthaginem capit, conuocato quoque populo ad concionem exilii iniuriam queritur, belli necessitatem excusat, contentum quoque victoria sua punitis auctoribus miserorum ciuium iniurie omnibus se veniam dare dicit. Atque decem senatoribus interfectis vrbem legibus suis reddidit. Nec multo post ipse affectati regni accusatus duplices et filii et patrie parricidii penas dedit. Huic Mago imperator successit, cuius industria et opes Carthaginensium et imperii fines et bellice glorie laudes creuerunt. Epithoma

Justini super T. P. volumen decimum nonum

ca Mago Carthaginensium imperator cum primus omnium ordinata disciplina militari imperium Penorum condidisset viresque ciuitatis non minus bellandi arte quam virtute firmasset, defungitur, relictis duobus filiis Hasdrubale et Hamilcare, qui per vestigia paterne virtutis decurrentes sicut generi, ita et magnitudini patris successerunt. His ducibus Sardinie bellum illatum, aduersus Afros quoque vectigal pro solo vrbis multorum annorum repetentes dimicatum. Sed Afrorum sicuti causa iustior, ita et fortuna superior fuit, bellumque cum his solutione pecunie non armis finitum. In Sardinia quoque Hasdrubal grauiter vulneratus Hamilcari fratri tradito imperio interiit, cuius mortem cum luctus ciuitatis, tum dictature vndecim et triumphi quattuor insignem fecere. Hostibus quoque creuere animi, veluti si cum duce vires Penorum cecidissent. Itaque Sicilie populis propter assiduas Carthagineninnuerias ad Leonidam fratrem regis Spartanorum commorantibus Etiam bellum natum in quo et diu et varia sorte fuit proeliatum. Dum hec aguntur legati a Darii Persarum rege Carthaginem venerunt afferentes edictum quo Peni humanas hostias immolare et canina vesci carne prohibebantur, mortuorumque corpora petebes cremare potius quam terra obruere iubebantur, petentes simul auxilia adversus Greciam cui illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginienses auxilia negantes propter assidua finitimorum bella, ceteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupide paruerunt. Interea Amilcar bello Siciliensi interficitur relictis tribus filiis Himilcone Annone Gisgone. Hasdrubali quoque numerus par filiorum fuit Hanibal Asdrubal et Sapho. Per hos res Carthaginiensium ea tempestate gerebantur. Itaque et Mauris bellum illatum et adversus Numidas pugnatum et Afri compulsi stipendium urbis condite Carthaginiensibus remittere. Deinde cum familia tanta imperatorum gravis libere civitati esset omniaque ipsi gererent simul et iudicarent, centum ex numero senatorum iudices deliguntur qui reversis a bello ducibus rationem rerum gestarum exigerent, ut hoc metu in bello ita imperia agitarent ut iudicia legesque respicerent. In Sicilia in locum Amilcaris imperator Himilco succedit qui cum navali terrestrique bello prospera fecisset multasque civitates cepisset, repente pestilentis sideris vi exercitum amisit. Que res tam Carthagine mirate esset [illegible] clause privatae domus omnes, clausa deorum templa, dimissa omnia privata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur egredientesque paucos e navibus qui cladi superfuerant de suis percontabantur. Ut vero dubia antea spe et suspenso metu incerta orbitas deportatorum casus suorum miseris eluxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus et flebiles querele audiebantur. Inter hec procedit navi sua imperator sordida simili quoque tunica discinctus, ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoque manus ad celum tendens nunc sortem suam nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat qui tanta belli decora et tot ornamenta victoriarum que ipsi dederant abstulerint, qui captis tot urbibus totiensque hostibus terrestri navalique prelio victis exercitum victorem non bello non hoste sed peste deleverint. Deferre se tamen civibus suis non modica solatia quod malis eorum hostes gaudere non gloriari possent. Quippe cum neque eos qui mortui sunt a se occisos, neque eos qui reversi sunt a se fugatos possint dicere. Sed predam quoque relictis a se castris abstulerunt non esse talem quam velut spolium victi hostis ostentent, sed quam possessione vacua fortuitis dominorum mortibus sit caduca om-

parant quod ad hostes pertinet se victores recessisse, quod ad pestem vic-
tos. Nichil tamen se hostium ferre tristius quam ut fortissimos viros mori
non potuerit. Finatus quoque sit ut adverte vindictatem si ad ludibri-
um calamitatis. Cum naves urbi inferat copiarum reliquias
Carthaginem reduxerit, sequentes commilitones suos ostensurum
esse patre non ideo se in eandem diem vixisse quam diu vellet vivere
sed ne hos quibus nephanda lues pepercerat inter hostium exercitus
relictos morte sua proderet. Ita vociferatus per urbem ingressus
ut ad limina domus sue venit, prosecutam multitudinem velut postre-
mo alloquio dimisit, obseratisque foribus ac nemine ad se ne filio
quidem admisso mortem sibi conscivit. Epithoma Iustini
super Trogum Pompeium volumen vicesimum etc.

d Dionisius e Sicilia Carthaginensibus pulsis occupato
totius quoque insule imperio grave ocium regno
suo periculosumque desidiam tanti exercitus ratus copias in Ita-
liam trans traiecit, ut et militum vires continuo labore acue-
rentur et regni fines proferrentur. Prima illi milicia adversus Gre-
cos qui proxima Italie maris littora tenebant fuit, quibus devictis
finitimos quoque aggreditur omnes Greci nominis Italiam possidentes
hostes sibi sibi destinat, que gentes non partem sed universam ferme
Italiam ea tempestate occupaverant. Denique multe urbes adhuc post
tantam vetustatem vestigia Greci moris ostentant. Nam Tuscorum
populi qui oram inferi maris possident a Lidia venerunt, et Vene-
tos quos incolas superi maris videmus capta expugnataque Troia
Antenore duce misit. Adria quoque Illirico mari proxima, que et
Adriatico mari nomen dedit, Greca urbs est. Arpos Diomedes
exciso Ilio naufragio in ea loca delatus condidit. Sed et Pise
in Liguribus Grecos auctores habent, et in Tuscis Tarquinii a Thessalis
et Spinambris. Perusini quoque originem ab Achaeis ducunt. Quid Ce-
reten urbem dicam? quid Latinos populos qui ab Enea conditi videntur?
Iam Phalisci Nolani Abellani nonne Chalchidensium colo-
ni sunt? Quid tractus omnis Campanie? quid Brucii Sabinique? quid Tare-
tini, quos Lacedemone profectos spuriosque vocatos accepimus?
Thurinorum urbem condidisse Philotetem ferunt; ibi quoque monu-
mentum eius adhuc visitur et Herculis sagitte in Apollinis templo
que fatum Troie fuere. Metapontini quoque in templo Minerve
ferramenta quibus Epheos a quo conditi sunt equum Troianum
fabricavit ostentant. Propter quod omnis illa pars Italie Maior Grecia
appellata est. Et principio originum Metapontini cum Sibari-
tanis et Crothoniensibus pellere ceteros Grecos Italia
statuerunt. Cum primum urbem Sirim cepissent, in expugnacione
eius L iuvenes amplexos Minerve simulacrum sacerdotem

Italie pars maior Grecia

que dee velatam ornamentis inter ipsa altaria trucidaverunt ob hec cum peste et sedicionibus vexarentur priores Crothonienses delphicum oraculum adierunt. Responsum his est finem mali fore si violatum minerve numen et interfectorum manes placassent. Itaque cum statuas iuvenibus iuste magnitudinis et in primis minerve fabricare cepissent et methapontini oraculo cognito dei occupandam manium et dee pacem rati iuvenibus modica et lapidea simulacra ponunt et deam panificiis placant atque ita pestis utrobique sedata est cum alteri velocitate alii magnificencia certassent. Recuperata sanitate non diu Crothonienses quieti fuere. Itaque indignantes in oppugnacione Siris auxilium contra se a locrensibus latum bellum hiis intulerunt. Quo metu territi locrenses ad Spartanos decurrunt auxilium supplices deprecantur. Ille longinqua milicia gravati auxilium a castore et polluce petere eos iubente neque legati responsum socie urbis spreverunt profectique in proximum templum facto sacrificio auxilium deorum implorant. Litatis hostiis obtentoque ut rebantur quod petebant haud secus leti quam si deos ipsos secum advecturi essent pulvinaria hiis in navi componunt faustisque profecti omnibus solacia suis pro auxiliis deportant. His cognitis Crothonienses et ipsi legatos ad oraculum delphos mittunt victorie facultatem belli quam prosperos eventus deprecantes. Responsum prius votis hostium quam armis vincendos. Cum vovissent apollinem decimas prede locrenses et voto hostium et responsi nonas et voto hostium voverunt tacitamque eam rem habuere ne votis vincerentur. Itaque cum in aciem processissent et Crotoniensium centum viginti armatorum constitissent locrenses paucitatem suam circumspicientes (nam sola xv milia militum habebant) omissa spe victorie in destinatam mortem conspirant tantusque ardor ex desperacione singulos cepit ut victores se putarent si non inulti morerentur. Sed dum mori honeste querunt feliciter vicerunt nec alia causa victorie fuit quam quod desperaverunt. Pugnantibus locris ab aquila ab acie numquam recessit eosque tamdiu circumvolavit quoad vincerent. In cornibus vero duo iuvenes diverso a ceteris armorum habitu eximie magnitudinis et albis equis et coccineis paludamentis pugnare visi sunt nec ultra apparuerunt quam pugnatum est. Hanc admiracionem auxit incredibilis fame velocitas. Nam ea die qua in Italia pugnatum est et Corintho et Athenis et Lacedemone nunciata est

//faustis//

Dii in speciebus iuvenum

victoria. Post hec Crothoniensibus nulla virtutis exercitacio nulla armorum cura fuit. Oderant enim que infeliciter sumpserant mutassentque vitam luxuria ni Pithagoras philosophus fuisset. Hic Sami Demaratho locuplete negociatore patre natus magnisque sapiencie incrementis formatus Egiptum primo, mox Babiloniam ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam consecutus erat. Inde regressus Cretam et Lacedemonam ad cognoscendas Minois et Ligurgi inclitas ea tempestate leges contenderat. Quibus omnibus instructus Crotonam venit: populumque in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit. Laudabat quotidie virtutem et vicia luxurie casumque civitatum hac peste perditarum enumerat tantumque studium ad frugalitatem multitudinis provocavit ut aliquos ex hiis luxuriatos in optimam frugem conversos fuisse incredibile videretur. Matronarum quoque separatam a viris doctrinam et puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudiciciam et obsequia in viros, nunc illos modestiam et literarum studium. Inter hec velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat. Consecutusque disputacionum assiduitate erat, ut matrone ~~auaratas~~ auratas vestes ceteraque dignitatis sue ornamenta velut instrumenta luxurie deponerent eaque omnia delata in Iunonis edem ipsi dee consecrarent, pre se ferentes vera ornamenta matronarum pudiciciam non vestes esse. In iuventute quoque quantum profligatum sit, victi effeminatorum contumaces animi manifestant. Sed trecenti ex iuvenibus cum sodalitii iure sacramento quodam nexi separatam a ceteris civibus vitam exercerent quasi cetum clandestine coniuracionis haberent, civitatem in se converterunt que eos cum in una domum convenirent cremare voluit. In quo tumultu sexaginta ferme homines periere. Ceteri in exilium profecti. Pitagoras cum annos xx Crotone egisset Methapontum emigravit ibique decessit, cuius tanta admiracio fuit, ut ex domo eius templum facerent eumque pro deo colerent. Dionisius igitur tirannus quem supra a Sicilia exercitum in Italiam traiecisse bellumque Grecis intulisse memoravimus, expugnatis Locris Crotonienses vix vires longo ocio ex priore bello clade resumentes aggreditur qui forcius cum paucis tanto exercitui eius, quam antea cum tot milibus Locrensium paucitati restiterant. Tantum virtus paupertatis adversus insolentes divicias valet, tanto quoque insperata interdum sperata victoria certior est. Sed Dionisium gerentem bellum legati Gallorum qui ante menses Romam incenderant societatem amiciciamque petentes

Paupertas

adeunt. gentem suam inter hostes positam esse. magnoque usui
futuram vel in acie bellanti vel de tergo intentis in prelium
hostibus affirmant. Grata legatio dionisio fuit. Itaque pacta
societate et auxiliis gallorum auctus bellum velud ex integro
restaurat. Gallis autem causa in italiam veniendi sedesque
novas querendi intestina discordia et assidue domi dissensiones
fuere. quarum tedio cum in italiam venissent sedibus tuscos
expulerunt et mediolanum et comum brixiam. veronam.
bergomum tridentum vicentiam condiderunt. Sed dionisium in
siciliam adventus carthaginensium revocavit qui reparato
exercitu bellum quod lue deseruerant auctis viribus repetebant
Dux belli hanno carthaginensis erat. cuius inimicus
Suniator potentissimus ea tempestate penorum cum odio eius
grecis litteris dionisio adventum exercitus et segnitiem ducis
familiariter prenunciasset comprehensis epistolis proditionis
damnatur facto senatus consulto ne quis postea carthaginensis aut litteris
grecis aut sermoni studeret. ne quis aut loqui cum hoste aut
scribere sine interprete posset. Nec multo post dionisius. quem paulo ante
non sicilia non italia capiebat. assiduis belli certaminibus
victus fractusque insidiis ad postremum suorum interficitur

Epitoma Justini li. xx volumen xxi

terfecto in sicilia dionisio tyranno. in locum
eius milites maximum natu ex filiis eius nomine
dionisium suffecere. et naturam eius etatem secuti.
et quod firmius futurum esset regnum si penes unum remansisset
quam si portionibus inter plures filios divideretur arbitrabantur
Sed dionisius inter initia regni avunculos fratrum suorum
velut emulos imperii sui hortatores quoque puerorum
ad divisionem regni tollere gestiebat. Quam rem paulisper
dissimulatam animos suos prius ad favorem popularium
conciliandos intendit. excusatius facturus quod statuerat si
probatus ante omnibus foret. Igitur nexorum tria milia e carcere
dimittit. tributa populo per triennium remittit et quibuscumque
delinimentis potest animos omnium sollicitat. Tunc ad
destinatum facinus conversus non cognatos tantum fratrum sed etiam ipsos
fratres interfecit ut quibus consortium regni debebat ne
spem quidem consortii relinqueret. transgressus in
suos prius quam in exteros crudelitatem. Sublatis deinde
emulis in segnitiam lapsus saginam corporis ex nimia
luxuria oculorumque valitudinem contraxit adeo ut non
solem non pulverem non denique splendorem ferre lucis
ipsius posset. Propter que dum contempni se putat sevicia

gravasset ut viri patris carcerem necans sed cedibus civitatem repleret ob que non contemptior omnibus quam invisior fuit. Itaque cum bellum adversus eum Siracusani decrevissent, diu dubitavit an imperium deponeret an bello resisteret. Sed a militibus predam et urbis direptionem sperantibus descendere in prelium cogitur. Victus cum iterato non felicius fortunam temptasset, legatos ad Siracusanos mittit, respondens se depositurum tirannidem si mitterent ad eum quibuscum de pace conveniret. In quam rem missos primores retinet in carcere atque ita incautis omnibus nec quicquam hostile metuentibus exercitum ad delendam civitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps prelium, in quo oppidanis multitudine superantibus Dionisius pellitur. Qui cum obsidionem arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus. Exul a Locrensibus sociis acceptus, velut iure regnaret, arcem occupat, solitamque sibi sevitiam exercet. Coniuges principum ad stuprum rapi iubebat, virgines ad nuptias abducebat, stupratas sponsis reddebat, locupletissimos quosque aut civitate pellebat aut occidi imperabat bonaque eorum invadebat. Deinde cum rapine occasio deesset, universam civitatem callido commento circumvenit. Cum ergo tirannide eius et finitimorum bello Locrenses premerentur, voverunt, si victores forent, ut die festo Veneris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso cum adversa bella cum Lucanis gererent, in contionem eos Dionisius vocat, hortatur ut uxores filiasque suas in templum Veneris quam possint ornatissimas mittant, ex quibus sorte ducte centum voto publico fungantur, religionisque gratia uno stent in lupanari mense, omnibus ante iuratis ne quis ullam attaminet. Que res ne virginibus voto civitatem solventibus fraudi esset, decretum facerent, ne qua virgo nuberet, priusquam ille maritis traderentur. Probato consilio, quo et superstitioni et pudicitie virginum consulebatur, certatim omnes femine impensius exornate in templum Veneris conveniunt, quas omnes Dionisius immissis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in predam suam vertit. Quarundam viros ditiores interficit, quasdam ad prodendas virorum pecunias torquet. Cum his artibus annos sex regnasset, conspiratione Locrorum civitate pulsus in Siciliam redit. Ibi Siracusas securis omnibus per longam intercapedinem pacis per proditionem recepit

Dum hec in Sicilia geruntur interim in Affrica princeps Carthaginensium Hanno opes suas quibus vires rei publice superabat ad comprehendendam dominacionem intendit regnumque invadere interfecto senatu conatus est. Cui sceleri solempnem nupciarum filie sue legit ut religione votorum nefanda commenta facilius tegerentur. Itaque plebi epulas in publicis porticibus senatui in domo sua parat ut poculis veneno infectis secretius senatum et sine arbitris extingueret orbam rem publicam facilius invaderet. Qua re per ministros magistratibus prodita scelus non vindicatum est sed preventum ne in homine potenti plus negocii faceret res cognita quam cogitata. Contenti itaque cohibuisse decreto modum nupciarum sumptibus statuunt idemque servari non ab uno sed ab universis iubent ne persona designata sed vicia correcta esse viderentur. Hoc consilio preventus iterum servilia statutaque rursus cedis die cum denuo se proditum videret timens iudicium munitum castellum cum xx milibus servorum armatorum occupat. Ibi dum Affros regemque Maurorum concitat capitur virgisque cesus effossis oculis et manibus cruribusque fractis velut a singulis membris pene exigerentur in conspectu populi occiditur corpus verberibus laceratum in crucem figitur. Filii quoque et cognati omnes etiam innoxii supplicio traduntur ne quis ex tam nefaria domo aut ad imitandum scelus aut ad mortem ulciscendam superesset. Inter hec Dionisius Siracusis receptus cum gravior crudeliorque in dies civitati esset iterata conspiracione obsidetur. Tunc deposito imperio arcem Siracusanis cum exercitu tradidit receptoque privato instrumento Corinthum in exilium proficiscitur. Ibi humillima queque tutissima existimans in sordidissimum vite genus descendit. Non contentus in publico vagari sed potare in popinis lupanaribusque totis diebus residere cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare pannosus et squalidus incedere risum libencius prebere quam captare in macello perstare que non poterat oculis devorare apud ediles adversus lenones iurgare omniaque ista facere ut contempnendus magis quam metuendus videretur. Novissime autem ludi magisterium professus pueros in trivio docebat ut aut a timentibus semper in publico videretur aut a non timentibus facilius contempneretur. Nam licet tyrannicis semper viciis abundaret simulacio tamen non viciorum non nature erat magisque arte quam amisso regali pudore

favebat. Comperto quod invisa forent. etiam sine opibus non minus
elaborabat itaque invidia preteritorum contemptu pristinum demum
Neque honesta neque tuta consilia despiciebat. Inter hec tamen dissi-
mulationum artes insimulatus est affectate tirannidis periculum
evasit. Saluti ei fuit quod socii capti tortique de illo negaverunt
Bis occupare imperium Siracusanorum voluit. bis in exilium actus est
A Murgantinis apud quos exulabat odio Siracusanorum
primo pretor mox dux creatur. In eo bello et urbem Leontinorum
capit. et patriam suam Siracusas obsidere cepit. ad cuius auxilium
Amilcar dux Penorum imploratus. depositis hostilibus odiis
presidia militum mittit. Ita uno et eodem tempore Siracuse et ab
hoste civili amore defense. et a cive hostili odio impugnate
sunt. Sed Agathocles cum videret forcius defendi urbem quam
oppugnari. precibus per internuncios Hamilcarem exorat. ut inter
se et Siracusanos pacis arbitria suscipiat. peculiaria in
ipsum officia sua repromittens. qua spe adimpletus. societatem
Amilcar cum eo metu eius potentie iungit. ut quantum virium
Agathocli adversus Siracusanos dedisset tantum ipse ad incrementa
domestice potentie recuperaret. Igitur non pax tantum Agatho-
cli reconciliatur verum et pretor Siracusis constituitur
Tunc ~~Amilc~~ Amilcari expositis quibus tercies tantum in
obsequia Penorum iuvat. Deinde acceptis ab eo quinque
milibus Afrorum potentissimos quosque ex principibus
interficit. atque ita veluti rei publice statum formaturus populum
in theatrum ad concionem vocari iubet. Contracto in gym-
nasio senatu. quasi quedam prius ordinaturus. sic compositis
rebus immissis militibus populum obsidet. senatum trucidat. cuius
facta cede ex plebe quosque locupletissimos et promtissimos
interfecit. His itaque gestis milites legit exercitumque conscribit.
quo instructo finitimas civitates nihil hostile metuentes
ex improviso aggreditur. Penorum quoque socios permittente Amil-
care feda vexat. propter quod querelas Carthaginem non tam
de Agathocle quam de Amilcare detulerunt. hunc ut dominum
et tirannum. illum ut proditorem arguentes. a quo infestissimo
hosti fortune sociorum inter posita pactorum donate sunt. sicut
ab initio Siracuse in pignus societatis sint tradita. urbs
semper Penis infesta. et de imperio Sicilie emula Carthaginis
nunc insuper civitate insuper civitates eodem titulo
pacis addite. Denunciatur igitur sibi hec brevi ad ipsos redun-
datura ac propediem sensuros quantum mali non Sicilie

magis quam ipse Africe attulerunt. Sed querelis senatus in Amilcarem accenditur. Sed quia in imperio esset, tarda de eo tulerunt et sententias priusquam recitarentur in urnam coniectas obsignari iusserunt donec alter Amilcar Gisgonis filius a Sicilia reverteretur. Sed hec callida commenta Penorum et sententias inauditas mors Amilcaris prevenit liberatusque est fati munere quem iniuria civium inauditum damnaverat. Que res Agathocli adversus Penos occasionem movendi belli dedit. Prima igitur illi cum Amilcare Gisgonis filio prelii congressio fuit a quo victus maiore mole reparaturus bellum Syracusas concessit. Sed secunde certaminis eadem fortuna que et prioris fuit. Cum igitur victores Peni Syracusas obsidione cinxissent Agathocles cum videret se neque viribus parem neque ad obsidionem ferendam instructum super hec sociis crudelitate et offensos defectos esse statuit bellum in Africam transferre mira prorsus audacia ut quibus in solo urbis sue par non erat eorum urbi bellum inferret et qui sua tueri non poterat impugnaret aliena victusque victoribus insultaret. Huius consilii non minus admirabile silentium quam commentum fuit populo hoc solum invenisse se victorie viam animos illi tantum in brevem obsidionis patientiam firmarent vel si quem status presentis fortune displiceat vel si cui dare se ei discedendi liberam potestatem. Cum mille sexcenti discessissent ceteros ad obsidionis necessitatem frumento et stipendio instruit. Quinquaginta sola talenta ad presentem usum aufert cetera ab hoste melius quam ex sociis sumpturus. Omnes deinde servos militaris etatis libertate donatos sacramento adigit eosque et maiorem partem ferme militum navibus imposuit ratus exequata utriusque ordinis condicione mutuam inter eos virtutis emulationem futuram. Ceteros omnes ad tutelam patrie relinquit. Septimo igitur imperii anno comitibus duobus adultis filiis Archagato et Heraclide nullo militum sciente quo veherentur cursum in Africam dirigit. Credentibus omnibus aut in Italiam predatum se aut in Sardiniam ituros. Tum primum exposito in Africe littore exercitu consilium suum omnibus aperit. Quo in loco Syracuse posite sint ostendit quibus aliud nullum auxilium superesset nec aliud quam ad contemptum liberatus est. Sub hoc Carthaginienses tanto successu Alexandri magni exterriti verentes ne persico regno et Africam vellet adiungere mittunt ad speculandos eius animos Hamilcarem cognomento Rhodonem virum solertia facundiaque preter ceteros

insignem Angelus cum metu et Tirus urbs auctor originis
sue capta et Alexandria emula Carthaginis in terminis Affri-
ce et Egipti condita et felicitas regis apud quem nec cu-
piditas nec fortuna ullo modo terminabatur. Igitur Amilcar
Parmenionis aditu regis obtento profugisse ad regem ex-
pulsum se patria fingit militemque expeditionis se offert.
Atque ita consiliis eius exploratis in tabellis ligneis vacua
desuper cera inducta civibus suis omnia perscribebat. Sed
Carthaginienses post mortem regis reversum in patriam
quasi urbem regi vendidisset non ingrato tantum verum etiam

Epithoma Iustini super p t v [illegible] quo [illegible] xxii

Agathocles Sicilie tirannus qui magnitudini
prioris Dionisii successit ad regni maiestatem
ex humili et sordido genere pervenit. Quip-
pe in Sicilia patre figulo natus non honestiorem pue-
ritiam quam principia originis habuit. Siquidem forma
et corporis pulchritudine egregius diu vitam stupri patientia
exhibuit. Annos deinde pubertatis egressus libidinem
a viris ad feminas transtulit. Post hec apud utrumque sexum
famosus vitam latrociniis mutat. Interiecto tempore
cum Siracusas concessisset ascitusque inter incolas
esset, diu sine fide fuit quoniam nec in fortuna quid amitteret
nec in verecundia quod inpenderet habere videbatur. Denique
in gregaria milicia sortitus non minus tunc in sediciosam quam
antea turpem vitam in omne facinus promptissimus erat. Nam et manu
strenuus et in contionibus perfacundus habebatur. Brevi itaque cen-
turio ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello
adversus Ethneos magna experimenta sui Siracusanis
edidit. Sequenti Campanorum tantam de se spem omnibus fecit
ut in locum demortui ducis Damasconis sufficeretur. Cuius
uxorem adulterio cognitam post mortem viri in matrimonium
recepit. Nec contentus quod ex inope repente dives factus
esset, piraticam adversus nos sepius simul renassent. Adoptatus
filius eius ab Assella esset infantulus infecerat occupato quoque de-
certe ex eius iterato. Carthaginienses omnibus viribus bel-
lum instruentes magno utrimque exercitu sanguine commisso
prelio superat. Huius certaminis discrimine tanta desperatio illata
Penis est ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio
fuisset transituri ad eum. Bomilcar rex Penorum cum
exercitu fuit. Ob quam noxam in medio foro a Penis se pa-
tibulo suffixus est, ut idem locus monumentum suppliciorum
esset eius qui ante fuerat ornamentum honorum. Sed Bomilcar

Bomilcar
rex apertis
publicatur

magno animi crudelitatem eius tulit, adeo ut de summa cruce
veluti de tribunali in Penorum scelera contionaretur: obiectans
illis inde Hannonem falsa affectati regni invidia circumven-
tum, inde Gisgonis innocentis exilium, inde in Hamilcarem patruum
suum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere
quam hostem maluerit. Hec in maxima populi contione voci-
feratus expirat. Agathocles interea in Affrica
rebus tradito ~~exercitu~~ Archagato filio exercitu in Siciliam
recurrit, nichil actum in Affrica existimans si amplius Syra-
cuse obsiderentur. Nam post occisum Hamilcarem Gisgonis
filium novus eo a Penis missus exercitus fuerat. Statim igitur
primo adventu eius omnes Sicilie urbes audita rerum quas
in Affrica gesserat certatim se ei reddunt, atque ita pulsis e Si-
cilia Penis totius insule imperium occupat. In Affricam deinde
reversus seditione militum excipitur. Nam stipendiorum solucio in
adventum patris dilata a filio fuerat. Igitur in contionem vo-
catos blandis verbis permulsit: stipendia illis non a se
sed ab hoste querenda, communem victoriam communem predam futuram;
paulisper modo adniterentur dum belli reliquie peraguntur,
cum sciant Carthaginem captam spes omnium expleturam. Sedato
militari tumultu interiectis diebus ad castra hostium exercitum
ducit. Ibi inconsultius prelium committendo maiorem partem
exercitus perdidit. Cum itaque in castra fugisset, verens quod
in se invidiam temere commissi belli videret, pristinam quoque
offensam quod non dissolvisset stipendia metueret, cum tubis nocte
solus a castris cum Archagato filio profugit, quod ut hosti-
bus faciat que ipsi parant. Cum ipse aliter domi aliter
foris bella tractari, domi ea sola auxilia esse que
patrie vires subministret, foris hostem etiam suis viribus
vinci, desciscentibus sociis et odio diutini imperii externa
arma amplectentibus. Huc accedere quod urbes castella-
que Affrice non muris cincte, non in montibus posite sint,
sed in planis campis sine ullis munimentis iaceant, quas
omnes metu excidii facile ad belli societatem pellici pos-
se. Maius igitur Carthaginiensibus ab ipsa Affrica quam
a Sicilia exoriturum bellum, coitura quoque auxilia omnium
adversus unam urbem nomine quam opibus ampliorem,
et quas non attulerit vires inde sumpturum. Ut in repen-
tino Penorum metu motorem moventem victore fore,
quin tanta audacia hostium pulsi trepidaturi sint;
accessura et villarum incendia, castellorum urbiumque con-
tumacium direptiones, tum ipsius Carthaginis obsidionem

quibus omnibus non sibi tantum aliorum sed et aliis in se sentiebant patere bella hinc non solos Penos vinci sed et Siciliam liberari posse. Preterea eos moraturos in eius obsidione hostes cum sua urgeantur. Nusquam igitur alibi facilius bellum sed nec predam uberiorem inveniri posse. Nam capta Karthagine omnem Affricam Siciliamque premium victorum fore. Gloriam certe tam felicis militie tantam in evum omne futuram ut terminari nullo tempore oblivionis possit. ut dicatur eos solos mortalium esse qui bella que domi ferre non poterant ad hostes transtulerint ultroque victores insecuti sint et obsessores urbis sue obsederint. Omnibus igitur forti ac leto animo bellum ineundum quo nullum aliud posset aut premium victoribus uberius aut victis monimentum illustrius dare. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti religio quod navigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex quam belli reddebat affirmans si priusquam proficiscerentur patratum defectum esset credituros se contrarium profecturis prodigium esse. Nunc quoniam egressis acciderit illis ad quos eant portendere. Porro defectum naturalium siderum semper presentem rerum statum mutare. certumque esse florentibus Karthaginensium opibus adversisque rebus suis commutationem significari. Sic consolatis militibus universas naves consentiente exercitu incendi iubet ut omnes scirent auxilio fuge adempto aut vincendum aut moriendum esse. Deinde cum quacumque ingrederentur prosternerent castella villasque incenderent obvius eis fuit cum xxx milibus Hanno dux Penorum. ibi prelio commisso duo de Siculis tria milia de Penis cum ipso duce cecidere. Hac victoria et Siculorum animi eriguntur et Penorum franguntur. Agathocles victis hostibus urbes castellaque expugnat predas ingentes agit. que hostium multa milia trucidat. Castra deinde in quinto lapide a Karthagine statuit. ut damna carissimarum rerum vastitatemque agrorum et incendia villarum de muris ipsius urbis specularentur. Interea ingens tota Affrica deleti Penorum exercitus fama occupatarumque urbium divulgatur. Stupor itaque omnes et admiratio invasit unde tanto imperio tam subitum bellum. presertim iam ab hoste victo. Admiratio deinde paulatim in contemptum Penorum vertitur. nec multo post non Affri tantum verum etiam urbes nobilissime novitatem secute ad Agathoclem defecere

stituto quod et stipendio victorem instrueret. His Pe-
norum malis etiam deletis in Sicilia cum imperatore exercitus
velut quidam cumulatis cumulus accessit. Nam post pro-
fectionem a Sicilia Agathoclis in obsidione Siracusarum
Peni segniores redditi ab Antandro fratre regis Agatho-
clis occidione caesi nunciabantur. Itaque cum domi forisque
eadem fortuna Carthaginensium esset iam non tributariae
tantum ab his urbes verum etiam socii principes ad regem deficiebant
amicitiarum iura non fide sed successu ponderantes. Erat
inter ceteros reges Cyrenarum Offellas qui spe improba regnum
totius Affricae amplexus societatem cum Agathocle per
legatos iunxerat pactusque cum eo fuerat ut Siciliae illi sibi
Affricae imperium victis Carthaginensibus cederet. Iam cum
ad belli societatem cum exercitu ingenti ipse venisset Agatho-
cles blando alloquio et humili adulatione ipsi milites
cognovere haud secus quam si ab hoste capti essent trepi-
davere bis se a rege suo in mediis hostibus relictos esse
proclamantes salutemque desertam ab eo esse cuius ne sepul-
tura quidem relinquenda fuerit. Cum persequi regem vellent
a Numidis excepti in castra revertuntur comprehensumque
reducto Archagato qui a patre noctis errore discesserat
Agathocles autem navibus quibus regressus a Sicilia fuerat
cum custodibus earum Siracusas defertur exemplum flagicii
singulare rex exercitus sui desertor filiorum quoque pater proditor
Interim in Affrica post fugam regis milites pactione cum
hostibus facta interfectis Agathoclis liberis Carthagine-
sibus se tradidere. Archagatus cum occideretur ab Arce-
silao amico antea patris rogat eum quidnam liberis eius
facturum Agathoclem putet cum ipse liberis ca-
reat. Tunc ille respondit satis habere se quod superstites eos esse
Agathoclis liberis sciat. Post haec Peni ad persequendas belli
Agathoclis reliquias duces in Siciliam miserunt cum quibus Agathocles
pacem equis condicionibus fecit. Epitoma Iustini super
volumen Trogi Pompei xxiii incipitur

Gathocles rex Siciliae pacificatus cum Car-
thaginensibus partem civitatum a se fiducia virium
dissidentem armis subegit. Deinde quasi angu-
stis insulae terminis clauderetur cuius imperii partem primis
incrementis ne speraverat in Italiam transcendit exemplum Dionisii
secutus qui multas in Italia civitates subegerat. Primi
igitur hostes belli illi Bruttii fuere qui et fortissimi vide-
bantur simul et ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas civitates

greci nominis Italia expulerat. Auctores quoque suos lucanos
bello vicerant et pacem cum hijs equis legibus fecerant. Tan-
ta feritas animorum erat, ut ne origini sue parcerent. Nam
lucani isdem legibus liberos suos quibus et Spartani institu-
erant. Quippe ab initio pubertatis in silvis inter pastores
habebantur, sine ministerio servili, sine veste qua indue-
rentur vel qua incubarent, ut a primis annis duritie par-
simonieque sine ullo usu assuescerent. Cibus hijs preda vena-
tica, potus aut lactis aut fontium liquor erat. Sic ad labo-
res bellicas bellicitas indurabantur. Horum igitur primo L
primo ex agris finitimorum predari soliti, confluente de in
multitudine, sollicitati preda, cum plures facti essent, infestas regio-
nes reddebant. Itaque fatigatus querelis sociorum Dionisius
Sicilie tirannus sexcentos Affros ad compescendos eos
miserat. Quorum castellum proditum sibi per Bruciam mulierem
expugnaverunt, ibique civitatem concurrentibus ad opinionem
nove urbis pastoribus instituerunt, Bruciosque se ex nomine
mulieris vocaverunt. Primum illis cum lucanis, originis sue
auctoribus, bellum fuit, qua victoria erecti, cum pacem equo
iure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt, tantasque
opes brevi consecuti sunt, ut perniciosi etiam regibus haberentur.
Denique Alexander rex Epiri, cum in auxilium grecorum civitatum
cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copijs ab
hijs deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis
incensa diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus
Agathocles spe ampliandi regni a Sicilia in Italiam
traiecit. Principio adventus opinione eius conterriti
Brucij legatos ad eum societatem amicitiamque petentes
miserunt. Quos Agathocles ad cenam invitatos, ne exercitum
traiici viderent, in posterum statuta hijs die conscen-
sa nave frustratus est. Sed fraudis haud letus eventus fuit,
siquidem reverti eum vis morbi in Siciliam interiectis pau-
cis diebus coegit. Quo toto corpore comprehenso per
omnes nervos articulosque humoris pestiferi grassante
velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur.
Cuius desperatione bellum inter filium nepotemque eius regnum
quasi iam mortui vindicantes oritur. Occiso filio regnum
nepos occupavit. Agathocles igitur cum morbi cura et egri-
tudines maiores essent, et inter se alterum alterius mala crescerent,
desperatis rebus uxorem suam Theogenam genitosque ex
ea duos parvulos cum omni pecunia et familia regalique
instrumento, quo preter illum nemo regum ditior fuit,

navibus impositos egiptum unde uxorem acceperat remittit ne predonem regni sui hostem paterentur. Quamquam uxor diu ne ab eo egro divelleretur deprecata est, ne discessus suus adulterinis nepotis parricidiis posset et tam crudelis quod deseruisse virum quam ille impugnasse avum videretur. Nubendo se non prospere tantum sed omnis fortune inisse societatem, nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet et exequiarum officium, in quod profecta se nemo sit successurus, obsequio debite pietatis impleret. Discedentes parvuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant, ab altera parte uxor maritum non amplius visura osculis fatigabat. Nec minus senis lacrime miserabiles erant: flebant hii morientem patrem, ille exules liberos. Hii discessu suo solitudinem patris egri senis, Ille in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat. Inter hec regia omnis assistencium fletibus tam crudelis discidii impleta resonabat. Tandem finem lacrimis necessitas profectionis imposuit, et mors regis proficiscentes filios insecuta est. Dum hec aguntur Carthaginienses cognitis que in Sicilia agebantur, occasionem totius insule occupande datam sibi existimantes magnis viribus eo traiiciunt multasque civitates subigunt. Quo tempore et Pirrhus adversus Romanos bellum gerebat, qui imploratus a Sicilia in auxilium, sicuti dictum est, cum Siracusas venisset multasque civitates subegisset, rex Sicilie velut avitum sicut et Epiri appellabatur. Quare rex felicitate letus Heleno filio Sicilie velut avitum (nam susceptus de filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem Italie regnum destinat. Post hec multa secunda prelia cum Carthaginiensibus facit. Interiecto deinde tempore legati ab Italicis sociis venere nunciantes resisti Romanis non posse deditionemque futuram nisi subveniat. Anxius tam ambiguo periculo incertusque quid ageret vel quo primum se verteret utrisque pariter consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginiensibus inde Romanis periculosum videbatur exercitum in Italiam non traiicere, periculosius a Sicilia deducere, ne aut illi non lata ope aut hii deserti amitterentur. In hoc estu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est omnibus viribus decernere in Sicilia et profligatis Carthaginiensibus victorem exercitum transponere in Italiam. Itaque conserto prelio cum superior fuisset, quia tamen a Sicilia abiret, et pro victo fugere visus est ac propterea socii ab eo defecerunt et imperium Sicilie tam cito amisit quam facile

quesierant. Sed tanto ut in Italia melior felicitate
usus in Epirum redditur. Admirabilis utriusque rei casus exemplum
fuit, nam sicut ante secunda fortuna rebus super vota fluen-
tibus Italie Sicilieque imperium et tot de Romanis victo-
rias attraxerant ita nunc adversa veluti in ostentacionem
fragilitatis humane destruens que cumulaverat Si-
ciliensi ruine naufragium maris et fedam adversus Romanos
pugnam turpemque discessum adiecit. Post profectionem a Sici-
lia Pirri magistratus Hiero creatur, cuius tanta moderatio Hiero
fuit ut consenciente omnium civitatum favore dux adversus
Carthaginenses primum, mox rex crearetur. Huius future
maiestatis ipsa infantilis educatio quasi prenuncia fuit. Quippe
genitus erat patre Hierocleto, nobili viro, cuius origo a Gelo-
ne antiquo Sicilie tiranno manabat. Sed maternum illi
genus sordidum atque adeo pudibundum fuit, siquidem ex ancilla
natus ac propterea a patre velut dehonestamentum generis
expositus fuerat. Sed parvulum et humane opis egentem
apes congesto circa iacentem melle multis diebus aluere.
Ob quam rem ex responso aruspicum admonitus pater, qui regnum
infanti portendi canebant, parvulum collegit omnique
studio ad spem maiestatis que promittebatur instituit.
Eidem in ludo inter coequales discenti lupus tabulam
in turba puerorum repente conspectus eripuit. Adolescenti
quoque prima bella ineunti aquila in clipeo, noctua in hasta
consedit. Quod ostentum et consilio cautum et manu promptum
regem quoque futurum significabat. Denique adversus provocatores
sepe pugnavit semperque victoriam reportavit. A Pirrho rege
multis militaribus donis donatus est. Ei corporis insignis
vires quoque in homine admirabiles fuere. In alloquio blandus,
in negocio iustus, in imperio moderatus erat, prorsus ut nil
ei regium deesse preter regnum videretur. Iustini Epitoma
super Trogi Pompei volumen xxiiii incipit

S um hec in Sicilia geruntur, interim in Grecia
dissidentibus bello Ptholomeo Cerauno et An-
tiocho regibus, omnes ferme Grecie civitates du-
cibus Sparthanis velud occasione data ad spem liber-
tatis erecte, missis invicem legatis per quos sibi pactatis
federe alligarentur, in bellum prorumpunt, et ne cum
Anthigono, sub cuius regno erant, bellum cepisse viderentur,
socios eius ad Etholos aggrediuntur, causas belli pre-
tendentes quod consensu Grecie sacratum Apollini Cirreum
campum per vim occupassent. Huic bello ducem deligunt

Cirream quem ad urbanos exercitum vexes facta quod in hijs campis fuit depopulatur, quae auferri non poterant incendit. Quod cum e montibus conspicati Etholorum pastores essent, congregati ad manum quingenti sparsos hostes ignorantes quanta manus esset (quoniam conspectum metus illis et incendiorum fumus abstulerat) aggrediuntur, caesisque ad novem milibus praedones in fugam verterunt. Repetentibus deinde Spartanis bellum auxilium multae civitates negaverunt, existimantes eos dominatorem Greciae quaerere. Interea inter reges bellum finitur. Nam Ptolomeus pulso Antigono cum regnum totius Macedoniae occupasset, pacem cum Anthiocho facit affinitatemque cum Pirrho rege data ei in matrimonium filia sua iungit. Exinde externo metu deposito impium et facinerosum animum ad domestica scelera convertit, insidiasque Arsinoe sorori suae instruit, quo et filios eius vita et ipsam Cassandreae urbis possessione privaret. Primus ei dolus fuit simulato amore sororem in matrimonium petere. Aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupaverat, quam fraude pervenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolomei voluntas sorori erat. Itaque non credenti mandat velle se cum filiis eius regni consortium iungere, cum quibus ideo se arma contendisse, non ut eriperet illis regnum, sed ut id facere sui muneris vellet. Mittat igitur arbitrium iurisiurandi, qui sibi apud deos patrios quibus vellet exsecrationibus se obligaret. Incerta Arsinoe quid ageret, si mitteret decipi periurio, si non mitteret provocare rabiem fraterne crudelitatis timebat. Itaque plus liberis quam sibi timens, quos matrimonio protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem. Quo producto in sanctissimum Iovis templum veterrimae Macedonum religionis, Ptolomeus sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria deorum, inauditis ultimisque execrationibus adiurat se sincera fide sororis matrimonium petere, nunquamque se eam reginam neque in contumeliam eius se aliam uxorem, aliosque quam filios eius habiturum liberos. Arsinoe postquam spe impleta est et metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur, cuius vultus et blandientes oculi cum fidem non minorem quam iusiurandum promitterent, reclamante Ptolomeo filio fraudem subesse, in fratris matrimonium consentit. Nuptiae magno apparatu laetitiaque omnium celebrantur. Ad contionem quoque vocato reginamque eam appellat. Quo nomine in laetitiam effusa Arsinoe, quod id morte Lisimachi prioris mariti amiserat recepisset, ultro virum in urbem suam Cassandream invitat, cuius urbis

cupiditate fratris stimularetur. Egressa igitur Arsinoe diem festum urbi
in adventum eius indicit, domosque templa cetera quoque omnia exorna-
ri, aras ubique hostiasque disponi; filios quoque suos Lysimachum
xvi annos natum, Philippum triennio minorem, utrumque forma in-
signem, coronatos occurrere iubet. Quos Ptholomeus ad celandam
fraudem cupide et ultra modum vere affectionis amplexus osculis
diu fatigat. Ubi ad portam ventum est, occupari arcem iubet,
pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent, in gremio eius inter
ipsa oscula trucidantur, proclamante Arsinoe, quod tantum nephas
aut nubendo aut post nuptias contraxisset. Pro filiis sepe se per-
cussoribus obtulit, frequenter corpore suo puerorum amplexata pro-
texit, vulnera quoque corpore que liberis intendebantur voluit. Ad
postremum et spoliata funeribus filiorum scissa veste et crinibus
sparsis cum duobus famulis ex urbe protracta Samothraciam in exi-
lium abiit, eo miserior, quod mori ei cum filiis non licuit. Sed nec
Ptholomeo inulta scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus
tot periuria et tot cruenta parricidia vindicantibus brevi post
a Gallis spoliatum regno captumque vitam ferro, ut meruerat,
amisit. Nam quia Galli abundante multitudine cum eos non caperent terre
que genuerant, trecenta milia hominum ad sedes novas querendas
velud ver sacrum miserunt. Ex his porcio in Italia consedit, que
et Romam captam incendit, et porcio in Illiricos sinus ducibus
avibus (nam augurandi studio Galli preter ceteros callent) per
strages barbarorum penetravit et in Pannonia consedit: gens
aspera, audax, bellicosa, que prima post Herculem, cui ea res vir-
tutis admirationem et immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta
iuga et frigora intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pano-
niis per multos annos cum finitimis successu divisis agminibus alii
Greciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petivere.
Tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non lacessiti
ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedonie
Ptolomeus adventum Gallorum intrepidus audivit, hisque cum paucis
et incompositis, quasi non bella non difficilius quam scelera patra-
rent, parricidiorum furiis agitatus occurrit. Dardanorum quoque
legationem xx milia armatorum in auxilium offerentem sprevit,
addita insuper contumelia: actum de Macedonia dicens, si cum
totum orientem sibi domuerint, nunc in vindictam finium Dar-
danis egeant; milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege
stipendia toto orbe victores fecerint. Que ubi Dardano regi
nunciata sunt, inclitum illud Macedonie regnum brevi imma-
turi iuvenis temeritate casurum dixit. Galli igitur duce
Belgio ad temptandos Macedonum animos legatos ad Ptolomeum

Gallos
terra capere
non poterat

mittunt offerentes pacem si emere possent vellet. Sed Ptholomeus
inter suos belli metu pacem Gallos petere gloriatus est. nec minus
ferocius se legatis quam inter amicos iactavit aliter se pacem daturum
negans nisi principes suos obsides dederint et arma tradiderint
non enim fidem se nisi inermibus habiturum. Renunciata legacione
risere Galli undique acclamantes brevi sensurum sibi an illi
consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus bellum con-
seritur victique Macedones ceduntur. Ptholomeus multis vulne-
ribus saucius capitur caput eius amputatum et lancea fixum
tota acie ad terrorem hostium circumfertur paucos Mace-
donibus fuga servavit ceteri aut capti aut occi-
si. Cum nunciata per omnem Macedoniam essent porte urbium clau-
duntur luctu omnia replentur. nunc orbitatem amissorum
filiorum dolebant nunc excidia urbium metuebant nunc Alexandri
Philippique regum suorum nomina sicuti numina in auxilium
vocabant sub illis se non solum tutos verum etiam victores orbis
terrarum extitisse ut tuerentur patriam suam quam gloria rerum gestarum
celo proximam reddidissent ut opem afflictis ferent ferrent
quos furor et temeritas Ptolomei regis perdidisset orabant

Sostenes Desperantibus omnibus non votis agendum Sostenes unus de
principibus Macedonum ratus contracta iuventute et Gallos
victoria exultantes compescuit et Macedoniam ab hostili
populacione defendit. Ob que beneficia multis nobilibus
regnum Macedonie affectantibus ignobilis ipse preponitur
Et cum rex ab exercitu appellatus esset non in regis sed in ducis
nomen iurare milites compulit. Interea Brennus quo

Brennus duce portio Gallorum in Greciam se effuderat audita victoria
suorum qui Belgio duce Macedones vicerant indignatus
tam optimam predam et orientis spoliis onustam facile relictam
esse ipse adunatis CL milibus peditum et quindecim milibus
equitum in Macedoniam irrupit. Cum agros villasque popula-
retur occurrit ei instructo exercitu Macedonum Sostenes
Sed pauci a pluribus trepidi a valentibus facile vincuntur
Itaque cum victi se Macedones intra muros urbium condidissent
victor Brennus nemine prohibente totius Macedonie
agros depredatur. Inde quasi terrena iam spolia sorderent animum
ad deorum immortalium templa convertit scurriliter iocatus locu-
pletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Del-
phos iter vertit predam religioni aurum offense deorum immor-
talium preferens quos nullis opibus egere ut qui eas largiri
hominibus soleant affirmabat. Templum autem Apollinis Delphis
positum est in monte Parnaso in rupe undique impendenti

Ibi et civitatem frequencia hominum fecit, qui admiracione maiestatis undique concurrentes in eo saxo consedere. Atque ita templum et civitatem non muri sed precipicia nec manu facta sed naturalia presidia defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci an maiestas dei plus hic admiracionis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem et hominum clamor et si quando accidit tubarum sonus, personantibus et respondentibus inter se rupibus multiplex audiri ampliorque quam editur resonare solet, que res maiestatis maiorem terrorem ignaris rei et admiracionem stupentibus plerumque affert. In hoc rupis anfractu medio ferme montis altitudine planicies exigua est atque in ea profundum terre foramen quod in oracula patet, ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vecordiam vertit impletasque deo responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi et opulenta regum et populorum visuntur munera, qua magnificencia sui reddencium vota, gratam voluntatem et deorum responsa manifestant.

Igitur Brennus cum in conspectu haberet templum diu deliberavit an confestim ~~tecn~~ rem aggrederetur an vero via fessis militibus noctis spacium ad resumendas vires daret. Emilianus et Thessalorus duces qui se ad prede societatem iunxerant amputari moras iubebant dum imparati hostes et recens adventus sui esset terror; interiecta nocte et animos hostibus forsitan et auxilia accessura et vias que nunc pateant obstructum iri. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia ubi primum vino ceterisque commeatibus referta rura invenit non minus abundancia quam victoria letum per agros se sparserat desertisque signis ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur. Que res dilacionem Delphis dedit. Prima namque opinione adventus Gallorum prohibiti agrestes oraculis feruntur messes vinaque villis efferre. Cuius rei salutare preceptum non prius intellectum est quam vini ceterarumque copiarum abundancia velut mora Gallis obiecta auxilia finitimorum convenere. Prius itaque urbem suam Delphi aucti viribus sociorum permunivere quam Galli vino velut prede incumbentes ad signa revocarentur. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum LXV milia. Delphorum sociorumque nonnisi quatuor milia militum erant, quorum contemptu Brennus ad acuendos suorum animos prede ubertatem omnibus ostendebat statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse plusque in pondere quam in specie prede affirmabat. Hac asseveracione incitati Galli simul et hesterno vino saucii sine respectu periculorum

in bellum ruebant. Contra Delphi plus in deo quam in viribus spem
reponentes cum contemptu hostium resistebant scandentesque Gal-
los e summo montis vertice partim saxo partim armis obru-
ebant. In hoc partium certamine repente universorum templorum anti-
stites simul et ipse vates sparsis crinibus cum insignibus atque infu-
lis pavidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt.
Advenisse deum clamant eumque se vidisse desilientem in tem-
plum per culminis aperta fastigia dum omnes opem dei suppliciter
implorant, iuvenem super humanum modum insignis pulchritudinis.
Comitesque ei duas armatas virgines ex propinquis duabus
Dyane Minerveque edibus occurrisse nec oculis tantum hec
se perspexisse audisse etiam stridorem arcus ac strepitum armorum.
Proinde ne cunctarentur diis antesignanis hostem cedere
et victorie deorum socios se adiungere summis obsecrationibus
monebant. Quibus vocibus incensi omnes certatim in prelium prosiliunt.
Presentiam dei et ipsi statim sensere. Nam et terre motu portio
montis abrupta Gallorum stravit exercitum et confertis-
simi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant.
Insecuta deinde tempestas est que grandine et frigore sau-
cios et vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem
vulnerum ferre non posset pugione vitam finivit. Alter ex
ducibus punitis belli auctoribus cum decem milibus sa-
uciorum citato agmine Grecia excedit. Sed nec fugientibus
commodior fortuna fuit. Siquidem pavidis nulla sub tecto acta
nox nullus sine labore et periculo dies. Assidui imbres et gelu
nix concreta et fames et lassitudo et super hec maximum per-
vigilii malum miseras infelicis belli reliquias obterebat.
Gentes quoque et nationes per quas iter habebant pallantes
velut predam sectabantur. Quo pacto evenit ut nemo
ex tanto exercitu qui paulo ante fiducia virium etiam deos
contemnebat vel ad memoriam tante cladis superesset.

Epitoma iustini S V T P XXV incipit

Inter duos reges Anthigonum et Anthiochum
statuta pace cum in Macedoniam Anthigonus rever-
teretur novus eidem repente hostis exortus est.
Quippe Galli qui a Brenno duce ad Greciam proficiscente
ad terminos gentis tuendos relicti fuerant ne soli desides
viderentur peditum XV milia equitum tria milia ar-
maverunt fugatisque Getarum Triballorum copiis Macedo-
nie imminentes legatos ad regem mittunt qui ei
venalem offerrent simul et regis castra specularentur. Quos
Antigonus pro regali munificentia ingenti apparatu

epularum ad ceno

epulatum ad cenam invitat. Sed galli appositum grande auri argenti
que pondus admirantes atque prede revertuntur quibus et elephan
tos ad terrorem velut inusitatas barbaris formas rex ostendi
iussisset naves onustas copiis demonstrari ignarus quod
quibus ostentacione rerum metum se iniicere existimabat
eorum animos ut ad opimam predam sollicitabat. Itaque legati
reversi ad suos omnia in maius extollentes opes pariter
et negligenciam regis ostendunt refertam auro et argento castra
Sed neque vallo fossave munita et quasi satis munimenti
in divitiis haberent ita eos omnia officia militaria inter-
misisse prorsus quasi ferri auxilio non indigerent quia ab-
undaret auro. Hac relacione avide gentis animi satis
ad predam incitabantur. Accedebat tum belgii qui non ante
~~tempore~~ magno ante tempore macedonum exercitum cum rege trucidaverat.
Itaque consentientibus omnibus nocte castra regis aggrediuntur
qui presenciens tantam tempestatem signum pridie dederat ut
omnibus rebus ablatis in proxima silva tacito se occultarent
neque aliter servata eius castra quam quia deserta sunt. Siquidem Gal
li ubi omnia vacua nec sine defensoribus modo verum etiam
custodibus vident non fugam hostium sed dolum arbitrati
diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris et
intactis munimentis scrutantes potius quam diripientes
castra occupaverunt tunc ablatis que invenerant ad
litus convertuntur. Ibi dum naves incaucius diripiunt a
remigibus et ab exercitus parte que eo cum coniugibus et liberis
confugerat nichil tale metuentes trucidantur. Tanta
que cedes gallorum fuit ut ab Antigono pacem opinio
huius victorie non gallis tantum verum etiam a finitimorum
feritate prestiterit. Igitur Gallorum ea tempestate tante
fecunditas iuventutis fuit ut Asiam omnem velut examine aliquo
implerent. Denique reges orientis sine mercenario Gallorum
exercitu ulla bella gesserunt neque pulsi regno ad alios
quam ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis
et armorum invicta felicitas erat ut aliter neque maiestatem
suam tutari neque amissam recuperare se posse sine Gallica
virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium a Bithinio rege
vocati regnum cum eo parta victoria diviserunt eamque re-
gionem Gallogreciam nominaverunt. Dum hec in Asia geruntur
in Sicilia interim Pirrhus a Penis navali prelio victus
ab Antigono Macedonie rege supplementum militum per
legatos petit denuncians ni mittat redire se in regnum
necesse habere incrementa rerum que de Romanis vol-
uerat

ab ipso quesiturum. Quod ubi legati negatum retulerunt, dissimula-
tis causis repentinam fingit profectionem. Socios interim parare bel-
lum iubet. Arcis Tarentine custodiam Heleno filio et amico
Miloni tradit. Reversus in Epirum statim Macedonie fines inva-
dit. Cui Antigonus cum exercitu occurrit, victusque prelio in
fugam vertitur. Atque ita Pirrhus Macedoniam in deditionem acce-
pit et velut dampna amisse Sicilie Italieque acquisito Mace-
donie regno pensasset, relictum Tharenti filium et amicum
arcessit. Antigonus autem cum paucis equitibus fuge comitibus
repente fortune ornamentis destitutus, amissi regni speculaturus
eventum Thessalonicam se recipit, ut inde cum conducta
Gallorum mercennaria manu bellum repararet. Rursus a
Ptholomeo Pirri filio fusus victusque cum septem comitibus
fugiens non iam recuperandi regni spem sed salutis latebras
ac fuge solitudines captat. Pirrhus igitur in tanto fastigio
regni collocatus non erat eo ad quod votis perveniendo fuerat
contentus, sed Grecie Asieque regna meditatur. Neque illi
maior ex imperio quam ex bellis voluptas erat, nec quisquam Pir-
rhum qua tulisset impetum sustinere valuit. Sed ad devincenda reg-
na invictus habebatur, ita devictis acquisitisque celeriter care-
bat. Tanto melius studebat acquirere imperia quam retinere. Itaque
cum copias Chersonesum traiecisset, legationibus Athenien-
sium et Achaeorum Messeniorum quoque excipitur. Sed et Grecia
omnis admiratione nominis eius et rerum adversus Romanos
Penosque gestarum attonita adventum eius expectabat. Primum
illi bellum adversus Spartanos fuit, ubi maiore mulierum
quam virorum virtute exceptus et Ptholomeum filium et exercitus
partem robustissimam amisit. Quippe oppugnanti urbem tanta
ad tutelam patrie multitudo feminarum concurrit, ut non
fortius victus quam verecundius recederet. Porro Ptholomeum filium
eius adeo strenuum et manu fortem fuisse tradunt, ut ur-
bem Corcyram solus cum lx ceperit. Idem in prelio navali quin-
queremem ex scapha cum vii viris insiluerit, cap-
tamque tenuerit. In oppugnatione quoque Spartanorum usque
in mediam urbem equo procurrit. Ibi concursu multitudinis
interfectus sit. Cuius corpus ut relatum patri est, dixisse Pirrhum
ferunt aliquanto tardius quam timuerit, occisum esse. Repul-
sus a Spartanis Pirrhus Argos petit. Ibi dum Antigonum
in urbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos vio-
lentissime dimicans saxo de muris ictus occiditur.
Caput eius Antigono refertur, qui victoria mitius usus filium
eius Helenum cum Epirotis sibi deditum in regnum remisit

Ceterum in sepulturam patris ossa in patriam referenda tradidit. Sed
constans inter omnes auctores fama est, nullum nec eius nec supe-
rioris etatis regem comparandum Pyrrho fuisse. Rarosque
inter non reges tantum, verum etiam inter illustres viros, aut vite
sanctioris aut iustitie probatioris visos fuisse. Ut cum Lysi-
macho, Demetrio, Antigono, tantis regibus, bella gereret,
invictus semper fuit, Illyriorum quoque, Siciliorum, Romanorum
et Carthaginiensium bellis numquam inferior, plerumque etiam
victor exstitit, qui patriam certe suam angustam ignobilemque
fama rerum gestarum et claritate nominis sui toto orbe

Epithoma iustini super T. p. v. xxvj // illustrem reddidit

Post mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, verum et
in Asia Grecia quoque magni bellorum motus fuere. Nam
et Peloponensii per proditionem Antigono sunt traditi, et
variate varietate hominum partim dolentium, partim gaudentium, prout
singule civitates aut auxilium de Pyrrho speraverant aut metum
sustinuerant, ita aut cum Antigono societatem iungebant aut
mutuis inter se odiis in bella ruebant. Inter hunc turbatarum
provinciarum motum Epirotharum quoque urbes ab Aristotimo prin-
cipe per tyrannidem occupatur. A quo cum multi ex primoribus
occisi, plures in exilium acti essent, Etholis per legatos postulantibus
coniuges liberosque exulum reddi, primo negavit, postea quasi
peniteret, ad proficiscendi ad suos potestatem omnibus matronis
dedit, diemque profectionis statuit. Ille quasi in perpetuum cum viris
exulature pretiosissima queque auferentes, cum ad portam
quasi uno agmine profecture convenissent, omnibus rebus spoliate
in carcerem recluduntur, occisis prius in sinu matrum parvulis liberis,
virginibus ad stuprum direptis. Hac tam seva dominatione stupe-
factis omnibus, princeps eorum Hellanicus senex et liberis orbus,
ut qui nec etatis nec pignorum respectu timeret, contractos domum
fidissimos amicorum ad vindicandam patriam hortatur. Cunctantibus
privato periculo publicum finire et deliberandi spatium postulantibus,
accersitis servis iubet obseratis foribus tyranno quoque nunciari mit-
teret qui coniuratos apud se comprehenderet, obiectans
singulis se, quia liberande patrie auctor esse non posset, deserte
ultionem fecisse. Tunc illi ancipiti periculo circumventi honesti-
orem viam eligentes coniurant in ~~tirann tra~~ tirani necem.
Atque ita Aristotimus quinto postquam tyrannidem occupaverat
mense opprimitur. Antigonus interea cum multiplici bello
et Ptholomei regis et Sparthanorum premeretur, novusque
quoque illi hostis Gallogrecie adfluxisset, in speciem castrorum
parva manu adversus ceteros relicta, adversus Gallos

totis viribus conflixisset; quibus cognitis Galli, cum et ipsi proelio pararent, in auspicia pugnae hostias caedunt, quarum extis cum magna caedes interitusque omnium praediceretur, non in timorem sed in furorem versi, sperantes deorum minas expiari caede suorum posse, coniuges et liberos suos trucidant, auspicia belli a parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos invaserat, ut ne parcerent aetati, cui etiam hostes pepercissent. Bellum cum intime simul cum sceleris liberorum et matrum gerunt, pro quibus bella suscipi solent. Itaque quasi scelere vitam victoriamque redemissent, sicut erant cruenti praesenti suorum caede in proelium, non meliore eventu quam omine proficiscuntur. Et quidem pugnantes primum parricidiorum furiae quam hostes circumvenere, obversantibusque ante oculos manibus interemptorum omnes occisione caesi. Tanta strages fuit, ut dii pariter cum hominibus conspirasse in perniciem parricidarum viderentur. Post huius pugnae eventum Ptolomeus et Spartani victorem hostium exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoque, cum eorum discessum videret, recenti adhuc ex priore victoria militum ardore belli, bellum Atheniensibus infert. In quo cum occupatus esset, interim Alexander, rex Epiri, ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniae depopulatur. Adversus quem cum reversus a Graecia Antigonus esset, transitione militum desertus regnum Macedoniae cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius, puer admodum, absente patre, reparato exercitu non solum amissam Macedoniam recipit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat. Tanta vel nobilitas militum vel fortunae varietas erat, ut vicissim reges nunc exules, nunc reges viderentur. Igitur Alexander cum exul ad Acarnanes confugisset, non minore Epirotarum desiderio quam sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus rex Cyrenarum Magas decedit, qui ante infirmitatem Beronicen unicam filiam ad finiendam cum Ptolomeo fratre certamine filio eius desponderat. Et post mortem regis mater virginis Arsinoe, ut invita se contractum matrimonium solveret, qui ad nuptias virginis regnumque Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a Macedonia arcesseret, qui et ipse ex filia Ptolomei procreatus. Nimirum moram fecit. Itaque cum secundante vento Cyrenas advolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere socrui coeperat, statim a principio superbus regiae familiae militibusque impotens erat, studiumque placendi a virgine in matrem contulerat. Quae res suspecta primo virgini, deinde popularibus militibusque invisa fuit. Itaque versis omnium animis in Ptolomei filium insidiae Demetrio apparantur.

cum in lectum soceri concessisset ~~percussores~~ percussores in-
mittuntur. Sed arsinoe audita voce filie stantis ad fores
et precipientis ut matri parceretur adulterum paulisper corpore
suo protexit quo interfecto Beronice et stupra matris salua
pietate ulta est et in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta est.

Epithoma iustini super T. P. volum. XXVII [illegible]

m ortuo Sirie rege Anthiocho cum in locum eius
Seleuchus successisset hortante matre Laodice
que inhibere debuerat auspicia regni a parricidio
cepit quippe Beronicen novercam suam sororem ptho-
lomei regis egipti cum parvulo fratre ex ea suscepto inter-
fecit quo facinore perpetrato et infamie maculam subiit et
ptholomei se bello implicuit. Porro Beronice cum ad
se interficiendam missos satellites audivisset Daphne ciuitate
se claudit ubi cum obsideri eam cum parvulo filio nunciatum
Asie civitatibus esset recordatione paterne maiorumque eius
dignitatis casum tam indigne fortune miserantes auxilia
ei omnes misere. Frater quoque Ptholomeus periculo sororis exterritus
relicto regno cum omnibus viribus advolat. Sed Beronice ante
adventum auxiliorum cum vi expugnari non posset dolo circum-
venta trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaque cum universe
civitates que defecerant ingentem classem comparassent repente
exemplo crudelitatis exterrite simul et in ultionem eius quam de-
fensuri fuerant ptholomeo se tradunt qui nisi in egiptum
domestica seditione revocatus esset totum Seleuchi regnum
occupasset. Tantum vel illi odium parricidale scelus vel huic
favorem indigne perempte mors sororis attulerat. Post discessum
ptholomei Seleuchus cum adversus civitates que defecerant
ingentem classem comparasset repente velut diis ipsis parricidium
vindicantibus orta tempestate classem naufragio amit-
tit nec quicquam illi ex tanto apparatu preter nudum corpus
et spiritum et paucos naufragii comites residuos fortuna fecit.
Misera quidem res sed optanda Seleucho fuit siquidem
civitates que odio eius ad ptolomeum transierant velut diis
arbitris satis factum sibi esset repentina animorum mutatione in nau-
fragii misericordiam verse imperio se eius restituunt. Letus igitur ma-
lis suis et damnis ditior redditus veluti par viribus
bellum ptholomeo infert. Sed quasi ad ludibrium tantum fortune
natus esset nec propter aliud opes regni recepisset quam ut amit-
teret victus prelio non multo quam post naufragium comitatior
trepidus anthiochiam confugit. Inde ad Anthiochum fratrem
litteras facit quibus auxilium eius implorat oblata ei Asia

intra finem Thauri montis in premium late opis Anthiochus autem cum esset annorum xiiij natus supra etatem regni avidus occasionem non tam pio animo quam offerebatur arripuit Sed latronis more fratri totum eripere cupiens puer sceleratam virilemque sumit audaciam Unde Hierax est cognominatus quia non hominis sed accipitris ritu in alienis rebus eripiendis vitam sectaretur Ptholomeus interea cum Anthiochum in auxilium Seleucho venire cognovisset ne cum duobus uno tempore dimicaret in annos x cum Seleucho pacem facit Sed pax ab hoste (ptholomeus) data interpellatur (impedita) a fratre (anthiochus) qui conducto Gallorum mercenario exercitu pro auxilio bellum pro fratre hostem imploratus se exhibuit In eo prelio cecidisse in ipsum Anthiochum arma vertere liberius depopulaturi Asiam si omnem stirpem regiam extinxissent Quod ubi sensit Anthiochus velut a predonibus auro se redemit societatemque cum mercenariis suis iungit

Interea rex Bithinie Eumenes sparsis consumptisque fratribus bello intestine discordie quasi vacantem Asie possessionem invasurus victorem Anthiochum Gallosque aggreditur nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione integer ipse validus superat Ea namque tempestate omnia bella in exitium Asie gerebantur ut quisque fortior fuisset Asiam velut predam occupabat Seleuchus et Anthiochus fratres bellum propter Asiam gerebant Ptholomeus rex Egipti sub specie fraterne ultionis Asie inhiabat Hinc Bithinius Eumenes inde Galli humiliorum semper mercenaria manus Asiam depopulabantur cum interea nemo defensor Asie inter tot predones inveniebatur Victo Anthiocho cum Eumenes maiorem partem Asie occupasset ne tunc quidem fratres perdito premio propter quod bellum gerebant concordare potuerunt Sed omisso externo hoste in mutuum exitium bellum reparant In eo Anthiochus denuo victus multorum dierum fuga fatigatus tandem ad socerum suum Arthamenem regem Capadocie pervehitur a quo cum benigne primo exceptus esset interiectis diebus cognito quod insidie sibi pararentur salutem fuga quesivit Igitur cum profugo nusquam tutus locus esset ad Ptholomeum hostem cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat decurrit memor vel que facturus fratri esset vel que meruisset a fratre Sed Ptholomeus non tam amici debitor quam hostis factus asservari eum artissima custodia iubet Hinc quoque Anthiochus opera cuiusdam meretricis

adiutus quoque familiaris noticia deceptis custodibus labitur
fugiens quoque a latronibus interficitur. Seleucus quoque isdem fer-
me diebus amisso regno equo precipitatus finitur. Sic
fratres quasi et germanis casibus exules ambo post reg-
na scelerum suorum penas luerunt. Justini

Epitoma super volumine Trogi P. xxviijus

Olimpias Pirrhi Epirothe regis filia amis-
so marito eodem quoque germano Alexandro cum
tutelam filiorum ex eo susceptorum Pirrhi
et Ptholomei regni quoque administrationem in se recepisset
Etholis partem Acarnanie quam in porcionem belli pater
pupillorum acceperat eripere volentibus ad regem
Macedonie Demetrium decurrit et quoque habenti uxorem
Anthiochi regis ~~Sirie~~ Sirie sororem filiam
suam Pithiam matrimonio tradit ut auxilium quod
misericordia non poterat iure cognationis obtineret.
Fiunt igitur nuptie quibus et novi matrimonii gratia
adquirit et veteris offensa contrahit. Nam prior uxor
velut matrimonio soluta sponte sua ad fratrem Anthio-
chum discedit eumque in mariti bellum impellit. Acarna-
nes quoque diffisi Epirotis adversus Etholos auxilium Ro-
manorum implorantes obtinuerunt a Romano senatu
ut legati mitterentur qui denunciarent Etholis pre-
sidia ab urbibus Acarnanie deducerent paterenturque
liberos esse qui soli quondam adversus Troianos auc-
tores originis sue auxilia Grecis non miserint. Sed Etholi
legationem Romanorum superbe audivere. Et Penos illis
et Gallos a quibus tot bellis superati totiens occidione
cesi sint exprobrantes dicentes quoque prius illis portas
adversus Carthaginenses aperiendas quas clauserit
metus belli Punici quam hos in Greciam arma transferenda.
Meminisse deinde iubent qui sibi minentur adversus
Gallos urbem eos suam non potuisse tueri captamque
non ferro defendisse sed auro redemisse quamque gentem
aliquanto maiore manu Greciam ingressam non solum
nullis externis viribus sed ne domesticis quidem totis
adiutos universam delevisse sedemque sepulturis eorum
prebuisse quam urbibus imperio quoque suo proposuerant. Contra
Italiam trepidis ex recenti urbis sue incendio Roma-
nis universam ferme a Gallis occupatam. Prius igitur Gal-
los Italia pellendos quam minentur Etolis prius quoque
sua defendenda quam aliena appetenda. Quos autem

Romanos homines esse nempe pastores qui latrocinio
iniusto dominis ademptum teneant qui uxores propter originis dehonestamenta
non invenirent vi publica rapuerint qui denique urbem
ipsam parricidio condiderint murorumque fundamenta
fraterno sanguine asperserint. Etolos autem principes
semper Grecie fuisse et sicut dignitate ita virtute ceteris
prestitisse Macedones semper aliquam imperio terra-
rum florentes contempserint qui Philippum regem non
timuerint qui Alexandri edicta post Persas Indosque
devictos cum omnes edictum eius tremerent spreverint.
Monere igitur Romanos contenti sint fortuna pre-
senti nec provocent arma quibus Gallos cesos et Macedones contemptos
videant. Sic dimissa legatione Romanorum ne fortius
locuti quam fecisse viderentur fines Epiri regni et Acar-
nanie depopulantur. Iam Olimpias filiis regina Mace-
donie et in locum Pyrrhi defuncti Ptholomeus
successerat qui cum hostibus instructo exercitu obviam pro-
cessisset infirmitate correptus in itinere decessit. Ol-
impias quoque non magno post tempore exitu funerum velut
afflicta egram spiritum trahens non diu filiis supervixit
Et ex regia stirpe sola ~~nereis~~ Nereis virgo cum Lao-
damia sorore superesset. Nereis nupsit Geloni Sicilie
tyranni filio. Laodamia autem cum in aram Diane con-
fugisset interficitur concursu populi. Quod facinus dii immortales
assiduis cladibus gentis et prope internecione totius populi vindi-
caverunt. Nam et sterilitatem et famem passi et intesti-
na discordia vexati externis ad postremum bellis pene
consumpti sunt. Milo autem percussor Laodamie in furorem
versus nunc ferro nunc saxo in summa dentibus laceratis
visceribus duodecimo die interiit. His in Epiro gestis
interim in Macedonia Demetrius rex relicto filio Phil-
ippo admodum parvulo decedit. Cui Antigonus tutor datus
accepta in matrimonium matre pupilli regem se consti-
tui laborat. Interiecto deinde tempore cum sedicione Macedo-
num clausus in regia teneretur in publicum sine satel-
litibus procedit proiecto quoque in vulgus diademate ac
purpura dare hec eos alteri iubet qui aut illis
imperare nesciat aut cui parere ipsi sciant se adhuc
invidiosum illud regnum non voluptatibus sed laboribus
ac periculis sentire. Commemorat deinde beneficia sua ut
defectionem sociorum vindicaverit ut Dardanos
Thessalosque exultantes morte Demetrii regis

Etoli

compescuerit. Ut demum dignitatem Macedonum regni
defenderet, vocandam ad [illegible] multitudinem, si illos peniteret
reddere imperium, etiam [illegible] [illegible] sub [illegible] regem
an [illegible] in libertatem [illegible] revocat [illegible]
cunctas [illegible] [illegible] Spartanis bellum
infert, qui soli Philippi Alexandrique bellis et imperia cu-
nctis gentibus metuenda contempserant.
Inter [illegible] gentes bellum summis utrimque
viribus [illegible] hii pro vetere Macedonum gloria, illi non
solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent. Victi
Lacedemonii non ipsi tantum, verum etiam coniuges liberique ma-
gno animo fortunam tulerunt. Quippe in acie nemo saluti pe-
percit, nemo coniugem amisisse flevit, filiorum mortem senes
laudabant, filii patres in acie cesos gratulabantur, sua
vicem [illegible] quod non et ipsi pro libertate ceci-
dissent. Patentibus domibus omnes saucios excipiebant,
vulnera curabant, lassos reficiebant. Inter haec Cleome-
nes rex post multas hostium cedes toto corpore suo pa-
riter et hostili cruore madens supervenit. Ingressusque
in urbem non humi consedit, non cibum aut potum
poposcit, non denique armorum onus deposuit, sed acclinis
parieti, cum quattuor milia sola ex pugna superfuisse
conspexisset, hortatur ut se ad meliora rei publice tempora
reservarent. Tum cum coniuge et liberis Egyptum ad Pto-
lomeum profectus est, atque honorifice exceptus diu in
summa dignatione regis vixit. Postremo post Ptholo-
mei mortem a filio eius cum omni familia interficitur.
Antigonus autem cesis Spartanis fortunam
tante urbis miseratus a direptione milites prohibuit
veniamque his qui superessent dedit, prefatus bellum se
cum Cleomene, non cum Spartanis suscepisse,
cuius fuga omnis ira eius finita sit; nec minori
sibi glorie fore, si ab eo servata Lacedemonia, a quo
solo capta sit, tradatur. Parcere igitur solo urbis
ac tectis, quoniam homines quibus parceret non superfuissent.
Nec multo post ipse decedit, regnumque Philippo
pupillo annos quatuordecim nato tradidit.

Epithoma iustini super T P volumen xxix

Isdem ferme temporibus prope universi orbis
imperia nova regum successione mutata
sunt. Nam et in Macedonia Philippus mor-
tuo

xxix

Antigono tutore eodem constituto ad annos xiiii regnum
susceperit. Et in Asia mortuo Seleuco impubes adhuc
rex Antiochus constituitur. Cappadocie quoque regnum
Ariarathi puero admodum pater ipse tradiderat. Egyptum
patre et matre interfectis occupaverat Ptolomeus cui
ex facinoris crimine cognomentum Philopator fuit. Sed et Spar-
tani in locum Cleomenis suffecerant Lycurgum.
Et ne qua temporum mutatio deesset apud Carthagi-
nenses quoque etate inmatura dux Hanibal constituitur
non penuria seniorum sed odio Romanorum quo imbutum
eum a pueritia sciebant fatale non tam Romanis quam
ipsi Affrice malum. His regibus pueris et si nulli se-
nioris etatis rectores erant tamen in suorum quisque ma-
iorum vestigia intentis magna indoles virtutis enituit.
Solus Ptolomeus sicut scelestus in occupando regno
ita et segnis in administrando fuit. Philippum Dardani
ceterique omnes finitimi populi velut inmortale
odium cum Macedonum regibus gerentes contemptu etatis
assidue lacessebant. Contra ille submotis hosti-
bus non contentus sua defendisse ultro etiam
Etholis bellum inferre gestiebat. Que agitanti Deme-
paulo trius rex Illiriorum nuper a consule Romano
victus supplex venit iniuriam Romanorum
querens qui non contenti Italie terminis imperium spe
improba totius orbis amplexi bellum cum omnibus regibus
gerant. Sic illos Sicilie sic Sardinie Hispanieque
sic deinde totius Affrice imperium affectantes bellum
cum Penis et Hanibale suscepisse. Sibi quoque non aliam
ob causam quam quod Italie finitimus videretur bellum
illatum quasi nefas esset aliquem regem iuxta
imperii eorum terminos esse. Sed et ipsi caven-
dum exemplum quo promptius nobiliusque sit regnum tanto sit Romanos
acriores hostes habiturum. Super hec cedere se illi regno
quod Romani occupaverint profitetur gratius habiturum si
in possessione imperii sui socium potius quam hostes videret.
Tali oratione impulit Philippum ut omissis
Etholis bellum Romanis inferret minus negotii
existimans quia iam victos eos ab Hanibale apud
Trasimenum lacum audierat. Itaque ne eodem tempore
multis bellis distringeretur pacem cum Etholis
facit non quasi bellum alio translaturus sed ut Grecie
quieti consulturus quam nunquam in maiori periculo fuisse

~~157~~
78

affirmabat. Siquidem consurgentibus ab occidente penorum
ac Romanorum imperiis, quibus hec a grecia et asia sit
mora dum de se bello discrimen faciunt imperii. Statim
victoribus [illegible] in orientem fore. Videre se
itaque ait consurgentem in Italia nubem trucis et cru-
enti belli, videre tonantem ac fulminantem ab occasu
procellam, quam in quascumque terrarum partes victorie tempe-
stas detulerit magno cruoris imbre omnia fedaturam.
Frequenter greciam magnos motus passam nunc persarum
nunc gallorum nunc macedonum bellis, sed omnia illa levia
fuisse existimaturos, si hec que nunc in Italia versatur
moles totis se terris effuderit. Cernere se quam cruenta
et sanguinaria inter se bella utrique populi et viribus copiarum
et ducum artibus gerant, quas rabies finiri solo partis
alterius interitu sine ruina finitimorum non posse. Fe-
roces igitur [illegible] animos quam quorum [illegible]
quam grecie timendos, quod remotiores in vindictam sint
et robustiores sint. Scire tamen se eos qui tantis viribus
confligant, non contentos hac fine victorie fore metuendam
sibi [illegible] eorum qui superiores extiterint.
Hic [illegible] cum Etolis bello nihil aliud quam penorum
Romanorumque bella respiciens singulorum vires
perpendebat. Sed nec Romani tametsi peni et hanibal
in cervicibus erant soluti metu Macedonico videbantur.
Terrebat eos et vetus et philippus studio emulandi
Alexandri incensus, quem promptum in bella industrium
cognoverant. Philippus igitur cum iterato prelio victores
penos audivisset, aperte hostem se Romanis professus, naves
quibus in Italiam exercitum traiceret fabricare cepit. Legatum
deinde ad Hanibalem iungende societatis gratia cum epistolis
mittit, qui comprehensus et ad senatum perductus incolu-
mis dimissus est, non in honorem regis, sed ne dubius hostis
redderetur. Postea vero cum Romanis nunciatum esset in Ita-
liam philippum copias traiecturum esse, Levinum pretorem
cum instructis navibus ad prohibendum transitum mittunt,
qui cum in greciam transisset, multis promissis impellit Etolos
bellum adversus philippum suscipere. Philippus quoque Acheos
in Romanorum bella ~~suscitat~~ solicitat. Interea et Dardani
Macedonie fines vastare ceperunt, abductisque XX milibus
captivorum philippum a Romano bello ad tuendum regnum
revocaverunt. Dum hec aguntur, Levinus pretor [illegible]

[illegible] Attalo rege societate [illegible] implentur quibus
[illegible] [illegible] [illegible] Philippo
[illegible] fatigue [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] belli [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] auctoritate [illegible]
[illegible] [illegible] super [illegible]

Philippus in Macedonia [illegible]
Egypto Ptholomeus [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] velut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] bello [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quidam [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] materia
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sororem sua [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] si magister [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
regie tanta pestis et [illegible] mala fuere de hunc
[illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] regie

domus contineri meretricum audacia potest quam procaciorem
sociato cum Agathocle fratre ambiguae pulchritudinis scor-
to quotidiana regis stupra faciebant Accedebat et ma-
ter Oenanthe que gemine solis sobolis illecebris devinctum
regem tenebat Itaque non contente rege iam etiam regnum
possident iam in publico visuntur iam salutantur iam comit-
tantur Agatocles regio lateri iunctus civitatem rege-
bat Tribunatus et prefecturas et ducatus mulieres or-
dinabant nec quisquam in regno suo minus poterat quam rex
ipse Cum interim relicto quinquenni ex Euridice so-
rore filio moritur Sed mors eius dum pecuniam regiam
mulieres rapiunt et imperium inita cum perditissimis socie-te
occupare conatur diu occultata fuit Re tamen cognita
concursu multitudinis et Agathocles occiditur et mulieres
in ultionem Euridices patibulis suffiguntur Morte regis
supplicio meretricum veluti expiata regni infamia le-
gatos Alexandrini ad Romanos misere orantes ut
tutelam pupilli susciperent tuerenturque regnum Egipti quod
iam Philippum et Anthiochum facta inter se pactione divi-
sisse dicebant Grata legatio Romanis fuit causas belli
adversus Philippum querentibus qui insidiatus eorum tempori-
bus belli Punici fuerat Huc accedebat quod Penis et Hanibale
superato nullius magis arma metuebant reputantibus
quantum motum Pirrhus parva Macedonum manu in Ita-
lia fecisset quantasque res Macedones in oriente ges-
sissent Mittuntur itaque legati qui Philipo et Anthi-
ocho denunciant regno Egipti ut abstineant Mittitur
et M Lepidus in Egiptum qui tutorio nomine regnum
pupilli administraret Dum haec aguntur Interim legationes
Attali regis querentes Romam venerunt que res omnem
cunctationem Macedonica belli belli senatui exemit
Statim igitur titulo ferendi sociis auxilii bellum adversus
Philippum decernitur legationesque cum consulibus
tum contemptus pacis in Macedoniam mittuntur Nec multo
post tempore fiducia Romanorum tota Grecia adversus Phi-
lippum spe pristine libertatis erecta bellum ei intulit
atque ita cum undique rex urgetur pacem petere com-
pellitur Cuius cum exposite conditiones pacis a Romanis
essent repetere sua et Attalus et Rhodii et Achei et
Etholi cepere Contra Philippus adduci se posse ut
Romanis pareat concedebat Ceterum indignum esse Gre-
cos a Philipo et Alexandro maioribus suis victos et sub

iugum Macedonici imperii subactos velut victores leges
pacis sibi imponere quibus prius sit servitutis ratio reddenda quam
libertas vindicanda. Ad postremum petenti indu-
tie bimestres date sunt ut pax que in Ma-
cedonia non conveniebat Rome a senatu peteretur.
Eodem anno inter insulas Theramenem et Therasiam
medio utriusque ripe et maris spatio terre motus
fuit in quo cum admiratione navigantium repente ex profundo
cum calidis aquis insula emersit. In Asia quoque
eodem die idem motus terre Rhodum multasque alias
civitates gravi ruinarum labe concussit, quasdam soli-
das absorbuit. Quo prodigio territis omnibus vates canunt
orientem Romanorum imperium vetus Grecorum ac Mace-
donum voraturum. Interim a senatu repudiata pace
Philippus in societatem belli Nabin tyrannum sollici-
tat. Atque ita cum in aciem exercitum adversis hosti-
bus produxisset, hortari suos cepit referendo Persas,
Bactros, Indos et omnem Asiam orientis fine
a Macedonibus perdomitam; tanto fortius hoc bellum
quam illa sustinendum, quanto sit imperio libertas maior.
Sed et Flamininus Romanus consul proximarum rerum gestarum
recentissime suos stimulabat in proelium ostendens hinc
Carthaginem ac Siciliam, inde Italiam et Hispaniam
Romana virtute perdomitas; nec Hannibalem quidem
Alexandro magno postponendum, quo Italia expulso
Africam ipsam tertiam partem mundi superaverint. Sed nec
Macedones veteri fama sed presentibus viribus estimandos,
quia non cum Alexandro magno quem invictum audiant, nec cum
exercitu eius qui totum orientem devicerit, bellum geri,
sed cum Philippo puero immature etatis qui regni terminos
adversus finitimos egre defendat, et cum his Mace-
donibus qui iam pridem prede Dardanis fuerint. Illos
maiorum suorum decora, se militum suorum commemorare.
Non enim ab alio exercitu Hannibalem et Penos et totum
ferme occidentem, sed his ipsis quos in acie habebat
militibus subactos. His adhortationibus utrimque con-
citati proelio milites concurrunt, alteri orientis, alteri
occidentis imperio gloriantes, ferentesque in bellum
alii maiorum suorum antiquam et obsoletam gloriam,
alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.
Sed Macedonas Romana fortuna vicit. Fractus itaque
bello Philippus pace a Flaminino consule petita

nomen quidem regium regnum obtinuit. Omnibus grecie urbibus veluti regni membris extra terminos antique possessionis amissis solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Ethololi quod non arbitrio eorum Macedonia quoque adempta regi et data sibi in premium belli legatos ad Anthiochum mittunt qui eum adulacione magnitudinis in Romana bella spe societatis universe grecie

Justinum Epithoma li p v xxx impellerent

m Mortuo Ptholomeo rege Egypti contempta quoque filii eius etate qui in spem regni relictus preda etiam domesticis erat Anthiochus rex Syrie occupare Egyptum statuit. Itaque Fenicem ceteras quoque Syrie quidem sed iuris Egypti civitates cum invasisset legatos ad eum senatus mittit qui denunciarent ut abstineret regno pupilli postremis patris precibus fidei sue traditi. Quibus spretis interiecto tempore alia legatio supervenit que omissa pupilli persona civitates iure belli factas populi romani in integrum restitui iubebat. Abnuenti bellum denunciatum quod ille facile susceptum infeliciter gessit. Eodem tempore et Nabis tirannus multas grecie civitates occupaverat. Igitur senatus ne uno tempore duplici bello romane vires detinerentur scripsit Flaminio si ei videatur sicuti Macedoniam a Philippo ita et Greciam a Nabide liberaret. Ob quam causam imperium ei prorogatum est. Terribile quippe Anthiochi bellum Hannibalis nomen faciebat quem emuli eius occultis mandatis cum Anthiocho inisse societatem apud Romanos criminabantur negantes eum equo animo sub legibus vivere assuetum imperio et immoderata licencia militari semper tedio quietis urbane novas belli causas circumspicere. Que etsi falsa nunciata fuissent apud timentes pro veris habebantur. Denique senatus metu perculsus ad speculandos actus Hannibalis legatum in Affricam Cn. Servilium mittit eique tacitis mandatis precepit ut si posset eum per emulos eius interficeret metuque invisi nominis tandem populum Romanum liberaret. Sed res Hannibalem non diu latuit virum ad prospicienda cavendaque pericula paratum nec minus in secundis adversa quam adversis secunda cogitantem. Igitur cum tota die in oculis principum legati quoque romani in foro Carthaginensium obversatus in supremum fuisset

Fem
tem

appropinquante vespere equum conscendit, et cum ultimis quos ipse libitus maxime habebat ignaris hostibus usque ad portum [illegible] opperiri contendit. Habebat ibi naves cum remigibus occulto suis litteris absconditis. Erat etiam grandis [illegible] agro [illegible] ut cum [illegible] ingressus ut facultas [illegible] fugae ut in [illegible] morae [illegible] fuisset invenerit, quorum copia Italicorum captivorum [illegible] augebat. [illegible] conscendit [illegible] [illegible] Carthaginis. Postea [illegible] civitas principes [illegible] ac [illegible] consules [illegible] [illegible] quem [illegible] est. [illegible] quasi [illegible] capta est [illegible] [illegible] sibi [illegible] cum [illegible] legatum [illegible] [illegible] Italie ab Hannibale esset, tamen Romanorum [illegible] [illegible] Flaminius [illegible] ad quosdam civitatibus [illegible] [illegible] [illegible] continuo [illegible] [illegible] malis [illegible] [illegible] libertate Grecie restituta de [illegible] [illegible] Romanus exercitus [illegible] reportatus est, velut [illegible] [illegible] civitates [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Philopomenem [illegible] industrie [illegible] [illegible] in eo bello tanta [illegible] eminent ut [illegible] Flaminio Romano imperatori compararetur. [illegible] Hannibal [illegible] ad Antiochum [illegible] [illegible] [illegible] ab eo [illegible] [illegible] ad bellum [illegible] Hannibal cum nulla Romana virtus victore cogitaret, [illegible] negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. [illegible] ad hoc centum naves, decem milia peditum, mille equites poscebat, promittens hac manu [illegible] bellum [illegible] Italie restauraturum et [illegible] regi [illegible] aut victoriam aut equas conditiones pacis relaturum. Simul [illegible] et Hispanis bellis flagrantibus dicebat [illegible] [illegible] sibi [illegible] [illegible] [illegible] fuisse, ut Carthaginem [illegible] sine mora [illegible] [illegible] regi consilia placuissent. Carthaginem mittitur [illegible] Hannibal [illegible] in bellum hortetur [illegible] [illegible] copiis ad [illegible] [illegible] dicit dicat partibus nisi armis Carthaginiensium deesse Asiam et vires belli et sumptus prebituram. Hec ubi relata Carthaginiensibus essent, nuncius ipse ab inimicis Hanibalis comprehensus perductusque in senatum cum interrogaretur ad quem missus esset, Punico ingenio respondit se ad universum senatum missum, nec enim opus hoc singulorum sed universorum esse. Dum multis diebus deliberant an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa nave ad Hanibalem revertitur. Quo cognito Carthaginienses ultro rem Romam per legatum deferunt. Romani quoque legatos ad Anthiochum mittere, qui sub specie legationis et regis apparatum specularentur et Hanibalem aut Romanis mitigarent aut assiduo colloquio suspectum invisumque regi redderent. Itaque legati ad Ephesum convenissent Anthiochum, mandata ei senatus tradunt. Dum responsum operiuntur, omnibus diebus assidui circa Hanibalem fuere, dicentes eum timide a patria recessisse, cum pacem Romani non tam cum re publica eius quam cum eo factam summa fide custodiant, nec bella eum Romanorum magis odio quam patrie amore gessisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse debeatur; has enim publicas, non privatas inter duces bellandi causas esse. Inde res gestas eius laudare. Quorum sermone letus sepius cupidiusque cum legatis colloquebatur, ignarus quod familiaritate Romana odium sibi apud regem crearetur. Namque Anthiochus tam assiduo colloquio reconciliatam eius cum Romanis gratiam existimans nihil ad eum sicuti solebat referre, expertemque consiliorum suorum et veluti hostem proditoremque suum odisse cepit. Que res tantum apparatum belli cessante imperatoria arte corrupit. Senatus mandata fuerat, ut contentus Asie finibus esset, ne ipsis ~~ne~~ Asie ingrediendi necessitatem imponeret. Quibus spretis non accipiendum bellum statuit, sed inferendum dicat. Cum frequenter de bello consilium remoto Hanibale habuisset, tandem eum vocari iussisse, non ut sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia sprevisse videretur, omnibusque perrogatis postremum interrogasse. Quo ille animadverso intelligere se professus est non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum; tamen et odio Romanorum et amore regis, apud quem solum tutum consilium sibi relictum sit, se viam gerendi belli edisserturum. Veniam deinde prefatus libertati, nihil se consiliorum aut ceptorum presentium probare aut neque sedem belli Greciam sibi placere, cum Italie uberior materia sit, quia Romanos vinci non nisi armis suis posse nec Italiam

aliter quam Italicis viribus subigi. Siquidem diversum ceteris
mortalibus esse illud et hominum et belli genus. Aliis bellis
plurimum momenti habere priorem aliquem cepisse occasionem
loci temporisque, agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse.
Cum Romanis, seu occupaveris prior aliqua seu
viceris, tamen etiam cum victo et iacente luctandum esse. Quamobrem
si quis eos in Italia lacessat, suis eos opibus,
suis viribus, suis armis posse vinci, sicut ipse fecerit.
Si vero quis illis Italia velut fonte virium cesserit,
proinde falli ac si quis amnes non ab ipsis fontium
primordiis derivare, sed concretis iam aquarum molibus
avertere vel siccare velit. Haec et secreto se censuisse ultro
et ministerium consilii sui obtulisse et nunc presentibus amicis
ideo repetisse, ut scirent omnes rationem gerendi cum Romanis,
eosque foris invictos, domi fragiles esse. Nam citius illos
urbe quam imperio, prius Italia quam provinciis exui posse, quippe
et a Gallis captos et a se prope deletos esse, neque unquam
se victum prius quam terris eorum cesserit, reverso Carthaginem
statim cum loco fortunam belli mutatam. Huic sententie
obtrectatores amici regis erant, non utilitatem
rei cogitantes, sed verentes ne probato consilio eius primum
apud regem locum gratie occuparet. Sed et Antiocho non
tam consilium quam auctor displicebat, ne gloria victorie
Hannibalis non sua esset. Omnia igitur variis assentationum
adulationibus corrumpebantur, nihil consilio vel ratione agebatur.
Rex ipse per hiemem lapsus in luxuriam novis quotidie
nuptiis deditus erat. Contra Acilius Romanus consul,
qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma ceteraque bello
necessaria summa industria parabat, civitates sociorum confirmabat,
dubias alliciebat, nec alius exitus belli quam apparatus
partis utriusque ~~belli~~ erat. Itaque prima belli congressione, cum cedentes
suos rex videret, non laborantibus auxilium tulit, sed fugientibus
Ditia se ducem prebuit, castraque ditia victoribus reliquit.
Deinde cum in Asiam preda Romanis occupatis fugiendo pervenisset,
penitere neglecti consilii cepit, revocato quam in amicitiam
Hannibale ex sententia eius se promittit agere. Interim
nuntiatur ei Livium Romanorum ducem cum lxxx
rostratis navibus ad bellum navale a senatu missum
adventare, que res spem illi restituende fortune
dedit. Itaque priusquam socie civitates ad hostes deficerent,
decernere navali prelio statuit, sperans cladem in
Grecia acceptam nova posse aboleri victoria. Tra-

Victa igitur hannibali classe plus committitur quam neque Asiam
milites Romanos, neque naves eorum pares rostratis
navibus fore. Maior tamen clades ducum solercia fuit. Roma-
nis diu huius victorie opinio venerat, et ideo consuli-
bus creandis suspensa civitas erat. Quis adversus hannibalem
ducem, quis melior quam Affricani frater crearetur, quod vincere
penos opus Scipionum esset. Creatur igitur consul L. Sci-
pio, cui quod datur legatus frater Affricanus, ut intelligeret Anthi-
ochus non maiorem fiduciam se in hannibale victo, quam
Romanos in victore Scipione habere. Traicientibus in Asiam
Scipionibus, exercitus iam utrobique profligatum bellum nuntiatum
est, victumque Anthiochum terrestri, hannibalem navali
bello invenerunt. Primo igitur adventu eorum legatos
pacem petentes Anthiochus ad eos mittit, peculiare
donum Affricano ferentes, filium ipsius, quem rex parvo
navigio traicientem ceperat. Sed Affricanus privata benefi-
cia a rebus publicis secreta esse dixit, aliaque patris offi-
cia, alia patrie iura, que non liberis tantum, verum etiam vite
ipsi preponantur. Proinde gratum se munus accipere, privato-
que impendio munificentie regis responsurum. Quod ad bellum
pacemque pertineat, nihil neque gratie dari, neque de iure patrie
decidi posse dixit. Nam neque de redimendo filio umquam
tractavit, neque senatum de eo agere permisit, sed ut dig-
num maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat.
Post hec leges pacis dicuntur, ut Asiam Romanis cederet, contentus
Syrie regno esset, naves universas, captivos et transfu-
gas traderet, sumptum omnem belli Romanis restitueret.
Que cum nunciata Anthiocho essent, non eo ita victum
se esse dixit, ut spoliari se regno pateretur, bellique
ea irritamenta, non pacis ~~pot~~ blandimenta esse. Igitur cum
ab utrisque bellum pararetur, ingressique Asiam Romani Ilium
pervenissent, mutua gratulatio Iliensium et Romanorum fuit,
Iliensibus Eneam ceterosque cum eo duces a se profectos,
Romanis se ab his procreatos referentibus, tantaque leticia
omnium fuit, quanta esse solet post longum tempus inter parentes
et liberos solet. Iuvabat Ilienses nepotes suos Occidente
et Affrica domita ut Asiam ut avitum regnum vendicare,
optabilem Troie ruinam fuisse dicentes, ut tam feliciter re-
nascerentur. Contra Romanos avitos lares et incunabula
maiorum templaque ac deorum simulacra inexplebile desi-
derium videndi tenebat. Profectis ab Ilio Romanis Eumenes
rex cum auxiliis occurrit, nec multo post proelium cum Anthio-
cho

commisso / cum in dextro cornu legio Romana pulsa maiore
dedecore quam periculo ad castra fugeret, M. Emilius tribunus
militum ad tutelam castrorum relictus armare se milites
suos et extra vallum progredi iubet strictisque gladiis fugientibus
minari / morituros eos nisi in prelium redirent / infestiora-
que sua quam hostium castra inventuros. Attonita tam ambiguo
periculo legio / comitantibus commilitonibus qui fugere eos prohi-
buerant / in prelium redit / magna quoque cede edita Romani victo-
res fuerunt. Cesa hostium L milia / XI milia capta. Antiochus
pacem petenti nihil ad superiores condiciones additum
additis Africano predicante Romanos neque si vincerentur
animis minui / neque si vincant secundis rebus insolescere.
Captas civitates / inter socios diviserunt / in meritis Romani
optime gloria Romani nominis vendicanda ope [illegible]

Epithoma iustini li. p. v. xxxii [illegible]

a Etoli qui Antiochum in bella Romana impulerant
victo eodem soli adversus Romanos et viribus
impares et omni auxilio destituti remanserunt
nec multo post victi libertatem quam illibatam adversus do-
minacionem Atheniensium et Spartanorum inter tot Grecie
civitates soli retinuerant / amiserunt / que condicio fuerat eo
amarior illis / quanto serior fuit / reputantibus tempora illa
quibus tantis Persarum opibus domesticis viribus restiterant
quibus Gallorum violenciam Asie Italieque terribilem
Delphico bello fregerant / que gloria recordacio maius
desiderium libertatis augebat. Dum hec aguntur medio tempore
inter Messenios et Acheos / de principatu primo dissensio
mox bellum ortum est / in eo nobilis Acheorum imperator
Philopomenes capitur non quia pugnando vite pepercit sed
dum suos in prelium revocat / in transitu fosse equo precipitatus
a multitudine hostium oppressus / quem prostratum iacentem / seu metu
audacie seu verecundia dignitatis interficere ausi non fuerunt.
Itaque leti veluti in illo omne bellum confecissent / captivum
per universam civitatem / in modum triumphi circumduxerunt
effuso obviam populo ac si suus / non hostium imperator ad
reveniret / ut victorem Achei avidius vidissent / quam
victum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci
iusserunt / ut omnes conspicerent quem potuisse capi incre-
dibile singulis videbatur. Inde in carcerem ducto vere-
cundia magnitudinis eius venenum ei dederunt / quod ille
letus ac si victor ″quesito ″accepit prius an Licortas
prefectus Acheorum / quem secundum a se esse scientia militari

sterebat incolumis effugisset, quem ut accepisset cecidisse non
inultum diu mali consulti Acheis comparat et multo
post reparato bello Messenios vincunt penas de interfecto
Philopemenis rependerunt. Interea in Syria rex Anthi-
ochus cum gravi tributo pace a Romanis victus oneratus
esset seu inopia pecunie compulsus seu avaricia
sollicitatus qua sperabat se sub specie tributarie neces-
sitatis excusatius sacrilegia commissurum adhibito exercitu
nocte templum Dodonei Iovis aggreditur qua re pro-
dita concursu insularum cum omni milite interficitur
Rome cum multe Grecie civitates questum de iniuriis
Philippi regis Macedonum venissent et disceptatio
in senatu inter Demetrium Philippi filium quem pater
ad satisfaciendum senatui miserat et legatos civita-
tum esset turba querelarum confusus adolescens repen-
te conticuit tunc senatus verecundia eius commotus quem
probata etiam antea cum obses Rome esset omnibus fuerat
causam illi donavit atque ita modestia sua Demetrius veniam
patri non iure defensionis sed patrocinio prodita pudoris
obtinuit quod ipsum decreto senatus obtinuit signifi-
catum est ut appareret non tam absolutum regem quam
donatum filio patrem que res Demetrio non tam gratiam le-
gationis quam odium obtrectationis comparat nam et fratrem
Perseum emulatam illi invidiam contraxit et apud patrem
ubi absolutionis causa offensam fecit indignante Philippo
plus momenti apud senatum personam filii quam aucto-
ritatis ac dignitatis regie maiestatis habuisse igitur
Perseus perspecta patris egritudine quotidie absentem
Demetrium apud eum criminari et primo invisum post etiam
suspectum reddere nunc amicitiam Romanorum nunc pro-
ditionem patris ei obiectare ad postremum insidias ab
eo sibi paratas confingit ad cuius rei probationem im-
mittit indices testes subornat corrumpit et facinus quod obiciat
admittit quibus rebus compulsus ad parricidium pater
funestam omnem regiam facit occiso Demetrio sublato
que emulo non negligentior tantum in patrem Perseus
verum et contumacior erat nec heredem se regni sed
regem gerebat his rebus offensus Philippus impatientius
in dies mortem Demetrii dolebat tunc et insidiis se
circumventum suspicari testes indices que torquere atque
ita cognita fraude non minus scelere Persei quam innocua
Demetrii morte cruciabatur. Perseus ultionem nisi

morte parentis functus. Ita ad bellum per tempus morbo et
egritudine contracto decessit, relicto magno belli
apparatu adversus Romanos, quo postea usus est Perseus
filius. Et Gallos Scordiscos ad bellum sollicitabat, pepulsat
fecissetque Romanis grave bellum, nisi decessisset. Namque
bello Galli adversus Delphos infeliciter gesto, in quo maiorem
vim numinis quam hostium senserant, amisso Brenno
duce pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant.
Inde per eadem vestigia qua venerant antiquam patriam
repetivere. Ex his manus quedam in confluente
Danubii et Savi consedit; Scordiscosque se appellari
voluit. Tectosagi autem, cum in antiquam patriam ~~Tholosam~~
Tolosam venissent, comprehensique peste intrabuissent,
sanitatem non prius recuperare quam aruspicum responsis
moniti aurum et argentum bellis sacrilegiisque quesi-
tum in Tolosensem lacum mergerent; quod omne magno
post tempore Cepio Romanus consul abstulit. Fuere autem
argenti pondo centum decem milia, auri pondo
quinquies decies centum milia. Quod sacrilegium causa
excidii Cepioni exercituique eius postea fuit. Romanos
quoque Cimbricane insecutus est. Ex gente Tectosagorum
non exigua multitudo dulcedine prede illecta Illiricum
repetivit, spoliatisque Histris in Pannonia consedit.
Histrorum gentem fama est originem a Colchis
ducere, missis ab Eeta rege ad Argonautas rap-
tores filie persequendos; qui ut a Ponto intraverunt
Histrum, alveo Savi fluminis penitus invecti vestigia
Argonautarum insequentes naves suas humeris
suis per iuga montium usque ad litus Adriatici maris
transtulerunt, cognito quod Argonaute idem prius propter magni-
tudinem navis prius fecissent; quos ut advecti
Colchi non repperierunt, sive metu regis sive tedio
longe navigationis, iuxta Aquileiam consedere
Histrique ex vocabulo amnis quo a mari concesserant
appellati. Daci quoque soboles Getarum sunt, qui cum Orole
rege adversus Bastarnas male pugnassent, ob
ultionem segnitie capturi somnum capita loco pedum
ponere iussu regis cogebantur, ministeriaque
uxoribus, que ipsis antea fieri solebant, facere. Neque
hec ante mutata sunt quam ignominiam bello ac-
ceptam virtute delerent. Igitur Perseus cum imperio
patris Philippi successisset, omnes has gentes ad

Histri
Daci

apud Romanos in societatem belli / solicitabat / Interim in-
ter Prusiam / regem / apud quem Hanibal post pacem Antio-
cho a Romanis datam profugerat / et Eumenem bellum
ortum est / quod Prusias Hanibalis fiducia / rupto
federe prior intulerat / Siquidem ceteris condicionibus pacis
deditionem eius postularent ~~admotu~~ admonitu a rege in
fugam verso Cretam defugerat / ibi diu quietam vitam egis-
set invidiosumque se propter nimias opes videret amphoras
plumbo repletas in templo Diane quasi fortune sue
presidia deponit atque ita nihil de illo sollicita civitate
(quia velut pignora opes eius tenebat) ad Prusiam conten-
dit / auro suo in statuas quas secum portabat infuso / ne conspecte
opes vite sue nocerent Deinde cum Prusias terrestri
bello ab Eumene victus esset / et prelium in mare transtulis-
set Hanibal novo commento fictione auctor victorie fuit quip-
pe omne serpentium genus in fictiles lagenas conici iussit
medioque prelio in naves hostium mittit Id primum Pon-
ticis ridiculum visum / fictilibus dimicare qui ferro neque-
ant / sed ubi serpentibus cepere naves repleri ancipiti
periculo circumventi hosti victoriam cessere Que ubi Rome
nunciata sunt missi a senatu legati sunt qui utrumque regem
in pacem cogerent Hanibalemque deposcerent Sed Hani-
bal re cognita sumpto veneno legationem morte pre-
venit Insignis hic annus trium toto orbe maximorum
imperatorum mortibus fuit Hanibalis Philopomenis
et Scipionis Affricani Ex quibus constat Hanib-
balem nec tunc cum Romano intonante bello Italia
contremuit / nec cum reversus Carthaginem summum impe-
rium tenuit / aut cubantem cenasse / aut plus quam sextario
vini indulsisse / pudiciciamque eum tantam inter tot cap-
tivas habuisse ut in Affrica natum quivis negaret
Moderationis certe eius fuit / ut cum diversarum gentium exercitus
rexerit neque insidiis suorum militum sit petitus umquam
neque fraude proditus cum utrumque hostes sepe temptassent

Hanibal veneno moritur

Epithoma Iustini E T P l XXXIII

m Inore quidem rerum motu Romani Mace-
donicum quam Punicum bellum gesserunt Sed tanto cla-
rius quanto nobilitate Macedones Penos antece-
serunt Quippe et gloria Orientis domiti tum etiam auxi-
lio omnium regum iuvabant Itaque Romani et legio-
nes plures uno conscripserunt et auxilia a Mas-
sinissa rege Numidarum et ceteris omnibus sociis

acceperunt et Eumenem regem Bithynie denunciavit ut bellum secundis viribus inciperet. Perseus rex Macedonum invicte opinionis gloriosus decimus belli sumptum a copia patris in thesauris et horreis erat, quibus rebus inflatus bellum oblitus solite patrie nobilem aliorum gloriam considerare sumpsit. habebat [illegible] equitum [illegible] quam veteres [illegible] fuisse, sed omnem expectationem [illegible] fefellit [illegible] legatos ad consules qui pacem peterent [illegible] eius victo dedisset [illegible] belli lege victi [illegible]. Cum consul [illegible] [illegible] victo leges dixit. Sed [illegible] [illegible] periculis belli [illegible] Aemilius Paulus consules creatus et ei [illegible] Macedonicum bellum decernitur, qui [illegible] magnam moram pugne fecit. Pridie quam bellum confecerat luna nocte defecit triste [illegible] Perseo omnibus [illegible] finem et Macedonie regni [illegible]. In ea pugna [illegible] Catonis oratoris filius dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, ex [illegible] [illegible] cadentibus in [illegible] hostium ad [illegible] clamore [illegible] [illegible] et ille [illegible] collecto magnas [illegible] edidit. Sed ad [illegible] [illegible] hostes [illegible] petit gladius et [illegible] elapsus in [illegible] cohortes hostiles [illegible] ad quem recipiendum [illegible] se [illegible] utroque [illegible] hostium [illegible] sese [illegible] sit recollecto gladio [illegible] [illegible] hostium clamore [illegible] hinc audaciam [illegible] victoriam cepere. Perseus rex fuga [illegible] et decem milibus talentorum Samothraciam defe[illegible] [illegible] Octavius, ad quem missus a consule cum duobus filiis Alexandro et Philippo captum ad consulem adduxit. Macedonia a Carano qui primus in ea regnavit ad Perseum xxx reges habuit, quorum sub regno fuit quidem annis nongentis xxiiii, sed rerum [illegible] c et duobus annis potita. Ita ad ditionem Romanorum [illegible] magistratibus per singulas civitates constitutis libera facta est. Leges quibus adhuc utitur a Paulo accepit. Aetolorum universi urbium senatus cum coniugibus et liberis qui dubia fide fuerant Romam missi, ibique ne in patria aliquis remearet diu detenti. Post multos annos legationibus eorum senatu fatigato in patriam quisque suam remissus est

Justini Epithoma super T p libri xxxiiii
Penis et Macedonibus subactis Etholorumque
viribus principis captivitate debilitatis soli
et hunc ex grecia universa Achei nimis pote-
tes tunc temporis Romanis videbantur non propter singulorum
civitatum nimias opes sed propter conspirationem universorum Nam
Achei licet per civitates velut per membra divisi sint unum
tamen corpus et unum imperium habebant singularumque urbium
pericula mutuis viribus propulsant Querentibus igitur
Romanis causam belli tempestive fortuna querelas
Spartanorum obtulit quorum agros Achei propter mutuum
odium populabantur Spartanis a senatu responsum est
legatos se ad inspiciendas res sociorum et ad iniuriam
demendam in greciam missuros Sed legatis occulte ma-
data sunt data ut corpus Acheorum dissolverent singulas-
que urbes sui iuris facerent quo facilius et ad ob-
sequium cogerentur et si que urbes contumaces essent
confringerentur Legati igitur omnium civitatum principibus
Corinthum evocatis decretum senatus recitant quid
consilii habeant aperiunt Expedire omnibus dicunt
ut singule civitates sua iura et suas leges habeant
Quod ubi omnibus innotuit veluti in furorem versi uni-
versum peregrinum populum trucidant legatos quoque ipsos Romanos
violassent ni audito tumultu trepidi fugissent
Hec ubi Rome nunciata sunt statim senatus Mummio co-
suli bellum Achaicum decrevit qui exercitu celeriter depor-
tato et omnibus strenue provisis pugnandi copiam
hostibus fecit Sed Achei veluti nihil negocii Roma-
no bello suscepissent ita apud eos neglecta et
soluta omnia fuere Itaque predam non prelium cogitantes
et vehicula ad spolia hostium reportanda addu-
xerunt et coniuges liberosque suos ad spectaculum certaminis
in montibus posuerunt Sed prelio commisso ante oculos suorum
cesi lugubre his spectaculum et gravem luctus me-
moriam reliquerunt Coniuges quoque liberi quoque eorum de specta-
toribus captivi facti preda hostium fuere Urbs ipsa Co-
rinthus diruitur populus omnis sub corona venditur ut hoc
exemplo ceteris civitatibus metus novarum rerum incute-
retur Dum hec aguntur Rex Sirie Anthiochus Ptho-
lomeo maiori sororis sue filio regi Egypti bellum
infert segni adeo et quotidiana luxuria ita
marcido Et non solum regie maiestatis officia int-
mitteret verum etiam sensu hominis nimia sagina

taceret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptholomeum Alexandriam confugit, participatoque cum eo regno Romam legatos ad senatum mittunt, auxilium petunt, fidem societatis implorant. Movere senatum preces fratrum. Mittitur itaque Pompilius ad Anthiochum, qui abstinere illum Egipto aut si iam incessisset recedere eum iubet. Cum in Egipto eum invenisset osculumque ei rex obtulisset (nam coluerat inter ceteros Pompilium Anthiochus cum obses Rome esset) tunc Pompilius facessere interim privatam amicitiam iubet cum mandata patrie intercederent, prolatoque senatus decreto et tradito cum cunctari eum videret consultationemque ad amicos referre, ibi Pompilius virga quam in manu gerebat amplo circulo inclusum ut amicos caperet consulere eos ~~iubebat~~ iubet, ut prius inde exiret quam responsum senatui daret aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum. Adeo quod hec austeritas animum regis fregit ut pariturum se senatui responderet. Reversus quoque in regnum Anthiochus decedit relicto parvulo admodum filio. Cui cum tutores dati a populo essent, patruus eius Demetrius qui obses Rome esset erat, cognita morte fratris Anthiochi senatum adiit: obsidem se vivo fratre venisse, quo mortuo cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum equum esse, quod sicuti iure gentium maiori fratri cesserit, ita nunc sibi qui pupillum etate antecedebat deberi. Cum se non dimitti a senatu animadverteret, tacito iudicio tutius apud pupillum quam apud eum regnum futurum arbitrante, sub specie venandi ab urbe profectus Hostie tacitus cum fame comitibus navem conscendit. Delatus in Siriam secundo favore omnium excipitur. Regnum quoque ei occiso pupillo a tutoribus traditur. Eodem fere tempore Prusias rex Bithinie consilium cepit interficiendi Nicomedis filii, quem abesse ablegatum cum consulere studens minoribus filiis quos ex noverca eius susceperat et Rome habebat. Sed res adolescenti ab his qui facinus susceperant proditur, hortatique sunt ut crudelitate patris provocatus occupet insidias et in auctorem retorqueat scelus. Nec difficilis persuasio fuit. Igitur cum accitus in regnum patris venisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus a filio privatusque redditus etiam a famulis deseritur. Cum in latebris ageret non minori scelere quam filium ipse occidi iusserat a filio interficitur.

Iustini Epithoma super T. P. volumen XXXV.

Demetrius occupato ~~Sicilie~~ Sirie regno novitati sue otium periculosum ratus ampliare fines regni et opes regni augere finitimorum bellis statuit. Itaque Ariarati regi Capadocie propter fastiditas sorores

imperias infestus fratrem eius Orofernem per iniuriam reg-
pulsum supplicem recepit datum sibi honestum belli
titulum gratulatus restituere eum in regnum statuit Sed
Orofernes ingrato animo inita cum Anthiocensibus
pactione offensis tunc a demetrio pellere ipsum regno a
quo restituebatur consilium cepit quo cognito Demetrius
vite quidem eius ne Ariarates metu fratris belli li-
beraretur pepercit Ipsum autem comprehensum mittit
Seleuchie custodiri iubet Nec Anthiocenses indicio
territi a defectione destiterunt Itaque adiuvantibus et
Ptholomeo rege Egipti et Attalo rege Asie et Ari-
arate ~~Caso~~ Cappadocie bello a Demetrio lacessiti
subornant in Halam quendam sortis extreme iuvenem
qui Sirie regnum velut paternum bellis repeteret et
ne quid contumelie deesset nomen ei Alexandri inditur
genitusque ab Anthiocho rege dicitur tantum odium
Demetrii apud omnes erat ut emulo eius non vires tantum
regie verum etiam generis nobilitas consensu omnium tribu-
eretur Igitur Alexander ad mirabilem rerum veritatem pristi-
narum sordium oblitus totius ferme viribus Orientis
succinctus bellum Demetrio infert victumque vita pariter
et regno spoliat Quamquam et Demetrio animus in propulsando
bello defuit Nam primo prelio hostem fugat et regibus bellum
restituentibus multa milia in acie cecidit Postremum
tamen invicto animo inter confertissimos hostes fortissime
dimicans cecidit Initio belli Demetrius duos suos
filios apud Cnidum hospitem suum cum magno auri
pondere commendaverat ut belli periculis eximerentur Et
si ita sors tulisset paterne ultioni servarentur Ex his
maior Demetrius annos pubertatis egressus audita Alexandri
luxuria quem insperate opes et aliene felicitatis orna-
menta velut ~~ca~~ captivum inter scortorum greges desidem in regia
tenebant auxiliantibus Cretensibus securum ac nihil hostile
metuentem aggreditur Anthiocenses quoque veterem
offensam novis meritis correctura se ei tradunt Sed et mili-
tes paterni favore iuvenis accensi priore sacramenti religione
novi regis superbie preferentes signa ad demetrium transferunt
Atque ita Alexander non minore impetu fortune destructus quam
elatus primo prelio victus interficitur et solvit dedit penas et Demetrio
quem occiderat et Anthiocho cuius mentitus originem //

i. Iustini Epithoma super volu // fuerat
men Troi Pompei tricesimum sextum explicit

Ecuperato patrio regno Demetrius et ipse rerum succes-
su corruptus vitiis adolescentie in segnitiam labitur
tantumque contemptum apud omnes inertie quantum odium
pater ex superbia habuerat. Itaque cum ab imperio eius passim civitates
deficerent ad abolendam segnitie maculam bellum parthis inferre
statuit cuius adventum non inviti orientis populi videre et propter
arsacide regis parthorum crudelitatem et quod veteri macedonum im-
perio adsueti novi populi superbiam indigne ferebant. Itaque cum
ad persarum et Elimeorum bactrianorumque auxiliis iuvaretur
multis preliis parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione
deceptus capitur traductusque per ora civitatum populis qui de-
fecerant in ludibrium favoris ostenditur. Missus deinde in hyrca-
niam benigne et iuxta cultum pristine fortune habetur. Dum hec
aguntur interim in Siria Tripho qui se tutorem Anthio-
chi Demetrii privigno se ascribi a populo laboraverat occiso
pupillo regnum Syrie invadit. quo diu potitus tandem exo-
lescente favore recentis imperii ab Anthioco puero admodum
Demetrii fratre qui in Asia educabatur bello vincitur rursusque
Syrie regnum ad sobolem Demetrii redditur. Igitur Anthiochus
memor quod et pater propter superbiam invisus et frater propter segnitiem
contemptus fuisset ne in easdem vitia incideret recepta in
matrimonium Cleopatra uxore fratris civitates que initio
fraterni imperii defecerant summa industria persequitur
domitasque rursus regni terminis adiecit. Iudeos quoque qui in
Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem
vendicaverant subigit. quorum regem tulerint vires
tante fuere ut post hunc nullum Macedonum regem tulerint
domesticisque imperiis usi Syriam magnis bellis infesta-
verint. Namque Iudeis origo Damascena que Syrie
Origo Iudeorum nobilissima civitas est. unde et assiriis Syriis regibus
genus et regine Semiramidi fuit. nomen urbi a Damasco
rege inditum in cuius honorem Syri sepulcrum Arathis uxoris
eius pro templo coluere deamque exinde sanctissime religionis
habent. post Damascum Azelus mox Adores et Abrahamus
et Israel reges fuere. Sed Israelem felix decem filiorum
proventus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem
regna divisum filiis tradidit omnesque ex nomine Iude qui
post divisionem decesserat Iudeos appellavit colique memoriam
eius ab omnibus iussit cuius portio omnibus accesserat. Mi-
nimus etate inter fratres Joseph fuit cuius excellens ingenium
fratres veriti clam interceptum peregrinis mercatoribus vendi-
derunt a quibus deportatus in Egiptum. Cum magicas ibi
artes solerti ingenio percepisset brevi ipsi regi percarus

fuit sed et prodigiorum sagacissimus erat et sompniorum primus intelligen-
tiam condidit nihilque divini iuris humanique ei incognitum
videbatur adeo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos
providerit perissetque omnis Egiptus fame nisi monitu
eius rex edicto servari per multos annos fruges iussisset tanta-
que experimenta eius fuerunt ut non ab homine sed a deo responsa dari
viderentur. Filius eius Moyses fuit quem etiam preter paterne
scientie hereditatem forme pulchritudo commendabat. Sed cum
Egipcii scabiem et vitiliginem paterentur responso moniti eum
cum egris ne pestis ad plures serperet terminis Egipti pel-
lunt. Dux igitur exulum factus sacra Egipciorum furto abstu-
lit que repetentes armis Egipcii domum redire tem-
pestatibus compulsi sunt. Itaque Moyses Damascena antiqua
patria repetita montem Sina occupat in quo septem dierum
ieiunio per deserta Arabie cum populo suo fatigatus cum tandem
venisset septimum diem more gentis sabbatum in omne evum
ieiunio sacravit quoniam illa dies famem illis erroremque finierat.
Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Egipto meminerat
ne eadem causa apud incolas forent caverunt ne cum
peregrinis convivere(n)t quod ex causa factum paulatim ad
disciplinam religionemque convertit. Post cuius mortem et
filius eius Arvas sacerdos sacris Egipciis mox rex
creatur semperque exinde hic mos apud Iudeos fuit
ut eosdem et reges et sacerdotes haberent quorum iustitia re-
ligioni permixta incredibile quantum coaluere. Opes
genti ex vectigalibus opobalsami crevere quod in his
tantum regionibus gignitur. Est namque vallis que continu-
is montibus velut muro quodam instar castrorum clau-
ditur spatium loci ducenta iugera nomine Tacros dicitur. Tacros
In ea valle silva est et ubertate et amenitate insig-
nis siquidem palmeto et opobalsamo distinguitur. Et arbo-
res opobalsami similem formam piniceis arboribus
habebant nisi quod sunt humiliores magis et in vinearum morem
excoluntur hee certo anni tempore balsamum sudant. Sed
non minor loci eius apricitatis quam ubertatis admiratio
est. Quippe cum toto orbe regionis ardentissimus sol
sit ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opaci-
tas inest. Non longe est lacus qui propter magnitudinem aque
et immobilitatem aque Mortuum mare dicitur. Nam neque
ventis movetur resistente turbinibus bitumine quo aqua
omnis stagnatur neque navigationis patiens est quoniam
omnia vita carentia in profundum merguntur nec materiam
ullam sustinet nisi que alumine illustratur. Primus

Xerxes rex persarum victos domuit postea cum ipsis persis in dicionem
domuit Alexandri magni venere deinde in potestate macedonici
imperii subiecti Sirie regno fuere a demetrio cum descivissent
amicicia Romanorum petita primi omnium ex orientalibus libertatem
acceperunt facile tunc Romanis de alieno largientibus per eadem tempora
quibus in Siriam regni mutacio inter novos reges agitabatur
in asia rex attalus florentissimum ab Eumene patruo acceptum
regnum cedibus amicorum et cognatorum suppliciis fedabat nunc
matrem anum anum nunc beronicem sponsam maleficiis
eorum necatas confingens post scelestem violentie rabiem squa-
lidam vestem sumittit non in publicum prodire non populo se
ostendere non domi leciora convivia inire aut aliquod signum sani
hominis habere prorsus ut penas pendere manibus interfec-
torum videretur omissa deinde regni administracione ortos
fodiebat gramina serebat et noxia innoxiis permiscebat
ea que omnia veneni succo infecta velut peculiare munus
amicis mittebat ab hoc studio erarie arti fabricande se
tradidit cerisque fingendis et ere fundendo procudendoque
oblectatur matri deinde sepulcrum facere instituit cui
operi intentus morbum ex solis fervore contraxit et
septima die decessit huius testamento heres populus romanus
instituitur sed fuit ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio
sed ex pelice Ephesia citharistae cuiusdam filia genitus
qui post mortem attali velut paternum regnum asiam
invasit cum multa secunda prelia adversus civitates que
metu Romanorum tradere se eidem nolebant fecisset iustusque iam
rex videretur Asia licinio Crasso consuli decernitur
qui intentior attalice prede quam bello cum extremo anni
tempore inordinata acie prelium conseruisset victus penas incon-
sulte avaricie sanguine dedit in huius locum missus perpenna
consul prima congressione Aristonicum superatum in potestatem
suam redegit Attalicasque gazas hereditarias populi romani
navibus depositas roma deportavit quod egre ferens suc-
cessor eius marcus Aquilius consul ad eripiendum potius
Aristonicum perpenne veluti sui triumphi potius munus esse
deberet festinata velocitate contendit sed contencionem
consulum mors perpenne diremit sic Asia Romanorum
facta fuit cum opibus suis vicia quoque romam transmisit

Epithoma iustini super Trogum pompeium volumen xxxvii

apto Aristhonico massilienses pro phocensibus
conditoribus suis quorum urbem senatus et omne nomen
quod et tunc et antea anthiochi bello infesta contra
populum romanum arma tulerat deleri iusserat legatos romam

desertam invenere regna quae hiis a senatu obtinuere pro
his regibus qui adversus Aristonicum auxilia tulerant prima
propulsata Mitridati pontico Syria maior filiis Aria-
ratis regis Capadocie qui eodem bello ceciderat Licao-
nia et Cilicia date. Fidelior quam populus romanus in socii fili-
os quam mater in liberos fuit quippe hinc parvulis auctum
regnum inde vita adempta. Namque Laodice ex numero sex
filiorum quos virilis sexus ex Ariarate rege susceperat
timens ne non diutina administratione regni adultis quibus-
dam potiretur quinque parricidali veneno necat unum
parvulum sceleri matris cognatorum custodia eripuit
qui post necem Laodices (nam propter crudelitatem populus eam
extinxerat) solus regno potitus est. Mitridates quoque repen-
tina morte interceptus filium qui et ipse Mitridates dictus
est reliquit cuius postea tanta magnitudo fuit ut non sui
tantum temporis verum etiam superioris etatis omnes reges maie-
state superaverit bella quoque cum Romanis per sex et qua-
draginta annos varia victoria gesserit cum eum summi imperatores
Silla Lucullus ceterique in summa Cneus Pompeius ita vi-
cerit ut maior clariorque in restaurando bello resur-
geret damnisque suis non vi hostili victus sed voluntaria
morte in avito regno senex herede filio decessit. Cuius
futuram magnitudinem etiam celestia ostenta predixerant.
Nam et eo quo genitus est anno et eo quo regnare primum
cepit stella cometes per utrumque tempus LXX ita luxit
ut celum omne conflagrare videretur. Nam et magnitudine
sui quartam partem celi occupaverat et fulgore sui solis
nitorem vicerat et cum oriretur occideretque quatuor
horarum spacium consumebat. Puer tutorum insidias
passus est qui eum fero equo impositum equitare iactari-
que cogebant. Qui cum opinionem eorum fefellisset supra etatem
regente equum Mitridate veneno eum appetivere quod
metuens antidota sepius bibit et ita se adversus insi-
dias exquisitis tutioribus remediis stagnavit ut ne
volens quidem senex veneno mori potuerit. Ti-
mens deinde ne inimici quod veneno non poterant ferro
peragerent venandi studium finxit quo per septem annos neque
urbis neque ruris tecto usus est sed per silvas vagatus
diversis montium regionibus pernoctabat ignaris omnibus
quibus esset in locis assuetus feras cursu aut fugare aut persequi
cum quibusdam etiam viribus congredi. Quibus rebus et insi-
dias vitavit et corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.
Ad regni deinde administrationem cum accessisset statim non

de regendo quam de augendo regno cogitat. Itaque Scythas invictosque antea, qui Zapyriona Alexandri magni ducem cum xxx milibus armatorum deleverant, qui Cyrum Persarum regem cum cc milibus trucidaverant, qui Philippum Macedonum regem fugientibus [illegible] ingenti felicitate perdomuit. Auctis igitur viribus Pontum quoque ac deinceps Capadociam occupat. Cum de Asia tractaret, tacitus cum quibusdam amicis regno profectus universam nemine sentiente pervagatus est, omniumque urbium situm ac regiones cognovit. Inde in Bithyniam transcendit, et quasi iam dominus opportuna quaeque victoriae suae metatus est. Post haec in regnum, cum iam periisse crederetur, reversus est invenitque parvulum filium, quem per absentiam eius soror uxorque Laodice enixa fuerat. Sed inter gratulationes post longam peregrinationem adventus sui et filii geniti veneno periclitatus est [attemptatus]. Siquidem Laodice soror, cum periisse eum crederet, in concubitus amicorum proiecta, quasi admissum facinus maiori scelere tegere posset, venenum advenienti parat. Quod cum ex ancillis Mitridates cognovisset, facinus in auctores vindicavit. Hieme deinde non in convivio, sed in campo, non in vacationibus sed in exercitationibus, non inter sodales sed inter aequales, aut equo aut cursu aut viribus contendebat. Exercitum quoque suum ad laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat, atque ita invictus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat. Inita deinde cum Chrisostomede Nicomede societate Paphlagoniam invadit, victamque cum socio dividit. Quam cum teneri a regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit, qui gentem in pristinum restitui iuberent. Mitridates cum se iam parem magnitudini Romanorum crederet, superbo responso hereditarium patri regnum suo obvenisse respondit; mirari se quod cum ei relata controversia non fuerit, sibi referatur. Nec territus minis Gallaciam quoque occupat. Nicomedes, quia se iure tueri non poterat, iusto regi redditurum se respondit. Atque ita filium suum Philamenem Paphlagonum regum nomine appellat, et quasi stirpi regiae reddidisset regnum, falso nomine mentitus est. Sic ludibrio habiti Romanorum legati Romam revertuntur.

Iustini Epithoma super T. P. volumine xxxviii

Mitridates parricidia a nece uxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cuius virum Ariarathem regem Cappadociae per Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit, nihil actum morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum cuius ille

cupiditate flagrabat / occupasset Igitur cum in hiis cogi-
tacionibus esset / Interim Nicomedes rex Bithinie vacuam
morte regis Cappadociam invadit / quod cum nunciatum Mitridati
fuisset / per simulacionem pietatis auxilia sorori ad pellendum
Cappadocia Nicomedem mittit Sed iam Laudice per pactionem
se Nicomedi in matrimonium tradiderat / quod egre ferens
Mitridates presidia Nicomedis Cappadocia expellit re-
gnumque sororis filio restituit / Egregium prorsus factum
nisi subsecuta fraus esset / Siquidem interiectis diebus mensibus
simulat se Gordium / quo ministro usus in Ariarathe inter-
ficiendo fuerat / restituere in patriam velle sperans si ob-
sisteret adolescens / causas belli futuras / aut si permitteret
per eundem filium tolli posse per quem interfecerat patrem quod
ubi Ariarathes iunior cognovit / indigne ferens interfecto-
rem patris per avunculum potissimum ab exilio revocatum
ingentem exercitum contrahit Igitur cum in aciem eduxisset
Mitridates peditum lxxx milia equitum decem milia
currusque falcatos sexcentos / nec Ariarathi auxiliantibus
finitimis regibus minores copie essent / incertum bellum times
consilia ad insidias transfert Sollicitatoque iuvene
ad colloquium / cum ferrum occultatum inter fascias gereret
scrutatore ab Ariarathe regio more misso / curiosius
imum ventrem pertractanti / ait / caveret / ne aliud telum
inveniret quam quereret / atque ita risu protectis insidiis sevo-
catum ab amicis velut ad secretum sermonem inspectante
utroque exercitu interficit regnumque Cappadocie octo
annorum filio imposito Ariarathis nomine / additoque rectore
Gordio tradidit / Sed Cappadoces crudelitate ac libidine
vexati / a Mitridate deficiunt / fratremque regis et ipsum Ari-
arathem nomine ab Asia ubi educabatur / revocant
cum quo Mitridates prelium renovat / victumque regno
Cappadocie expellit / nec multo post adolescens ex egritudine
collecta infirmitate decedit post huius mortem Nico-
medes timens / ne Mitridates accessione Cappadocie
etiam Bithinniam finitimam invaderet / subornat puerum
eximie pulchritudinis quasi Ariarathes tres non duos filios
genuisset / qui a senatu Romano paternum regnum pete-
ret. Uxorem quoque Laodicen Romam mittit / ad testimonium
trium ex Ariarathe susceptorum filiorum / quod ubi Mitrida-
tes cognovit et ipse pari impudentia Gordium Romam
mittit. qui senatui asseveret. puerum cui regnum Cappa-
docie tradiderat / ex Ariarathe genitum / qui in bello
Aristonici / auxilia Romanis ferens cecidisset Sed

Senatus studio regum intellecto aliena regna falsis nominibus furantium Mitridati Cappadociae et Nicomedi ad solacia eius Paphlagoniam ademit / ac ne contumelia regum foret / ademptum illis quod daretur aliis / uterque populus libertate donatus est Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes / negant vivere gentem sine rege posse Itaque rex illis a Senatu Ariobarzanes constituitur Erat eo tempore Tygranes rex Armeniae obses Parthis ante multum temporis datus olim ab hisdem in regnum paternum remissus hunc Mitridates mire ad societatem suam belli quod olim meditabatur pollicere cupiebat Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem per Gordium impellit / ut Ariobarzani segni admodum bellum inferat / et ne quis dolus subesse videretur / filiam suam ei Cleopatram in matrimonium tradit Primo igitur adventu Tygranis Ariabazanes sublatis rebus suis Romam contendit / atque ita rursus Cappadocia / iuris esse Mitridatis cepit Eodem tempore mortuo Nicomede etiam filius eius et ipse Nicomedes regno a Mitridate pellitur qui cum supplex Romam ~~cepisset~~ venisset decernitur in senatu ut uterque in regnum restituatur In quam missi Mitridates Aquilius et Mallius Maltinus legati His cognitis Mitridates societatem cum Tygrane bellum adversus Romanos gesturus iungit pactique inter se sunt / ut urbes agrique Mitridati / homines vero et quecumque auferri possent Tygrani cederent / Post haec Mitridates intellecto quantum bellum suscitaret legatos ad Cimbros alios que ad Gallogrecos et Sarmathas Bastarnasque auxilium petitum mittit Nam et omnes has gentes / Romanum meditabundus bellum / variis beneficiorum muneribus iam ante illexerat / A Scithia quoque venire exercitum iubet / omnemque orientem adversus Romanos armat Non magno igitur labore Aquilium et Maltinum Asiano exercitu instructos vincit / quibus simul cum Nicomede pulsis ingenti favore civitatum excipitur / multumque ibi auri argentique / studio veterum regum / magnumque apparatum invenit / quibus instructus debita civitatibus publica privata remittit et ~~vacationem~~ vacationem quinquennio concedit Tunc ad contionem milites vocat / eosque variis exhortationibus ad Romana bella sive ~~Asiae~~ Asiana concitat / quam orationem dignam duxi cuius exemplum brevitati huius operis insererem quam obliquam Pompeius Trogus ex-

Tigranes

posuit, quoniam in Livio et in Salustio reprehendit quod conciones
directas pro sua oratione operi suo inserendo, historie modum
excesserint. Optandum sibi fuisse ait, ut de eo liceret
consulere, bellum ne sit cum Romanis an pax habenda. quin
vero sit resistendum impugnantibus ut eos quidem dubitare
qui spe victorie careant. Quippe adversus latronem, si
nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere.
Ceterum quia non id agitur an liceat quiescere, non tantum
animo hostili, sed etiam prelio congressis, consulendum qua
ratione ac spe cepta bella sustineant. Esse autem sibi
victorie fiduciam, si sit illis animus. Romanosque vinci
posse cognitum non sibi magis quam ipsis militibus, qui
et in Bithinia Aquilium et Maltinum in Cappadocia
fuderint. Ac si quem aliena magis exempla quam sua ex-
perimenta moveant, audire se a Pirrho rege Epiri
non amplius quinque milibus Macedonum instructos fusos
tribus preliis Romanos. Hanibalem audire .xvi. annis
Italie victorem inmoratum, et quin ipsam caperet Ro-
mam non Romanorum illi vires restitisse, sed domestice
emulationis atque invidie studium. Audire populos transal-
pine Gallie Italiam ingressos maximis eam
pluribusque urbibus possidere et latius aliquanto solum
finium quam in Asia que dicatur imbellis, eosdem
Gallos occupasse. ut solum victam sibi dici Romam
a Gallis, sed etiam captam, ita ut unius illis montis
cacumen relinqueretur, ut bello hostem,
sed pretio remotum. Gallorum autem nomen quod semper Ro-
manos terruit, in partem virium suarum ipse nu-
meret. Nam hos qui Asiam incolunt, Gallos ab illis qui
Italiam occupaverunt sedibus tantum distare, originem
quidem ac virtutem genusque pugne idem habere, tanto-
que his acriora esse ingenia ista quam illis, quanto longi-
ore ac difficiliore spacio per Illiricum Traciamque
prodierint, pene operosius transitis eorum finibus quam
ubi consedere possessis. Iam ipsam Italiam audire se
unquam ut Roma condita sit, satis illis pacatam,
sed assidue per omnes annos pro libertate alios, quosdam
et pro vice imperii bellis continuis perseverasse, et
a multis civitatibus Italie deletos Romanorum exercitus,
~~feci~~ ferri a quibusdam novo contumelie more sub
iugum missos. Ac ne veteribus immoretur exemplis,
hoc ipso tempore universam Italiam bello Marsico con-
surrexisse, non iam libertatem, sed consortium imperii civitatis

quam potentes. Nunc cum medio Italie bello quoque domestico
principum factionibus urbem premi, multo quam periculosius esse
Italico simile bellum Cimbricum et a Germania Cim-
bros immensa milia ferorum atque immitium populorum more
procelle inundasse Italiam, quorum et si singula bella
Romani sustinere possent, universis tamen obruentur, ut ne
vocaturos quidem bello suo putet. Utendum igitur
occasione et rapienda incrementa virium, ne si illis
occupatis quieverint, mox adversus vacuos et quietos
maius negotium habeant. Non enim queri an capienda
sint arma, sed utrum sua occasione potius an illorum. Nam
bellum quidem iam tunc secum geri ab illis ceptum, cum sibi
pupillo maiorem Frigiam ademerint, quam patri suo premium
dati adversus Aristonicum auxilii concesserant, gentem
quam a proavo suo Mithridati Seleuchus ~~Call~~ Calli-
nicus in dotem dedisset. Quid cum Paphlagonia decede-
re iusserunt, nonne alterum illorum genus belli fuisse, quam
non vi, non armis, sed adopcione testamenti et regum
domesticorum interitu hereditariam patri suo venisse.
Cum mandatis haud decretorum amaritudinem parendo
non tamen eos mitigaret quin atrocius in dies seviret,
non obtinuisse. Quod ~~et a se~~ enim a se non prebitum
a se illis obsequium, non Phrigiam Paphlagoniamque
dimissas, non Cappadocia filium eductum, quam iure gentium
victor occupaverat, raptam tamen sibi esse victoriam
ab illis, quorum nihil est nisi bello quesitum. Non regem
Bithinie Chrestum, in quem senatus arma decreverat,
a se in graciam illorum occisum, tamen nichilominus imputari
sibi si qua Gordius aut Tigranes faciat. Libertatem
et in contumeliam sui a senatu ultro delatam Cappado-
cie, quam reliquis gentibus abstulerunt. Deinde populo Cappa-
docum pro libertate oblata Gordium regem oranti ideo
tantum quia amicus suus esset non obtinuisse. Nicomedem
precepto illorum bellum sibi intulisse, quia ultum ierit se
Civitates ab ipsis ventum obviam, et nunc eam fore
bellandi causam fore, quod non impune se Nicomedi
lacerandum saltatricis filio prebuerit. Quippe non delicta
regum illos, sed vires ac maiestatem insequi, neque
in se uno, sed in aliis quoque omnibus hac semper arte grassa-
tos. Sic et avum suum Pharnacem per cognicionum ar-
bitria succedaneum regi Pergameno Eumeni datum.
Sic rursus Eumenem, cuius exercitu magis quam suo
et magnum Antiochum et Gallos in Asia et mox

et mox in Macedonia regem Perseum domuerunt et spem ex hoste habitam ei quam invictam dictam Italiam et quod non deforme quam putaverunt cum filio eius Aristico Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos maiora quam Masinisse regis Numidarum haberi merita, hunc imperatori victum Hanibalem, hunc captum Siphacem, hunc Carthaginem deletam, hunc inter duos illos Affricanos tercium senatorem urbis referri; tamen cum huius nepote bellum in Affrica gestum adeo inexpiabile ut ne victum quidem ine prius memorie donaret quam carcerem ac triumphi spectaculo exciperetur. Hanc illos omnibus regibus regem odiosum dixisse, scilicet quod ipsi tales reges habuerint, quorum etsi nominibus erubescat, aut pastores ab Aboriginum aut aruspices Sabinorum aut exules Corinthiorum aut servos vernas quam Tarquinio aut quo honoratissimum nomen fuit inter hos subditos atque ut apud ferunt conditores suos lupe uberibus alitos. Sic bonum illum populum luporum animos inexplebiles sanguinis atque imperii divitiarum quam avidos ac ieiunos habere. Si autem seu nobilitate illis comparetur claritatem illa colluvie convenarum esse quam patrios maiores suos a Ciro Dario quam conditoribus imperii Macedonici referat. Seu populi illyrico conferatur suo-carum se Grecorum esse qua non nisi Romano imperio sunt pares si Macedonico quam obstiterint. Nullas sibi certamine generalis sibi cepta peregrina imperia. Nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam velint an Paphalagoniam recensere, rursus Pontum aut Bithiniam. Item quam Armeniam maiorem minorem quam quattuor geniam nullam neque Alexander ille qui totum pacavit orientem nec quisquam successorum eius aut posterorum attigisse. Scythiam duos unquam ante se reges non fatigare, sed tamen intactam ausos Darium et Philippum egisse inde fugam sibi expetisse. Unde ipse magnus adversus Romanos parte viciam fecit, Achillo quam se tunc ac difficilius bella Pontica ingressus ceteris ipse cum ac tamen esse Scythie preter arma, tantum quam animi victorum quam se latitudinibus vel fugitantibus instructe per quas se invaderetur maximis militia periculis ac labor sint quas difficultates ut spes quidem primum fore co hoste vago ut tamen pecunie sed inopie inter se dirupta conditionem ingredi. Ita neque celo Asie esse temperatum aliud ut solo fertilius ut urbium multitudine amenius neque quam temporis preterea non ut militiam sed ut festum

Reges Rome

dem acturos bello. Dubium facili magis an vbere si
mo aut Pergamas regni Attalici opes aut veteres Lidie
Ionie que adierint quas non expugnaturi eant sed posses-
suri. Tantumque avida expectat Asia ut etiam vocibus vocet adeo
illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum sectio
publicanorum calumpnie litium. Sequerentur se modo fortiter,
colligerent quid se duce possit efficere tantus exercitus
quem sine cuiusque militum auxilio suamet unius
opera viderint Cappadociam cesso rege ce-
pisse qui solus mortalium Pontum omnem Scithiamque
pacaverit quam nemo ante transire tuto atque adire
potuerit. Nam iusticie atque libertatis sue ne ipsos milites
quidem experimentum refugere et illa indicia
habere quod solus regum omnium non solum paterna verum etiam
extera regna hereditate propter munificentiam ad-
quisita possideat Colchos Paphlagoniam Bosphorum.
Sic excitatis militibus post annos tres et XX sumpti
in Romana regna bella descendit. Sed in Egipto
rege interim Ptholomeo mortuo ei qui Cyrenis
regnabat Ptholomeo per legatos regnum et uxor
Cleopatra regina soror illius defertur. Letus igitur
hoc solo Ptholomeus quod sine certamine fratris regnum
recepisset in quod fratris ornari et a matre Cleopatra
et a favore principum fratris filium cognoverat, eum
infestus omnibus statim ubi Alexandriam ingressus
est fautores pueri trucidari iussit. Ipsum quoque nup-
tiarum die quibus matrem eius in matrimonium recipi-
ebat inter apparatus epularum et solempnia religionum
in complexu matris interficit atque ita thorum sororis
per cede filii eius cruentus ascendit. Post quod non mitior
et in eos populares qui eum in regnum vocaverant fuit.
Siquidem peregrinis militibus licentia cedis data omnia
sanguine cotidie manabat. Ipsam quoque sororem
filia eius virgine per vim stuprata et in matrimonium
sumpto repudiat. Quibus rebus territus populus in diversa
labitur patriamque metu mortis exul relinquit.
Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptholo-
meus cum regem se non hominum sed vacuarum edium
videret edicto peregrinos sollicitat. Quibus conflu-
entibus obvius legatis Romanorum Scipioni Affri-
cano et Spurio Mummio et L. Metello qui ad in-
spicienda sociorum regna veniebat procedit. Sed
quam cruentus civibus tam ridiculus Romanis fuit

Erat enim et vultu deformis et statura brevis et sagina ventris non homini sed belue similis, quam feditatem nimia subtilitas perlucide vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda preberentur que omni studio occultanda pudibundo viro erant. Post discessum deinde legatorum, quorum Affricanus dum inspicit urbem spectaculo Alexandrinis fuit, Ptholomeus iam et peregrino populo invisus cum filio quem ex sorore susceperat et cum uxore pellice metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur, contractoque mercenario exercitu bellum sorori pariter et patrie infert. Arcessitum deinde maximum a Cyrenis filium ne eum Alexandrini contra se regem crearent interficit. Tunc populus statuas corpus quoque in membra divisum et in cista impositum matri die natalis eius inter epulas offerri curat. Que res non regine tantum verum etiam universe civitati acerba et luctuosa fuit, tantumque merorem festivissimo die convivio intulit, ut regia omnis repentino luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis ad exequias membra lacerata populo ostendunt, et quid sperare de rege suo debeant filii cede demonstrant. Finito luctu orbitatis Cleopatra cum urgeri se fraterno bello videret, auxilium a Demetrio rege Syrie per legatos petit, cuius et ipsius varii et memorabiles casus fuere. Namque Demetrius sicut supra dictum est, cum bellum Parthis intulisset, multis quoque congressionibus victor fuisset, repente insidiis circumventus amisso exercitu capitur. Cui Arsacides Parthorum rex magno et regio animo misso in Hyrcaniam non cultum tantum regium prestitit, sed et filiam in matrimonium dedit. Dedit regnum quoque Syrie, quod per absentiam eius Trapho occupaverat, restituturum promisit. Post huius mortem desperato reditu non ferens Demetrius captivitatem, privatam et sic opulentam vitam pertesus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi et comes Callimander erat amicus, qui post captivitatem eius a Syria per Arabie deserta ducibus pecunia comparatis Parthico belle habitu Babyloniam pervenerat. Sed fugientem Phrahates, qui Arsacidi successerat, equitum celeritate per compendiosos tramites occupatum retrahit. Ut est perductus ad regem, Callimandro non tantum venia verum et premium fidei datum. Demetrium autem graviter castigatum ad coniugem

in hyrcaniam dimittit. additisque custodijs observari
iubet. Interiecto tempore ad fidem et suscepti sibi liberi fa-
cerent eodem amico comite repetita est. sed pari infe-
licitate prope fines regni sui deprehenditur ac denuo
perductus ad regem ut invisus a conspectu submovetur
Tunc quoque uxori et liberis donatus in hyrcaniam pe-
nalem sibi civitatem remittitur talisque aureis in
exprobrationem puerilis levitatis donatur Sed hanc partho-
rum tam mitem in demetrium clementiam non mi-
sericordia gentis faciebat nec respectus cognationis
Sed quod Sirie regno affectabat usuri demetrio adversus
Anthiochum fratrem prout res vel tempus vel fortuna
belli exegisset. His auditis Anthiochus occupandum bellum
bellum ratus exercitum quem multis finitimorum bellis indura-
verat adversus parthos ducit. Sed luxurie non minor ap-
paratus quam milicie fuit. Quippe lxxx milia armatorum
secuta sunt trecenta milia lixarum. ex quibus coquorum
pistorum scenicorumque maior numerus fuit. Argenti
auri quoque certe tantum ut etiam gregarii milites aureas
caligas ferent proculcarentque materiam cuius amore
populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instru-
menta fuere prorsus quasi ad epulas non ad bellum pergerent
Advenienti Anthiocho multi orientales reges occur-
rere tradentes se regnaque sua cum execratione superbie par-
thice. Nec mora congressioni fuit Anthiochus tribus preliis
victor cum Babiloniam occupasset magnus haberi cepit
Itaque ad eum omnibus populis deficientibus nihil parthis
reliqui preter patrios fines fuit. Tunc frahates deme-
trium in Siriam ad occupandum regnum cum parthico presidio
mittit ut eo pacto Anthiochus ad sua tuenda a par-
thia revocaretur. Interim quoniam viribus non poterat
insidiis Anthiochum ubique temptabat. propter multitudinem
hominum exercitum suum Anthiochus per civitates in
hiberna diviserat. que res exitii causa fuit. Nam
tam gravari se copiarum prebitione et iniurijs militum
civitates quas in hiberna diviserat ad parthos
deficiunt et die statuta omnes apud se divisum ex-
ercitum per insidias ne invicem ferre auxilia possent
aggrediuntur. que cum nunciata Anthiocho essent
auxilium proximis laturus cum ea manu que secum hi-
emabat progreditur et in itinere obvium regem parthorum
habuit adversus quem fortius quam exercitus eius dimicavit ad
postremum tamen cum virtute hostes vincerent metu suorum

destitutus occiditur. cui Frabates exequias regio more
fecit filiamque Demetrii quam secum Anthiochus adduxe-
rat captus amore virginis uxorem duxit penitere deinde
dimissi demetrii cepit ad quem retrahendum cum turmas equi-
tum festinanter misisset Demetrium hoc ipsum metuentem
iam in regno missi invenerunt frustraque omnia conati
ad regem suum reversi sunt

Epithoma iustini super l. p. volu. xxxix

a nthiocho in parthia cum exercitu deleto fra-
ter eius Demetrius obsidione parthorum liberatus
ac restitutus in regnum cum omnis siria in luctu
propter amissum exercitum esset quasi parthica ipsius ac fratris
bella quibus alter captus alter occisus erat prospere
gessisset ita Egipto bellum inferre statuit regnumque
Egipti Cleopatra socru precium auxilii adversus
fratrem suum pollicente Sed dum aliena affectat ut
adsolet fieri propria per defectionem Sirie amisit Siquidem
Anthiochenses primum duce Triphone execrantes super-
biam regis que conversatione parthice crudelitatis in-
tolerabilis facta erat mox apameni cetere civitates
exemplum secute per regis absentiam a demetrio defecere
Ptholomeus vero rex Egipti bello ab eodem petitus
cum cognovisset Cleopatram sororem suam opibus Egip-
ti navibus impositis ad filiam et Demetrium generum
in Siriam profugisse immittit iuvenem quendam Egip-
cium protarchi negociatoris filium qui regnum Sirie
armis peteret et composita fabula quasi per adoptionem
Anthiochi regis receptus in familiam regiam esset ut
Siriis quemlibet regem aspernantibus ne demetrii super-
biam paterentur nomen iuveni Alexandri imponitur auxiliaque
ab Egipto ingentia mittuntur interea corpus Anthi-
ochi interfecti a rege parthorum in loculo argenteo
ad sepulturam in Siriam remissum pervenit quod cum
ingenti studio civitatum et regis Alexandri ad confirmandum
fabule fidem excipitur que res illi magnum favo-
rem popularium conciliavit omnibus non fictas in
eo sed veras lacrimas existimantibus Demetrius autem
victus ab Alexandro cum undique circumstantibus malis
premeretur ad postremum etiam ab uxore filiisque
deseritur Relictus igitur cum paucis servulis cum Thi-
rum religione se templi defensurus petisset navi
egrediens prefecti iussu interficitur Alter ex filiis Se-
leuchus quod iniussu matris diadema sumpsisset

abeat misit. Alteri cum Grypo postea nasi magnitudinis cognomen fuit regnum dedit, ut nomen regis penes filium, vis autem imperii penes matrem esset. Sed Alexander occupato Sirie regno tumens successu rerum spernere rerum iam et ipsum Ptholomeum a quo subornatus in regnum fuerat superba insolencia cepit. Itaque Ptholomeus reconciliata sororis gratia destruere Alexandri regnum quod odio Demetrii viribus suis acquisierat summis opibus instituit. Mittit igitur ingencia Grypo auxilia et filiam suam Tripheram Grypo nuptum ut populos in auxilium nepotis non societate belli verum et affinitate sua sollicitaret. Nec res frustra fuit. Nam cum omnes Grypum instructum Egyptiis viribus viderent paulatim ab Alexandro deficere cepere. Fit deinde inter reges prelium quo victus Alexander Anthiochiam fugit. Ibi inops pecunie cum stipendia militibus deessent in templo Iovis solidum ex auro signum victorie tolli iubet faceciis iocis sacrilegium circumscribens. Nam victoriam commodatam sibi a Iove dicebat esse. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli iussisset deprehensusque in sacrilegio concursu multitudinis esset in fugam versus magna vi tempestatis oppressus ac desertus a suis a latronibus capitur perductusque ad Grypum interficitur. Grypus porro recuperato patrio regno externisque periculis liberatus insidiis matris appetitur. Que cum cupiditate dominationis prodito marito Demetrio et altero filio interfecto huius quoque victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret venienti ab exercitacione poculum veneni obtulit. Sed Grypus predictis iam insidiis veluti pietate cum matre certaret bibere ipsam iubet. Obnuenti instat. Postremum prolato indice eam arguit solam defensionem superesse affirmans si bibat quod filio obtulit. Sic victa regina scelere in se verso veneno quod alii paraverat extinguitur. Parta igitur regni securitate Grypus octo annis quietem et ipse habuit et regno prestitit. Natus deinde illi est emulus regni frater eius Cizicenus eadem matre genitus ex Anthiocho patruo susceptus quem cum veneno tollere voluisset ut maturius armis cum eo de regno contenderet excitavit. Inter has regni Sirie parricidiales discordias moritur rex Egipti Ptholomeus relicto regno Egipti uxori et alteri ex filiis quem illa legisset videlicet quasi quietior Egipti status quam Sirie regnum esset cum mater alterum pro altero

consilio electo hostem esset habitura Igitur cum priorem in mo-
rem filium eius a populo compelleretur maiorem eligere cui prius
quam regnum daret uxorem adimit compulsum quam repu-
diare carissimam sibi sororem Cleopatram minorem sororem
Selenem ducere iubet non materno inter filias iudicio
cum alteri maritum eriperet quam a matre repudiata divorcio
viri dimisit Cyziceno in Syria nubit Eique ne
nudum uxoris nomen afferret exercitum Cypri sollicitatum
velut ad maritum deducit Par igitur viribus fratris Cy-
zenus prelium committit ac victus in fugam vertitur Anthi-
ochiam que venit Tunc Anthiochiam Gruppus in
qua erat Cizezeni uxor Cleopatra obsidere
cepit qua capta Triphena uxor Gruppi nichil
antiquius quam sororem Cleopatram requiri iussit non
ut captive opem ferret sed ne mala effugere captivitatis
mala posset que sui emulacione in hoc potissimum regnum
invaserit hosti quam sororis nubendo hostem se eius
effecerat Tunc peregrinos exercitus in certamina fratrum
deductum tunc repudiatam a fratre contra matris voluntatem
extra Egyptum nuptam accusat Contra ~~Grypp~~ Grip-
pus orare ne tam fedum facinus facere cogatur a nullo
unquam maioris suorum inter tot domestica tot externa
bella post victoriam in feminas sevitum quas sexus
ipse et periculis bellorum et sevicie victorum eximat
In hac vero preter belli communem bellancium phas accede-
re necessitatem sanguinis quippe ipsius que tam cru-
enta seviat sororem et germanam germanam esse · suam vero
consobrinam liberorum deinde communium materteram
His tot necessitatibus sanguinis adicit superstitionem
templi quo abdita profugerit tanto quam religiosius
colendos deos sibi quo magis his propiciis ac fa-
ventibus vicisset cum neque occisa illa virium se quicquam
Cyzeno decerpturum ut servatam reddita Sed quanto
Gruppus abnuit tanto fervor muliebri pertinacia
accenditur rata non misericordie hec verba sed amoris esse Itaque
vocat ipsa militibus mittit · qui sororem confoderet et
qui ut in templum intraverunt cum evellere non possent
manus amplexantis dee simulacrum preciderunt Tunc Cleo-
patra execratorum parricidarum mandata violata
numinibus ultioni sue cedit Nec multo post repetita
prelii congressione victor Cyzenus uxorem Gruppi
Triphenam que paulo ante sororem interfecerat capit

cum que supplicio uxoris manibus parentat. At in Egipto Cleopatra cum gravaretur socio regni filio Ptholomeo, populum in eum incitat. ~~abd~~ abducta que ei Selene uxore eo indignius exulare cogit, accersito minore filio Alexandro et rege in locum fratris constituto. Ut filium regno expulse contenta bello Cypri exulantem persequitur. Unde pulso interficit ducem exercitus sui, quod vivum eum e manibus emisisset. Quamquam Ptholomeus verecundia materni belli non viribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus ac eius crudelitate et ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam vitam anteponens. Cleopatra vero timens ne maior filius Ptholomeus a Cyziceno ad recuperandum Egiptum auxiliis iuvaretur, ingentia Cyzico auxilia et Selenem uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit, Alexandrum que filium per legatos in regnum revocat. Cui cum occultis insidiis exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritum que non fato sed parricidio dedit, digna prorsus hac mortis infamia, que et matrem thoro expulit et duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit, et filio alteri in exilium profligato bello intulit, alteri erepto regno exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cedes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi compertum est scelere filii matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur, revocato que Ptholomeo regnum redditur, qui nec cum matre bellum gerere voluisset nec a fratre armis repetere quod prior possedisset. Interea Alexander rex quod ei pater testamento reliquerat herede populo Romano instituto decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna non contenta Italie terminis ceperat. Itaque et ea pars Libie provincie facta est. Postea Cretha et Cilicia que piratico bello perdomite in formulam provincie rediguntur. Quo facto et Syrie et Egipti regna Romana vicinitate arctata, que incrementa de finitimis bellis querere ~~sole~~ solebant, adempto vagandi arbitrio vires suas in perniciem mutuam converterunt, adeo ut assiduis preliis consumpti in contemptum finitimorum venerint prede que Arabum genti imbelli antea fuerint. Quorum rex Erotimus fiducia septingentorum filiorum, quos ex pelicibus susceperat, divisis exercitibus nunc Egiptum nunc Syriam vastabat, magnum que nomen Arabum viribus finitimorum exanguibus fecerat.

Epithoma Iustini super
p volumen quadragesimum

Mutuis fratrum odiis et mox filiis inimicitiis paren-
tum succedentibus cum inexpiabili bello et reges
et regnum Syrie consumptum esset ad externa populus
auxilia concurrit peregrinosque sibi reges circumspicere cepit
Itaque cum pars Mitridatem Ponticum pars Ptholomeum
ab Egipto arcessendum censeret occurretque quod
Mitridates implicitus bello Romano esset Ptholomeus
quoque hostis semper fuisset Syrie omnes in Tygranem regem
Armenie consensere instructum preter domesticas
vires et Parthica societate et Mitridatis affinitate
Igitur accitus in regnum Syrie X et VIII annos
tranquillissimo Syrie regno potitus est neque bello
alium lacessere neque lacessitus inferre alii bellum
necesse habuit Sed sicut ab hostibus Syria tuta ita
terre motu vastata est quo C LXX milia hominum et
multe urbes perierunt quod prodigium mutationem rerum presagere
aruspices responderunt Tygrane igitur a Lucullo victo
rex Syrie Anthiochus Cyziceni filius ab eodem
Lucullo appellatur Sed quod Lucullus dederat postea
Pompeius ademit qui poscenti regnum respondit ne volenti
quidem Syrie nedum recusanti daturum se regem
qui X et VIII annis quibus Tygranes Syriam tenuit in
angulo Cilicie latuerit victo autem eodem Tygra-
ne a Romanis alieni operis premia postulet Igitur
ut habenti regnum non ademerit ita quod cesserit
Tygrani non daturum regnum quod tueri nesciat ne
rursus Syria Iudeorum et Arabum latrociniis infestam
reddat atque ita Syria in provincie formam redegit
paulatimque oriens Romanorum discordia consangui-
neorum et regum factus est

Epithoma Iustini super T. P. volumen XLI

Parthi penes quos velut divisione orbis
cum Romanis facta nunc orientis imperium est
Scytharum exules fuere hoc et ipso vocabulo
manifestatur Nam Scythico sermone exules Parti
hii et Assiriorum et Medorum temporibus inter orientis
populos obscurissimi fuere Postea quoque cum imperium orientis
a Medis ad Persas translatum veluti vulgus sine no-
mine preda victorum fuere Postremum Macedonibus trium-
phato oriente servierunt ut cuivis mirum videatur ad tantam
eos felicitatem virtute provectos ut imperent gentibus sub
quarum imperio veluti servile vulgus fuere A Romanis quoque
trinis bellis per maximos duces florentissimis temporibus

lacessiti soli ex omnibus gentibus non pares solum verum etiam victores fuere. Quamquam plus glorie sit inter Assiria et Medica Persicaque memorata olim regna et opulentissimum illud urbium mille Bactrianum imperium emergere potuisse, quam longinqua bella vicisse. Preterea cum gravibus Scithicis et vicinalibus bellis assidue vexati variis periculorum certaminibus urgerentur. Hii domesticis seditionibus Scithia pulsi solitudines inter Hircaniam et Dahas et Areos et Sparthanos et Margianos furtim occupavere. Fines deinde non intercedentibus primo finitimis, postea et prohibentibus in tantum protulere, ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam prerupta collium montiumque ardua occupaverint. Eo fit ut Parthie pleraque finium aut estus aut frigoris infestat. Administratio autem gentis Parthorum post defectionem Macedonici imperii sub regibus fuit. Proximus maiestati regum populorum ordo est. Ex hoc duces in bello, ex hoc in pace rectores habent. Sermo his inter Scithicum medicumque medius et utrimque mixtus. Vestis olim sui moris. Posteaquam accessere opes, ut Medis perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scithicorum mos. Exercitum non ut alie gentes liberorum, sed maiorem partem servorum habent, quorum vulgus nulli manumittendi potestate permissa ac per hoc omnibus servis nascentibus indies crescit. Hos pari ac liberos suos cura et equitare et sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisque ita plures in bello equites regi prebet. Denique Anthonio bellum Parthis inferenti cum L milia equitum occurrissent, soli quadringenti liberi fuere. Cominus in acie Cominus in acie preliari et obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnant aut procurrentibus equis aut terga dantibus, sepe etiam simulant, ut incautiores adversum vulnera insequentes esse plerumque in ipso ardore habeant. Signum his in prelio non tuba sed tympano datur. Nec pugnare possunt diu. Ceterum intolerandi forent, si quantus his est impetus, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prelia deserunt ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis equisque lorice plumate sunt, que utrumque toto corpore tegunt. Auri argentique nullus nisi in armis usus. Uxores dulcedine varie libidinis singuli plures habent, nec ullum delictum adulterio gravius vindicant. Quamobrem feminis non convivia tantum virorum verum conspectum interdicunt. Carne non nisi venatibus

quesita vescitur equis omni tempore vectantur illis bella
illis convivia illis publica ac privata officia obeunt
super illos ire consistere mercari colloqui. Hoc denique
discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi
non nisi equis incedunt. Sepultura vulgo aut avium
aut canum laniatus est. Nuda demum ossa terra obruunt.
In superstitionibus atque cultu deorum precipue omnibus veneratio
est. Ingenia genti tumida seditiosa fraudulenta pro-
cacia; quippe violentiam viris mansuetudinem mulieribus
assignant. Semper aut aut in externos aut in domesticos
motus inquieti, natura tacita, ad faciendum quam ad dicendum
promtiores. Proinde secunda adversa quoque silentio tegunt. Principibus
metu non pudore parent. In libidinem proiecti in cibum par-
ci. Fides dictis promissisque nulla nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri
Magni cum inter successores eius orientis regna dividerentur
nullo Macedonum dignante Parthorum imperium Staganori ex-
terno socio traditur. Hinc postea deducti Macedonibus in bellum
civile cum ceteris superioris Asie populis Eumenem secuti sunt
quo victo ad Anthigonum transiere. Post hunc a Nicanore Se-
leucho, ac mox ab Anthiocho et successoribus eius possessi, a cu-
ius pronepote Seleucho primum defecere primo Punico bello
L. Manlio posses pisone M. Attilio regulo consulibus. Huius
defectionis impunitatem illis duorum fratrum regum Seleuchi
et Anthiochi discordia dedit, qui dum invicem eripere sibi regnum
volunt, persequi defectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodotus mille
urbium Bactrianarum prefectus defecit regemque se appellari
quod exemplum ~~populi~~ secuti totius ~~regni~~ orientis populi a Macedonibus defe-
cere. Erat eo tempore Arsaces vir sicut incerte originis ita virtutis
experte. Hic solitus latrociniis et rapto vivere accepta opinione Se-
leuchum a Gallis in Asia victum, solutus regis metu cum predonum
manu Parthos ingressus prefectum eorum M. Andragora oppres-
sit sublatoque eo imperium gentis invasit. Non deinde post tempore Hir-
canorum quoque imperium occupat atque ita duarum civitatum imperio
preditus grandem exercitum parat metu belli cum Seleucho et Theo-
dotho Bactrianorum rege. Sed cito morte Theodoti metu
liberatus est cum filio eius et ipso Theodotho fedus ac pacem fecit
nec multo post cum Seleucho rege ad defectores persequendos
veniente congressus victor fuit, quem diem Parthi exinde solem-
nem velut initium libertatis observant. Revocato deinde Seleucho
novis motibus in Asiam dato laxamento regnum Parthicum format
militem legit, castella munit, civitates firmat, urbem quoque no-
mine Daram in monte Zapaorton condidit, cuius loci ea conditio
est, ut neque munitius quicquam esse neque amenius possit. Ita enim

Arsaces
primus rex

Ita enim et preruptis rupibus undique cingitur ut tutella loci nullis
defensoribus egeat. et soli circumiacentis tanta ubertas ut propriis
opibus expleatur. Sed fontium ac silvarum ea copia est ut et a-
quarum abundancia irrigetur et venacionum voluptatibus exor-
netur. Sic Arsaces quesito simul constituto que regno non minus
memorabilis Parthis quam Persis Cyrus, Macedonibus Ale-
xander, Romanis Romulus matura senectute decedit cuius
memorie hunc honorem Parthi tribuerunt ut omnes exinde
reges suos Arsacis nomine nuncuparent. Huius filius et suc-
cessor regni Arsaces et ipse nomine adversus Anthiochum
Seleuchi filium centum milibus peditum et xx milibus equitum
instructum mira virtute pugnavit ad postremum in societatem eius
assumptus est. Tercius Parthis rex Priapacius fuit. Sed et ipse
Arsaces dictus. Nam sicut supra dictum est omnes reges suos hoc nomine
sicuti Romani Cezares Augustosque cognominavere. Hic peractis
in regno xv annis decessit relictis duobus filiis Mitridate
et Phrahate quorum maior Phrahates more gentis heres
regni Mardos validam gentem domuit et non multo post decessit
pluribus filiis relictis quibus preteritis fratri potissimum Mitridati in-
signis virtutis viro reliquit imperium plus regio quam patrio debe-
ri nomini ratus potiusque patrie quam liberis consulendum.
Eodem fere tempore sicut in Parthis Mitridates ita in Bactris
Eucratides magni uterque viri regna ineunt. Sed Parthorum
fortuna felicior ad summum hoc duce imperii fastigium eos perduxit.
Bactriani autem per varia bella iactati non regnum tantum verum etiam
libertatem amiserunt. Siquidem Sogdianorum et Arachadorum
et Sangadrarum Indorumque bellis fatigati ad postremum ab in-
validioribus Parthis velud exangues oppressi sunt.
Multa tamen Eucratides bella virtute magna gessit quibus attritus
cum obsidionem Demetrii regis Indorum pateretur cum trecentis
militibus ~~xx~~ lx milia hostium assiduis eruptionibus vicit.
Quinto itaque mense liberatus Indiam in potestatem redegit.
Unde cum se reciperet a filio quem socium regni fecerat
in itinere interficitur qui non dissimulato parricidio velut
hostem non patrem interfecisset et per sanguinem eius currum egit
et corpus insepultum abici iussit. Dum hec aput Bactrianos
geruntur interim inter Parthos et Medos bellum oritur.
Cum varius utriusque populi casus fuisset ad postremum victoria
penes Parthos fuit. His viribus auctus Mitridates Medie
Bachasin preponit ipse in Hircaniam proficiscitur.
Unde reversus bellum cum Elimeorum rege gessit quo victo
hanc quoque gentem regno adiecit imperiumque Parthorum a monte
Caucaso multis populis in dicionem redactis usque ad flumen

Eufraten protulit atque ita adversa valitudine correptus non
impar Arsace proavo gloriosa senectute decedit

Quadragesimus primus liber explicit XLII incipit

Post necem Mitridatis Parthorum regis Pharhates
filius eius rex statuitur qui cum inferre bellum in ulcionem
temptati ab Anthiocho Parthia regni Syrie
statuisset Scitharum motibus ad sua defendenda revocatur
Namque Scithe in auxilium Parthorum adversus Anthiochum Syrie
regem mercede sollicitati cum confecto bello iam supervenissent
et calumpniam tardius lati auxilii mercede fraudarentur dolentes
tantum itineris frustra emensum cum vel stipendium pro vexacione
vel alium hostem dari sibi poscerent superbo responso offensi
fines Parthorum vastare ceperunt Igitur Phrahates cum adversus
eos proficisceretur ad tutelam regni relinquit Hymerum quendam
pueritie sibi flore conciliatum qui tyrannica crudelitate oblitus
et vite preterite et vicarii officii Babilonios multasque civitates
importune vexat Ipse autem Phrahates exercitum Grecorum
quem bello Anthiochi captum superbe crudeliterque tractaverat
in bellum secum ducit inmemor prorsus quod hostiles
eorum animos nec captivitas eorum minuerat et insuper iniuriarum
indignitas exacerbaverat Itaque cum inclinatam Parthorum
aciem vidissent arma ad hostes transtulere et diu cupitam
captivitatis ultionem exercitus Parthici et ipsius Pharhatis regis
cruenta cede executi sunt In huius locum Arthabanus patruus
eius rex substituitur Scithe autem contenti victoria depopulata
Parthia in patriam revertuntur Sed Arthabanus bello Thocariis
illato et in brachio vulneratus statim decedit Huic Mitridates
filius succedit cui res geste Magni cognomen dedere quippe
claritatem parentum emulacione virtutis accensus animi magnitudine
supergredit Multa igitur bella cum finitimis magna virtute gessit
multosque populos Parthico regno addidit Sed et cum Scithis
prospere aliquociens dimicavit ultorque iniurie parentum fuit Ad
postremum Arthoadisti Armeniorum regi bellum intulit Sed
quoniam in Armeniam transitum facimus origo eius paulo altius repetenda
est Neque enim silencio regnum tantum preteriri phas est
cum fines eius post Parthiam omnium regnorum magnitudine superent
Siquidem Armenia a Capadocia usque ad mare Caspium undecies
centum milia passuum patet sed in latitudine septingenta
milia passuum porrigitur Condita est ab Armeno Jasonis
Tessali comite quem cum perditum propter insignem periculosamque
regno suo virtutem Pellias rex cuperet denunciata milicia
in Colchos eum abire iubet pellemque arietis memorabilem gentibus
reportare sperans interitum viri ex periculis tam longe

navigationis atque ob bello tam proprie barbarie. Igitur Jason divulgata opinione tam gloriose expeditionis cum ad eum clari principes ~~totius ferme~~ iuventutis totius ferme orbis concurrerent exercitum fortissimorum virorum qui Argonaute cognominati sunt comparat. quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus a Pelie filiis Thessalia magna vi pulsus cum ingenti multitudine que ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus cotidie confluebat comite Medea uxore quam repudiatam miseratione exilii rursus receperat, et Meda privigno ab Egeo rege Atheniensi genito Colchos repetivit socerumque regno pulsum restituit. Magna deinde bella cum finitimis gessit captasque civitates partim regno soceri ad abolendam superioris militie iniuriam qua et filiam eius Medeam abduxerat et filium eius Egialeum interfecerat adiungit partim populis quos secum adduxerat assignat primusque humanorum post Herculem et Liberum qui reges Orientis fuisse traduntur eam celi plagam domuisse dicitur. Populis Frigium et Amphistratum aurigas Castoris et Pollucis duces assignat. Cum Albanis fedus percussit qui Herculem ex Italia ab Albano monte cum Gerione extincto armenta eius per Italiam duceret secuti dicuntur quique memores Italice originis exercitum Gn. Pompei bello Mithridatico fratres salutavere. Itaque Jasoni totus ferme Oriens ut conditori divinos honores templaque constituit quae Parmenion dux Alexandri magni post multos annos dirui iussit ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius quam Alexandri esset. Post mortem Jasonis Medus emulus virtutis eius in honorem matris Medee Medeam urbem condidit regnumque ex nomine suo Medorum constituit sub cuius maiestate Oriens postea imperium fuit. Albanis vicine Amazones sunt, quarum reginam Thalestrem concubitum Alexandri petisse multi auctores prodidere. Armenius et ipse Thessalus unus de numero ducum Jasonis recollecta multitudine que amisso Jasone rege passim vagabatur Armeniam condidit a cuius montibus Tigris fluvius modicis primo incrementis nascitur. interiecto deinde aliquanto spatio sub terras mergitur atque ita post v et xx milia passuum grandis iam flumen in regione Sophena emergit et in paludes Eufratis recipitur. Igitur Mithridates rex Parthorum post bellum Armenie propter crudelitatem a senatu Parthico regno pellitur. Frater eius Orodes cum regnum vacans occupasset Babiloniam quo Mithridates confugerat diu obsidet et fame coactos in deditionem oppidanos compellit. Mithridatem autem fiducia cognationis ultro se in potestatem Orodis tradidit. Sed Orodes plus ~~fratrem~~ hostem quam fratrem cogitans in conspectu suo trucidari eum iussit et post hec bellum cum Romanis gessit Crassumque imperatorem cum filio et omni exercitu Romano delevit. Huius filius Pacorus missus

ad persequendas deinde belli reliquias magnis rebus in Siria gestis
in parthiam patri suspectus revocatur quo absente exercitus parthorum
relictus in Siria a Cassio questore Crassi cum omnibus ducibus
trucidatur. His ita gestis non magno post tempore Romanis inter Ce-
sarem Pompeiumque civile bellum oritur in quo parthi Pompeiana-
rum partium fuere et propter amiciciam cum pompeio bello Mi-
tridatico iunctam et propter Crassi necem cuius filium in partibus Ce-
saris esse audierant quem ultorem patris victore Cezare futurum
non dubitabant. Itaque victis partibus pompeianis Cassio et
Bruto auxilia adversus augustum et Antonium misere et post
belli finem cum suo Pacoro duce inita cum labieno societate
Siriam et Asiam vastavere. Castra quoque Ventidii qui post Cas-
sium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat magna
mole aggrediuntur. Sed ille simulato timore diu se continuit
et insultare parthos aliquamdiu passus est. Ad postremum
in securos letos quoque partem legionum emissit quarum impetu
fusi parthi in diversa abiere. Pacorus cum fugientes suos
abduxisse secum legiones Romanos putaret castra Ventidii
veluti sine defensoribus aggreditur. Tunc Ventidius
reliqua parte legionum emissa universam parthorum
manum cum rege ipso Pacoro interficit nec ullo bello Parthi
umquam maius vulnus acceperunt. Hec cum in parthia nunciata
esset Orodes pater Pacori qui paulo ante vastatam Sy-
riam occupatam Asiam a parthis audierat victoremque
Pacorum Romanorum iactabat repente filii morte et
exercitus clade audita ex dolore in furorem vertitur. Multis die-
bus non alloqui quemquam non sumere cibum non vocem mittere ita
ut etiam mutus factus videretur. Post multos deinde dies ubi dolor
vocem laxaverat nichil aliud quam Pacorum Pacorus illi
videri Pacorus audiri videbatur cum illo colloqui cum illo
consistere. Interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum
deinde luctum alia sollicitudo miserandum senem invadit quem
ex numero xxx filiorum in locum Pacori regem destinat. Multe
pellices ex quibus generata tanta iuventus erat pro suis quaeque
sollicite animum senis obsidebant. Sed fatum parthie effecit
in qua iam quasi sollemne est reges parricidas haberi ut scele-
ratissimus omnium Pharbates nomine rex statueretur. Itaque statim quasi nol-
let mori patrem interficit fratres quoque omnes trucidat triginta. Sed
nec in filiis cessat parricidia. Nam cum infestos sibi optima-
tes propter assidua scelera videat ne esset qui nominari rex
posset adultum filium interfici iubet. Huic Antonius propter
auxilium adversus se et Cesarem latum xvi validissimis
legionibus intulit bellum sed nec ullis plus vexatus a Par-
thia

Pharba-
tes sce-
leratissimus

refugit. qua victor insolentior Phrahates redditus cum multa
crudeliter consuleret, in exilium a populo suo pellitur. Itaque cum diu
prece finitimas civitates et ad postremum Scythas precibus fatigasset,
Scytharum maiore auxilio in regnum restitutus. Hoc absente Parthi
regem Tridatem quendam constituerunt, qui audito adventu
Scytharum cum magna amicorum manu ad Cezarem in Hispania
bellum tunc temporis gerentem perfugit, obsidem Cezari minimum Phrahatis
filium ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. Cognito
Phrahates legatos statim ad Cezarem mittit, servum suum
Tridatem et filium sibi remitti postulat. Cezar et legatione Phra-
hatis audita et Tridatis postulatione cognita (nam et ipse restitui
in regnum desiderabat, iuris Romani futuram Parthiam affirmans,
si eius regnum muneris eorum fuisset) neque Tridatem daturum se
Parthis dixit neque adversus Parthos Tridati auxilia daturum.
Ne tamen per omnia nihil a Cezare obtentum videretur, et Frahati
filium sine pretio remisit, et Tridati quoad maneret apud Ro-
manos valde opulentum sumptum preberi iussit. Post hec finito Hispaniensi
bello, cum in Siriam ad componendum orientis ~~bellum~~ statum venisset, me-
tum Phrahati incussit, ne bellum Parthie vellet inferre. Itaque ex tota
Parthia captivi ex Crassiano sive Anthoniano exercitu recollecti signaque
cum his militaria Augusto remissa. Sed et filii nepotesque Phrahatis
obsides Augusto dati. plusque Cezar magnitudine sui nominis fecit quam ar-
mis facere alius imperator potuisset.

Iustini Epitoma libri XLIII

Parthicis orientalibusque ac totius paene modo orbis
rebus explicitis ad initia Romane urbis Trogus veluti post longam
peregrinationem domum revertitur. Ingrati civis officium existimans,
si cum omnium gentium res gestas illustraverit, de sola tantum
patria taceat. Breviter igitur initia Romani imperii perstringit, ut nec modum propositi
operis excedat, et utique origines urbis, que est caput totius orbis, non
Origo Romanorum — omittat. Italie cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tan-
te iustitie fuisse dicitur, ut nec servierit sub illo quisquam nec quicquam
private rei habuerit, sed omnia communia et indivisa fuerint, veluti
unum cunctis patrimonium esset. In cuius exempli memoriam cautum est,
Saturnia — ut Saturnalibus exequato omnium iure in conviviis servi cum dominis recum-
bant. Itaque Italia regis nomine Saturnia appellata et mons in
quo habitabat Saturnius, in quo nunc, veluti a Iove pulso sedibus
Faunus — Saturno, capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse ferunt Faunum,
sub quo Evander ab Archadie urbe Pallanteo in Italiam cum mediocri
turba popularium venit, cui Faunus et agros et montem, quem postea
Pallacium appellat, ~~benigne~~ benigne assignat. In huius radicibus
templum Liceo, quem Greci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit;
ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc
Fatua uxor Fauni — Lupercalibus decurritur. Fauno uxor fuit nomine Fatua, que assi-
due divino spiritu impleta veluti per furorem futura premonebat.
Unde adhuc qui inspirari solent fatuari dicuntur. Ex filia
Fauni et Hercule, qui eodem tempore extincto Gerione armenta victorie premia
Latinus — per Italiam ducebat, stupro conceptus Latinus procreatur, quo regnante
Eneas ab Ilio Troia a Grecis expugnata in Italiam venit statimque bello
exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, ad colloquium evocatus tantam

admiratorem sui latinus prebuit ut in societatem regni reciperetur et lavinia
in matrimonium ei data gener adsciscitur post hec commune utrique bellum
adversus Turnum Rutulorum regem propter frustratas Lavinie nuptias
fuit in quo et Latinus et Turnus interiere. Igitur Eneas iure victorie
utroque populo potitus urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit. Bellum
deinde adversus Mezencium Etruscorum regem gessit. In quo cum ipse occi-
in locum eius Ascanius filius eius successit qui Lavinio relicto Lon-
gam Albam condidit que trecentis annis caput regni fuit. Post mul- Numitor
tos deinde huius urbis reges ad postremum Numitor et Amulius Amulius
regno potiti sunt. Sed Amulius cum vi et etate potior esset Numito-
rem oppressit filiam eius Ream in perpetuam virginitatem ne quis mulie- Rea
rem virilis sexus ex stirpe Numitoris oriretur demersit addita
iniuria specie honoris ut non damnata sed sacerdos electa vide-
retur. Igitur clausa in luco Marti sacrato duos pueros incertum stu-
pro an ex Marte conceptos enixa est. Quo cognito Amulius duplici
metu perterritus duorum pueros exponi iubet et puellam vinculis onerat
ex quorum iniuria decessit. Sed fortuna origini Romane prospi-
ciens pueros lupe alendos optulit que amissis catulis
distenta ubera exinanire cupiens nutricem se infantibus prebuit.
Cumque sepius ad parvulos veluti ad catulos reverteretur rem
Faustulus pastor animadvertit. Subtractosque fere inter
greges pecorum agresti vita nutrivit. Martios quoque pueros
fuisse sive quod in luco Martis enixi sunt sive quod a lupa que in tutela Remus
Martis est nutriti manifestum argumentum creditum est. Nomina Romulus
pueri alteri Remo alteri Romulo fuere. Adulti inter pastores
de virtute quotidiana certamina et vires pernicitatem quoque augere cepere
cum latrones a rapina pecorum industrie sequi et spolia reducerent.
Remus ab ipsis latronibus captus veluti esset ipse quod in aliis prohibebat
regi offertur. Crimini datur quasi greges Numitoris infestare solitus
esset. Itaque a rege Numitori in ultionem traditur. Sed Numitor adole-
scencia iuvenis permotus et in suspicionem expositi nepotis adductus
cum eum vultu et lineamentis Numitoris filie similem et etatis expositorum temporis con-
gruentis anxium teneret repente Faustulus cum Romulo super-
venit. A quo origine cognita puerorum facta coniuratione et adolescentes
in ultionem matris necis et Numitor in vindictam erepti regni armantur.
Statimque Amulio regnum Numitori restituitur et ibi urbs Roma ab
adolescentibus conditur. Tunc et senatus centum seniorum qui patres dicti sunt
constituitur. Tunc et vicinis conubia pastorum dedignantibus virgines
Sabine rapiuntur finitimique populis armis subacti. Primo Italie mox
orbis quesitum imperium. Ea tempestate adhuc reges hastas pro diademate
habebant quas Greci sceptra dixere. Nam et ab origine rerum pro diis
immortalibus veteres hastas coluere ob cuius religionis memoriam
adhuc deorum simulacris haste adduntur. Temporibus Tarquinii regis
ex Asia Phocensium iuventus hostio Tiberis invecta amicitiam
cum Romanis iunxit. Inde in ultimos Gallie sinus navibus profecta
Massiliam inter Ligures et feras gentes Gallorum condidit magnasque
res sive dum armis se adversus Gallicam feritatem tuentur sive dum
ultro lacessunt a quibus fuerant ante ea lacessiti gesserunt. Namque Phocenses
exiguitate ac macie terre coacti studiosius mare quam terras exercuere
piscando mercando plerumque et latrocinio maris quod illis temporibus glorie
habebatur vitam tolerabant. Itaque in ultimam oceani oram procedere
ausi in sinum Gallicum hostio Rhodani amnis devenere cuius
loci amenitate capti reversi domum et referentes que viderant
plures sollicitavere. Duces classis Symos et Prothis fuere. Itaque ad regem

Segobriorum nomine Nannum in cuius finibus urbem condere gestabant amiciciam petentes conveniunt. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filie erat quam more gentis electo inter epulas genero nuptum tradere illic parabat. Itaque cum ad nuptias invitati omnes processissent rogantur etiam Greci hospites ad convivium. Introducta deinde virgo cum iuberetur a patre aquam porrigere ei quem virum eligeret, tunc omissis omnibus ad Grecos conversa aquam Prothi porrigit qui factus ex hospite gener locum condende urbis a socero accepit. Condita igitur Massilia est prope hostia Rhodani amnis in remoto sinu velut in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis invidentes Grecos assiduis bellis fatigabant qui pericula propulsando in tantum enituerunt ut victis hostibus in captivis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur Galli et usum vite cultioris deposita et mansuefacta barbaria barbaria et agrorum cultus et urbes menibus cingere didicerunt. Tunc et legibus non armis vivere, tunc et vitam putare, tunc et olivam serere consueverunt, adeoque magnus et rebus et hominibus impositus est nitor ut non Grecia in Galliam emigrasse sed Gallia in Greciam translata videretur. Mortuo rege Nanno Segobriorum a quo locum acceptum condende urbis fuerat, cum regno filius eius Comanus successisset, affirmante quodam Massiliam finitimis populis exitio futuram opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret, subnectit et illam fabulam: canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petisse ut sibi educare catulos liceret; ad postremum adultis catulis fultam domestico presidio proprietatem loci sibi vindicasse. Non aliter Massilienses qui nunc inquilini videantur quandoque regionum dominos futuros. His incitatus rex Massiliensibus insidias struit. Itaque sollemni Floraliorum die multos fortes ac strenuos viros hospicii iure in urbem misit, plures scirpis latentes frondibusque supertectos induci vehiculis iubet; ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit, ut cum nocte a predictis aperte porte forent, tempestive ad insidias adesset urbemque sompno atque vino sepultam armatus invaderet. Sed has insidias quedam mulier regis cognata prodidit, que adulterare cum Greco adolescente solita, in amplexu iuvenis miserata forme eius insidias aperuit periculumque declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert atque patefactis insidiis cuncti Ligures deprehenduntur latentesque de scirpis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis insidianti regi insidie tenduntur. Cesa cum ipso rege hostium vii milia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationes in muris observare, peregrinos recognoscere, curas habere ac bellum veluti habeant, sic urbem pacis temporibus custodire. Adeo illis bene instituta non temporum necessitate sed recte faciendi consuetudine servantur. Post hec magna illis cum Liguribus, magna cum Gallis fuere bella, que res et urbis gloriam auxit et virtutem Grecorum multiplicata victoria celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoque exercitus cum bellum captis piscatorum navibus ortum esset sepe fuderunt. Cum Hispanis amiciciam iunxerunt, pacemque victis dederunt. Cum Romanis prope ab initio urbis fedus firma fide custodierunt auxiliisque in omnibus bellis industrie socios iuverunt. Que res et illis virium fiduciam auxit et pacem ab hostibus prestitit. Cum igitur Massilia et fama rerum gestarum et abundantia opum et virium gloria vigente floreret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum velut ad commune extinguendum incendium concurrunt. Dux consensu omnium Catumandus regulus eligitur quem magno comitatu lectissimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie torve mulieris: que se deam dicebat exterritus ultro pacem cum Massiliensibus fecit. petitoque ut intrare urbem et deos eorum adorare liceret, cum in arcem Minerve venisset: conspecto in porticibus simulacro dee quam per quietem viderat, repente exclamat illam esse, que se nocte exterruisset: illam que ab obsidione recedere iussisset: Gratulatusque Massiliensibus quod animadverteret eos ad curam deorum immortalium pertinere. torque aurea donata dea in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus iunxit: Parte pace et securitate fundata redeuntes Delphis Massiliensium legati, quo missi Apollini munera tulerant, audiverunt urbem Romam a Gallis captam incensamque. Quamobrem domi nunciatam rem publico funere prosecuti sunt Massilienses aurumque et argentum publicum privatumque contulerunt ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. ob quod meritum et immunitas illis decreta et locus spectaculorum in senatu datus et fedus equo iure percussum. In postremo libro Trogus maiores suos a Vocontiis originem ducere. patruum suum Trogum Pompeium Sertoriano bello: turmas equitum sub eodem tempore Pompeio duxisse Epistolarum ac legationum simul et anuli curam habuisse:

Epithoma Justini super volum T P XLIIII

Hispania sicuti Europe terminos claudit. ita et huius operis finis futura est. Hanc veteres ab Hibero amne Hiberiam primum postea ab Hispalo Hispaniam cognominaverunt. Hec inter Africam et Galliam posita Occeani freto et Pireneis montibus clauditur. Sicut minor utraque terra. ita utraque fertilior. Nam neque ut Africa violento sole torretur. neque ut Gallia assiduis ventis fatigatur. sed media inter utramque hinc temperato calore inde felicibus et tempestivis imbribus in omnia frugum genera fecunda est. adeo ut non ipsis tantum incolis verum etiam Italie urbique Romane cunctarum rerum abundanciam sufficiat. hinc enim non frumenti tantum magna copia est. verum etiam vini mellis oleique Nec ferri solum materia precipua est. sed et equorum pernices ~~[illegible]~~ Sed ut summa tantum terre laudanda bona. verum et abstrusorum ~~[illegible]~~ metallorum felices divicie Iam lini spartique vis ingens minii certe nulla terra feracior. In hac cursus amnium non torrentes rapidique ut noceant sed lenes campis vineisque irrigui variisque estuariis Occeani affatim piscosi plerique etiam divites auro quod in paludibus vehunt. Uno tantum Pirenei montis dorso adheret Gallie reliquis partibus undique in orbem mari cingitur. Forma terre prope quadrata nisi quod artantibus freti litoribus in Pireneum coit. Porro Pirenei montis spacium sexcenta milia passuum efficit. Salubritas celi per omnem Hispaniam equalis quia aeris spiritus nulla paludum gravi nebula inficitur. Huc accedunt et marine aure undique versum assiduis flatibus quibus omnem provinciam penetrantibus eventilato terrestri spiritu precipua hominibus et stricta parsimonia. bellum quam ocium malunt. Si extraneus deest domi hostem querunt. Sepe tormentis pro silencio rerum creditarum immortui adeo illis fortior taciturnitatis cura quam vite. Celebratur et bello punico servi illius paciencia qui domino ulto inter tormenta risu exultavit serenaque leticia crudelitatem torquencium vicit. Velocitas genti pernix inquies animus plurimis militares equi et arma sanguine ipsorum tacione nec in ipsis diebus explorandum assatis aqua calida lavari post secundum punicum bellum a Romanis didicere. In tanta seculorum serie nullus illis dux

Viriatus

magnus preter Viriatum fuit, qui annis decem Romanos varia victoria fatigat (adeo ferarum propiora quam hominum ingenia gerunt), quem ipsum non iudicio populi electum sed ut cavendi scientem declinandorumque periculorum peritum secuti sunt. Cuius ea virtus continentiaque fuit ut cum consulares exercitus sepe vicerit, tantis rebus non armorum non vestis cultum non denique victum mutaverit sed in eo habitu quo primum bellare cepit perseveravit, ut quivis gregarius miles ipso imperatore opulentior videretur. In Lusitania iuxta fluvium Tagum equas fetus vento concipere multi auctores prodidere, que fabule ex equarum fecunditate et gregum multitudine nate sunt, qui tanti in Gallecia ac Lusitania et tam pernices visuntur ut non inmerito vento ipso concepti videantur. Galleci autem Grecam originem asserunt. Siquidem post finem Troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris invisum patri Thelamoni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse atque ibi urbem nomine antique patrie Salaminam condidisse. Inde accepta opinione paterne mortis patriam repetisse. Sed cum ab Eurisace Aiacis filio accessu prohiberetur, Hyspanie litoribus appulsum loca ubi nunc est Carthago nova occupasse. Inde Galliciam transisse et positis sedibus genti nomen dedisse. Gallicie autem portio Amphiloci dicuntur. Regio cum eris ac plumbi uberrima tum et minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit. Auro quoque ditissima, adeo ut etiam aratro frequenter aureas glebas excindant. In huius gentis finibus sacer mons est quem ferro violari nephas habetur. Sed si quando fulgure terra percussa est, quod in his locis assidua res est, detectum aurum velut dei munus colligere permittitur. Femine res domesticas agrorumque culturas administrant, ipsi armis et rapinis serviunt. Precipua his quidem materia ferri, sed aqua ipso ferro vilia violentior. Quippe temperamento eius acrius redditur ferrum. Nec ullum apud eos telum probatur quod non aut Birbili flumine aut Calibe tingatur. Unde etiam Calibes fluvii huius finitimi appellati ferroque ceteris prestare dicuntur. Saltus vero Tarthasiorum, in quibus Titanas bellum adversus deos gessisse proditur, incoluere Curethes, quorum rex vetus-

Gorgoris

tissimus Gorgoris mellis colligendi usum primus invenit. Huic cum ex filie stupro nepos provenisset, pudore flagitii variis generibus extingui parvulum voluit. Sed per omnes casus fortuna quadam servatus ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione pervenit. Primum cum eum exponi iussisset et post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inventus est ferarum variarum lacte nutritus. Deinde relatum domum tramite angusto per quem armenta commeare consueverant proici iubet, crudelis prorsus, qui proculcari nepotem quam simplici morte interfici maluit. Ibi quoque cum inviolatus esset nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis et multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus obiecit. Itaque cum non solum non nocerent verum quarundam uberibus aleretur, ad ultimum in Occeanum proici iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes estus reciprocasque undas veluti nave non fluctu veheretur, leni salo in litore exponitur. Nec multo post cerva ei adfuit que ubera parvulo offerret. Inde denique conversatione nutricis eximia pueri puero pernicitas fuit, interque cervorum greges diu montes saltusque haud inferior velocitate peragravit. Ad postremum laqueo captus regi datus est dono. Tunc et lineamentorum similitudine et notis corporis que parvulo fuerant nepos agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumque ad eam successor regni destinatur. Nomen illi impositum Habidis. Qui ut regnum accepit, tante magnitudinis fuit ut non frustra deorum maiestate tot periculis ereptus videretur. Quippe et barbarum populum legi-

bus

iunxit et boves primus aratro domari frumenta quoque sulco querere docuit et ex agresti cibo mitioribus vesci odio eorum que passus fuerat homines coegit. Huius casus fabulosi viderentur ni et Romanorum conditores lupa nutriti et Cirus rex Persarum cane alitus proderetur. Ab hoc etiam ministeria servilia populo interdicta et plebs in septem urbes divisa. Mortuo Habide regnum per multa secula a successoribus eius retentum. In alia parte Hispanie et que ex insulis constat regnum penes Gerionem fuit. In hac tanta pabuli leticia est ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit pecora rumpantur. Inde denique armenta Gerionis que illis temporibus sole opes habebantur tante fame fuere ut Herculem ex Asia prede magnitudine allexerunt. Porro Gerionem ipsum non triplicis nature ut fabulis proditur fuisse ferunt sed tres fratres tante concordie extitisse ut uno animo omnes regi viderentur nec bellum Herculi sua sponte intulisse sed cum armenta sua rapi vidissent amissa bello repetisse. Post regna deinde Hispanie primi Carthaginenses imperium provincie occupaverunt. Nam cum Gaditani a Thiro unde et Carthaginensibus origo est sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent urbemque ibi condidissent invidentibus incrementis nove urbis finitimis Hispanie populis ac propterea Gaditanos bello lacessentibus auxilium consanguineis Carthaginenses misere. Ibi felici expeditione et Gaditanos ab iniuria vindicaverunt et maiorem partem provincie imperio suo adiecerunt. Postea quoque hortatibus prime expeditionis auspiciis Hamilcarem imperatorem cum manu magna ad occupandam provinciam miserunt qui magnis rebus gestis dum fortunam inconsultius sequitur in insidias deductus occidit. Huius locum gener eius Hasdrubal mittitur qui et ipse a servo Hispani cuiusdam ulciscentis iniustam domini necem interfectus est. Et hunc maior utrisque Hanibal imperator Hamilcaris filius succedit. Siquidem utriusque res gestas supergressus universam Hispaniam subegit. Dein Romanis illato bello Italiam annos XVI variis cladibus fatigat. Cum interea Romani missis in Hyspaniam Scipionibus primo Penos provincia expulerunt postea cum ipsis Hispanis gravia bella gesserunt. Nec prius perdomita provincie iugum Hispanie capere potuerunt quam Cesar Augustus perdomito orbe victricia ad eos arma transtulit et populum barbarum ac ferum legibus ad cultiorem vite usum traductum in formam provincie redegit. Amen laus deo ihesu christo

Et si in negociis familiaribus impediti vix [illegible] ornamentum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Notandum differencia inter oratorem rethorem et zophistam. Rethor est qui dat precepta ad orandum ornate et cetera. Sed orator dicitur ille qui utitur illis preceptis. Sed zophista dicitur ille qui [illegible] legendo [illegible]

Sed [illegible]

[illegible]

Orator [illegible]

Officium [illegible]

Etsi in negociis familiaribus impediti vix satis ocium studio suppeditare possumus et id ipsum quod datur ocii libencius in philosophia sumere consuevimus tamen tua nos Gai Herenni voluntas commovit ~~in iram~~ reddidit benivolen/ ut de racione dicendi conscriberemus ne aut tua causa noluisse aut fugisse nos laborem putares / et eo studiosius hoc negocium suscepimus quod te non sine causa velle cognoscere rethoricam intelligebamus / non enim in se parum fructus habet copia dicendi et commoditas orationis si recta intelligencia et definita moderacione animi gubernetur. Quas ob res illa que greci scriptores inanis arrogancie causa sibi assumpserunt reliquimus ~~ea~~ Nam illi ne parum scisse viderentur ea quesiverunt que nil ad rem attinebat / ut ars difficilior cognitu putaretur. Nos autem ea que videbantur ad racionem dicendi pertinere sumpsimus. Non enim spe questus aut gloria commoti venimus ad scribendum quemadmodum ceteri Sed ut industria nostra tue morem geramus voluntati. Nunc ne nimium longa sumatur oracio de re dicere incipiemus Sed si te unum illud monuerimus artem sine assiduitate dicendi non multum iuvare / ut intelligas hanc racionem rethorica preceptionis ad exercitacionem accomodari oportere.

Oratoris officium est de hiis rebus posse dicere que res ad usum civilem moribus et legibus constitute sunt cum assensione auditorum quoad eius fieri poterit

[illegible] **Exercitacio** [illegible] rethorica [illegible]

[illegible]

[illegible]

Tria sunt genera causarum que recipere debet orator demonstratiuum deliberatiuum et iudiciale. Demonstratiuum est quod tribuitur in alicuius certe persone laude vel vituperacione. Deliberatiuum est in consultacione quod habet in se suasionem et dissuasionem. Iudiciale est quod positum est in controversia et quod habet accusacionem aut peticionem cum defensione. Nunc quas res oratorem habere oporteat docebimus deinde quo modo has causas tractari conveniat ostendemus.

Oportet igitur esse in oratore invencionem disposicionem elocucionem memoriam pronunciacionem. Invencio est excogitacio rerum verarum aut verisimilium que causam probabilem reddant. Disposicio est ordo et distribucio rerum que demonstrat quid quibus locis sit collocandum. Elocucio est idoneorum verborum et sentenciarum ad invencionem accomodacio. Memoria est firma animi rerum et verborum et disposicionis percepcio. Pronunciacio est vocis vultus gestus moderacio cum venustate. Hec omnia tribus rebus assequi poterimus arte imitacione exercitacione. Ars est precepcio que dat certam viam racionemque dicendi. Imitacio est qua impellimur cum diligenti racione ut aliquorum similes in dicendo valeamus esse. Exercitacio est assiduus usus consuetudoque dicendi. Quoniam igitur demonstratum est quas causas oratorem recipere quasque res habere conveniat nunc quemadmodum possit oracio ad racionem oratoris officii accomodari dicendum videtur. Invencio in sex partes consumitur in exordium narracionem divisionem confirmacionem confutacionem conclusionem. Exordium est principium oracionis per quod animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum. Narracio est rerum gestarum aut proinde ut gestarum exposicio. Divisio est per quam aperimus quid conveniat quid in controversia sit et per quam exponimus quibus de rebus simus acturi. Confirmacio est nostrorum argumentorum exposicio cum asseveracione. Confutacio est contrariorum locorum dissolucio. Conclusio est artificiosus terminus oracionis. Nunc quoniam una cum oratoris officiis quo res cognitu facilior esset producti sumus ut de

[illegible]

[illegible]

prius loquemur, ut iam ad inveniendi rationem accommodemus ~~de~~ exordio. Causa ubi posita, quo commodius exordiri possis, genus causae considerandum est.

Genera causarum sunt quatuor: honestum, turpe, dubium et humile. Honestum causae genus putatur cum aut id defendimus quod ab omnibus defendendum videtur, aut oppugnamus quod ab omnibus oppugnari videtur debere, ut pro viro forti contra parricidam. Turpe genus intelligitur cum aut honesta res oppugnatur aut defenditur turpis. Dubium genus est cum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partem. Humile genus est cum contempta res affertur. Cum haec ita sint, conveniet exordiorum rationem ad causae genus accommodari. Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Graece prohemium appellatur, et insinuatio, quod ephodos nominatur. Principium est cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur ut attentos et dociles habere possimus. Si genus causae dubium habemus, a benivolentia principium constituemus, ne quid illa pars turpitudinis nobis obesse possit. Si humile genus causae erit, faciemus attentos. Si turpe genus causae erit, insinuatione utendum est, de qua posterius dicemus, nisi quid nacti erimus quare adversarios criminando benivolentiam ~~captare~~ capere possimus. Si honestum genus causae erit, ~~licebit~~ recte ~~[illegible]~~ videtur uti vel non uti principio. Si uti ~~vellemus~~ volemus, aut id oportebit ostendere quare causa sit honesta, aut breviter quibus de rebus simus dicturi exponere. Si uti ~~nollemus~~ volemus, principio a lege, a scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostrae causae adiumento principium capere oportebit. Quoniam igitur docilem, benivolum, attentum auditorem habere volumus, quo modo quidque confici possit aperiemus. Dociles auditores habere poterimus si summam causae breviter exponemus et si attentos eos faciemus, nam docilis est qui attente vult audire. Attentos habebimus si pollicebimur nos de rebus magnis, novis, inusitatis [illegible] verba aut de

[illegible]

[illegible]

[illegible]

his que ad rem publicam pertineant, aut ad eos ipsos qui audient, aut ad deorum immortalium religionem, et si rogabimus ut attente audiant, et si numero exponemus res quibus de rebus dicturi sumus. Benivolos auditores facere quatuor modis possumus: ab nostra, ab adversariorum, ab auditorum et ab rebus ipsa(?). A nostra persona benivolentiam contrahemus si nostrum officium sine arrogantia laudabimus atque in rem publicam quales fuerimus aut in parentes aut in amicos aut in eos qui audiunt aliquid referemus, dum hec omnia ad eam rem qua de agitur sint accommodata. Item si nostra incommoda proferemus, inopiam, solitudinem, calamitatem. Quod si orabimus ut nobis sint auxilio et simul ostendemus nos in aliis spem noluisse habere. Ab adversariorum persona benivolentia captabitur si eos in odium, in invidiam, in contemptionem adducemus. In odium rapiemus si quid eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus. In invidiam trahemus si vim, si potentiam, factionem, divitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates adversariorum proferemus et his adiumentis magis quam veritati eos confidere aperiemus. In contemptionem adducemus si inertiam, ignaviam, desidiam, luxuriam adversariorum. Ab auditorum persona benivolentia colligitur si res eorum fortiter, sapienter, mansuete, magnifice iudicatas proferemus, et si que de his existimatio que iudicii sit expectatio aperiemus. Ab rebus ipsis benivolum efficiemus auditorem si nostram causam laudando tollemus, adversariorum contemptim deprimemus. Deinde de insinuatione aperiendum est. Tria sunt tempora quibus principio uti non possumus, que diligenter sunt consideranda: aut cum turpem causam habemus, hoc est cum ipsa res animum auditorum, persuasus esse videtur ab his qui ante eos ~~[illegible]~~ dixerunt. Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his locis: rem non hominem spectari oportet

a nobis alienat aut animus auditoris

aut cum defessus est eos audiendo qui ante dixerunt

[illegible]

Causa turpitudinis [illegible] ostendit turpitudinem [illegible] turpe ab ipsa re [illegible] a persona. Si turpe
[illegible] in estimationem [illegible] persona [illegible] a persona [illegible] inmutatio [illegible]
[illegible] persona [illegible] hominis [illegible] hominem **Rem non hominis** Exemplum [illegible] comiti
[illegible] turpe [illegible] homine [illegible] comite carolo [illegible] in odio est apud [illegible]
[illegible] studio [illegible] cura et vigilantia [illegible] causa [illegible] inmissio [illegible]
[illegible] in vigilantis [illegible] in algoribus [illegible] ab [illegible] obsidione [illegible] petunt [illegible]
[illegible] adduxit [illegible] quibus [illegible] immortalitatem [illegible] et agendo et [illegible] videbitur [illegible]
[illegible] apud vos [illegible] memoria Exemplum [illegible] comiti [illegible] turpe [illegible]
[illegible] auditoribus [illegible] voluntatem [illegible] emolumentum et
[illegible] rei publice [illegible] apud vos [illegible] ac [illegible]
[illegible] rei publice [illegible] emolumento [illegible] dignitati [illegible]
[illegible] Exemplum comiti [illegible] turpe [illegible]
[illegible] in [illegible] vel maiorem
[illegible] propter [illegible] in sententiis [illegible]
[illegible] ad vos [illegible] arbitror [illegible] pacto [illegible]
[illegible] et [illegible] in [illegible]
[illegible] libertatis [illegible] in [illegible]
[illegible]
[illegible] agmine [illegible] plane ita esse [illegible]
[illegible] persona [illegible] Silla [illegible] gladiatoribus
[illegible] armata [illegible] in [illegible] et omnino [illegible]
[illegible] Sillam et [illegible] Sillam
[illegible] et [illegible] ut [illegible] a [illegible]
[illegible] in aliquo [illegible]
[illegible] vel [illegible] **De contraria inversione** et [illegible] inmutationem [illegible]
[illegible] **Ab ambiguo** Ambiguum [illegible] ut [illegible] velle [illegible]
[illegible] et [illegible] auditores [illegible] velle magnam [illegible]
Exemplum [illegible] comiti [illegible] in [illegible] turpi [illegible] hominem [illegible] habeo [illegible]
[illegible] in romana republica [illegible] in [illegible]
[illegible] et [illegible] vigilantis et [illegible]
[illegible] emolumento [illegible] dignitate rei publice [illegible] pro patria [illegible] republica [illegible]
[illegible] ratione [illegible] lege [illegible]
[illegible] rei publice maxime [illegible] et [illegible]
[illegible] rempublicam [illegible]
[illegible] contra republicam [illegible]
[illegible] maximis [illegible]
Exemplum [illegible] in [illegible] turpi [illegible] et [illegible]
[illegible] indignum et [illegible] odio [illegible]
[illegible] republica
[illegible] contra [illegible] odio [illegible]
[illegible]

attulerit et facere ne ipsi [illegible] nec [illegible] quem in ipso [illegible] villa [illegible] [illegible] [illegible] in rem [illegible]
illos posset [illegible] quem [illegible] publica [illegible] atque [illegible] **Aut si defessi** Apologus est [illegible]
similitudo ab [illegible] [illegible] tamen [illegible] ad moralitatem [illegible] Exemplum [illegible] [illegible] [illegible]
quod [illegible] nostri [illegible] de adversariis [illegible] tamen [illegible] quod [illegible] [illegible] Cum [illegible] multa sunt [illegible]
[illegible] [illegible] in adversarium [illegible] [illegible] sibi [illegible] ac [illegible] [illegible] tamen [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sunt [illegible] facere [illegible] [illegible] solum [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Exemplum [illegible] [illegible] auditor sit persuasus [illegible] nostri [illegible] in [illegible] narrare [illegible] **Si persuasio** fuit
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ea in re [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et in hoc [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] ac [illegible] quibus [illegible] nulla fides ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ac [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] testimonio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sermo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] **Aut ab adversarii dicto** Exemplum insinuationis [illegible] [illegible] sit auditor [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] adversariis [illegible] dixit Cum multa sunt [illegible] adversarius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ab eo tamen maxime [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] admonita in medium [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
inter supplicia [illegible] et [illegible] et [illegible] et summa laude [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] homines in [illegible] [illegible] ac [illegible] inter supplicia [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ac in [illegible] [illegible] Exemplum quando auditor sit persuasus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
adversarium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] argumentis et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] argumenta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] sit [illegible] [illegible] [illegible] sua admonita [illegible] in [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] longa et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] argumentandum [illegible]
[illegible] [illegible] adversarii [illegible] [illegible] narrationem [illegible] [illegible] [illegible] historia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] natus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] si auditor sit defessus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] Exemplum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] causa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ac [illegible] [illegible] maxime [illegible] et auditores [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] **Inter insinuationem et principium** [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et insinuatio et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] insinuatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in causa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] auditores [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] in adversariis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possumus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] ad hoc [illegible]

Exemplum captande benivolencie a persona adversariorum [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ista omnia [illegible] tangentur in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] publica [illegible] [illegible] arbitrar [illegible] tanti putat [illegible]

Non placere nobis ipsis que facta dicuntur ab adversariis et esse
indigna aut nefaria. Deinde cum rem diu auxerimus nihil simile
a nobis factum ostendemus aut aliquorum iudicium de simili causa aut de eadem
aut de minore aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam
pedetemptim accedemus et similitudinem conferemus. Item si ne-
gabimus nos de adversariis aut de aliqua re dicturos et tamen
occulte dicemus interiectione verborum. Si persuasus auditor fuerit
id est si oratio adversariorum fecerit fidem auditoribus neque non fa-
cile scire poterimus quoniam non sumus nescii quibus rebus fides
fieri solet. Ergo si fidem factam putabimus hac nos insinu-
abimur ad causam de eo quod adversarii firmissimum sibi ad-
iumentum putarint primum nos dicturos pollicebimur aut ab
adversarii dicto exordiemur et ab eo maxime quod ille nuper-
rime dixerit aut dubitatione utemur quid potissimum
dicamus et in loco primo respondeamus cum admiratione vel con-
firmatione. Si defessi erunt audiendo ab aliqua re que risum
movere possit ab apologo fabula verisimile imitatione
inversione ab ambiguo suspicione irrisione stultitia exsu-
peratione collectione literarum mutatione preter expectacionem
similitudine novitate historia versu. Si promiserimus aliter
ac parati fuerimus nos esse dicturos nos non eodem modo ut ceteri
solent quid nos facturi sumus breviter exponemus. Inter insi-
nuacionem et principium hoc interest. Principium eiusmodi debet esse
ut statim apertis rationibus quibus prescripsimus aut benivolum
aut attentum faciat auditorem aut docilem. At insinuacio
eiusmodi debet esse ut occulte per dissimulacionem eadem
illa omnia conficiamus ut ad eandem commodita-
tem in dicendi opere venire possimus. Verum hec tres utili-
tates tametsi in tota oratione sunt comparande hoc est ut
sese auditores perpetuo nobis attentos dociles benivolos
prebeant tamen illud per exordium cause maxime comparandum
est. Nunc ne quando vicioso exordio utamur que vicia

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] persona [illegible] in nulla [illegible] tanto [illegible] [illegible] ut nulla [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Exemplum captande benivolencie a persona auditorum. Exemplum [illegible] omnia [illegible] [illegible] maxime [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

Exemplum captande benivo-
lencie a persona adversariorum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

Incontinentem

Exemplum [illegible] captande
benivolencie a persona adversario-
rum [illegible]

Exemplum captande benivolentie ab rebus ipsis laudando causam nostram in genere demonstrativo [illegible] illustrissimi principes [illegible] multis ac magnis tempestatibus iam [illegible] splendori [illegible] Exemplum captande benivolentie ab ipso [illegible] causa [illegible]

Notanda sunt verba d(icta). In exordienda causa servandum est ut lenis sit sermo et usitata verborum consuetudo ut non apparata videatur esse oratio. Vitiosum est quod in plures causas potest accommodari quod vulgare dicitur. Item vitiosum est quo nihilominus adversarius potest uti quod commune appellatur. Item illud quo ex contrario adversarius potest uti. Item vitiosum est quod arte compositum est aut nimium longum est et quod non ex ipsa causa natum videatur quod separatum vocatur, in quo ut translatum adducitur ut proprie cohaereat cum narratione, et quod neque benivolum docilem atque attentum faciat auditorem. De exordio satis erit dictum. Deinceps ad narrationem transeamus.

Narrationum tria sunt genera. Unum est quo exponimus rem gestam et unumquodque trahimus ad utilitatem nostram vincendi causa, quod pertinet ad eas causas de quibus iudicium futurum est. Alterum genus est narrationis quod intercurrit non numquam aut fidei aut criminationis aut transitionis aut alicuius apparationis causa. Tertium genus est id quod a causa civili remotum est, in quo tamen exerceri convenit quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: unum quod in negotiis, alterum quod in personis positum est. Id quod in negotiorum expositione positum est tres habet partes: fabulam, historiam, argumentum. Fabula est quae neque veras neque verisimiles continet res, ut hae quae a tragoedis traditae sunt. Historia est gesta res sed ab aetatis nostrae memoria remota. Argumentum est ficta res quae tamen fieri potuit, velud acta comoediarum. Illud genus narrationis quod in personis positum est debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, misericordiam, rerum varietatem, fortunae commutationem, insperatum

[illegible] ordinat dissimilitudines animorum hominum [illegible] narrationem [illegible] seu mutari [illegible] instabilitas [illegible] subito [illegible] subito [illegible] narrationum [illegible]

De mos [illegible] oratores [illegible] narrationem [illegible]

Opinio [illegible]

Fabula [illegible]

Argumentum [illegible]

Tamquam distincte [illegible]

Notandum [illegible]

Ut brevis [illegible]

[illegible]

incommodum subitam letitiam iocundum exitum rerum. Verum
hec exercendo transigentur. Illud quod ad veritatem pertinet
quomodo tractari conveniat aperiemus. Tres res convenit habere
narrationem ut brevis ut dilucida ut verisimilis sit que
quoniam fieri oportet [illegible] cognoscamus. Rem
breviter narrare poterimus si inde incipiemus narrare unde
necesse erit si non ab ultimo initio repetere volemus et si
summatim non particulatim narrabimus et non ad extremum sed usque
eo quo opus erit persequemur et si transitionibus nullis utemur
Et si non deerrabimus ab eo quod ceperimus exponere Et
si exitus rerum ita ponemus ut ante quoque que facta sunt scire
possint tametsi nos reticuerimus quod genus si dicam me ex
provincia redisse profectum quoque in provinciam intelligatur Et omnino
non modo id quod obest sed etiam id quod nec obest nec ad-
iuvat satius est preterire Et ne bis aut sepius idem dicamus
Cavendum est etiam ne id quod semel diximus deinceps dicamus
hoc modo Athenis Megaram vesperi Simo advenit ubi ad-
venit Megaram insidias fecit virgini insidias postquam fecit
vim in loco attulit Rem dilucide narrabimus si ut
quicquid primum gestum erit ita primum exponemus et rerum
ac temporum ordinem conservabimus ut geste res erunt aut ut
potuisse geri videbuntur hic erit considerandum ne quid per-
turbate ne quid contorte ne quid ambigue dicamus ne quid aliud
ex alio transeamus ne ab ultimo repetamus ne longe persequamur
Ne quid quod ad rem pertineat pretereamus et si sequemur ea
que de brevitate precepta sunt nam quo brevior eo dilucidior
et cognitu facilior narratio fiet Verisimilis narratio erit
Si ut mos ut opinio ut natura postulat dicemus Si
spacia ~~[illegible]~~ personarum dignitates consiliorum rationes
locorum oportunitates constabunt ne refelli possit aut

[illegible]

Et si exitus rerum [illegible]

Rem dilucide [illegible]

Ambigue [illegible]

Verisimilis narracio [illegible]

[illegible] Si species temporis [illegible] Secunda circumstancia [illegible]

temporis parum fuisse aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse aut hominem ipsum facere aut pati non potuisse. Si vera erit res nihilominus haec omnia narrando conservanda sunt. Nam saepe veritas nisi haec conservata sint fidem non potest facere. Sin erunt ficta eo magis erunt conservanda. De hiis rebus caute confingendum est quibus in rebus tabulae aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. Adhuc quae dicta sunt arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus nisi quia de insinuationibus nova excogitavimus quod eam soli praeter ceteros in tria tempora divisimus ut plane certam viam et perspicuam rationem exordiorum haberemus. Nunc quod reliquum est quoniam de rerum invencione disputamus in qua singulare consumitur oratoris artificium dabimus operam ut nihil omnis industriae quam rei utilitas postulabit quaesisse videamur.

Si sunt pauca de dissensionum causa dicturi sumus. Causarum divisio in duas partes distribuenda est. Primum enim perorata narracione debemus aperire quid nobis conveniat cum adversariis quid in controversia sit. Si ea quae utilia nobis erunt convenient hoc modo: Interfectam esse ab Horeste matrem convenit mihi cum adversariis; iure fecerit et licueritne facere, id est in controversia. Item e contrario: Agamemnonem esse a Clitemestra occisum vel Clitemestra occisum confitentur; cum id ita sit me ulcisci parentem negant oportuisse. Deinde cum hoc fecerimus distributione uti debemus. Ea dividitur in duas partes: enumeracionem et exposicionem. Enumeracione utemur cum dicemus numero quot de rebus dicturi sumus. Eam plus quam trium partium numero esse non oportet. Nam periculosum est ne quando plus minusve dicamus et suspicionem affert auditori meditacionis et artificii quae res fidem abrogat auditori. Exposicio est cum res quibus de rebus dicturi sumus exponimus breviter et absolute. Nunc ad confirmacionem transeamus.

Tota spes vincendi ratioque persuadendi posita est in confirmacione et confutacione. Nam cum argumenta nostra

Tercia circumstancia [illegible]

Quarta circumstancia [illegible]

Quinta circumstancia [illegible]

Sexta circumstancia [illegible]

Septima circumstancia [illegible]

[illegible] de verbis narracio [illegible]

In qua singulare [illegible]

Item e contrario [illegible]

Deinde cum [illegible]

Confirmacio sive [illegible]

Et posteriorum contraria que dissolverimus absolute nimirum munus oratorium
confecerimus. Utrumque igitur facere poterimus si constitutionem cause cogno-
verimus. Causarum constitutiones alii quattuor fecerunt noster doctor tres puta-
vit esse, non ut de illorum praeciperet inventione detraheret, sed
ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter ac singulari modo docere illos
distribuisse dupliciter et bipertito. Constitutio est prima deprecatio defen-
soris cum accusatoris insimulatione coniuncta. Constitutiones itaque ut ante
diximus sunt tres: coniecturalis, legitima et iuridicialis. Coniectu-
ralis est cum de facto controversia est, hoc modo: Aiax in
silva postquam rescivit que fecisset per insaniam gladio incubuit.
Ulixes intervenit, occisum conspicatur, corpore telum cruentum educit.
Teucer intervenit, fratrem occisum, inimicum fratris cum gladio cruento
videt, capitis arcessit. Hic quia coniectura verum queritur de facto erit con-
troversia. Et ex eo constitutio cause coniecturalis nominatur. Legitima
constitutio est cum in scripto aut e scripto aliquid controversie nascitur.
Scripto legitima dividitur in partes sex: scriptum et senten-
tiam, contrarias leges, ambiguum, definitionem, translationem, ratiocinationem. Ex scripto et
sententia controversia consistit cum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso
dissentire, hoc modo: Si lex sit que iubeat eos qui propter
tempestatem navem reliquerint omnia perdere, eorum navem ceteraque esse
si navis conservata sit, qui remanserint in navi. Magnitudine tempe-
statis omnes perterriti navem reliquerunt, ~~preter unum egrotum is propter morbum~~
~~casu et fortuna~~ scapham conscenderunt preter unum egrotum.
Is propter morbum exire et fugere non potuit. Casu et fortuitu navis in portum incolumis
delata est. Illam egrotus possedit. Navem petit ille cuius fuerat. Hec
constitutio legitima est ex scripto et sententia. Ex contrariis legibus
controversia constat cum alia lex iubet aut permittit aliquid,
alia vetat quippiam fieri, hoc modo: Lex vetat eum qui de pecu-
niis repetundis damnatus sit in contione orationem habere.
Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat in contione
nominare. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis
in demortui locum qui petebat nominavit; petitur ab eo multa.

Damnatus fuerat de pecuniis repetundis nominavit quendam in contione in locum mortui
senatoris accusabatur ad penam ex lege prima et defendebatur ex ista secunda

excepto uno infirmo egroto

Ex contrariis legibus
Circa istud textum nota
quod constitutio ex contrariis le-
gibus fit ubi sit contraria
non plus duarum legum pene
unius est lex que...
Romani in demortuorum
ordo toti imponebant sen
constituebat possidebat ...
permissi ... sindicarentur
collegio ... et ad ...
... romanum ...
... fuisset
retinuisse ...
... augurem ...
... romanum ...
... damnaba
tur ad constituendum
penam ... addeba
... in contione sen capitolio
ad ... vox ... fuit
lex una altera lex fuit
... mortuo senatore aliquo
augure ... debent
nominari in locum eius
aliud quod pecuniis ... accepi
mortuo ... quondam senatore
sacerdote quondam qui ...

Que vellet

Nota textum videlicet quod dicit que vellet est amphibologia tamen pro uxore sonat quod volet sed filius vero dicit meliora nollet voluerat. Et pro ea uxor sonat quod volet sed Terencia uxor meliora elegit.

De diffinitione causa

Secundo ponit exemplum constitutionis ex diffinitione est cum sit contentio de virtute alicuius vocabuli ut in exemplo. Cum romani deficerent pecuniis quibus stipendia expl[illegible] [illegible] [illegible] Saturninus legis lator [illegible] legem ferre ut [illegible] stipendia solverentur et videlicet peditibus [illegible] per modum singulis [illegible]. Quo audito Cepio qui tunc erat pretor ad senatum iniit et legem hanc fore dampnosam rei publice [illegible] quod et senatores approbaverunt quod dampnosa erat. Cum vero Saturninus [illegible] non obstantibus legem [illegible] in cistella ad populum differret Cepio pretor ei se opposuit et cistellam deiecit contra legem. Accusabatur ergo Cepio de crimine lese maiestatis quod legislatori contra legem [illegible] [illegible] se lese maiestatis in hoc [illegible] ergo [illegible] quid sit lese maiestatis et ita de virtute vocabuli fit questio [illegible]

Secundo [illegible] ponit exemplum [illegible] [illegible] constitutionis legitime ex translatione [illegible] raro venit [illegible] [illegible] ut si quis arcessitur de furto [illegible] [illegible] publicarum et arcessitur de peculatu [illegible] [illegible] [illegible] furti et non peculatus [illegible] [illegible] [illegible] de loco privato et ideo non [illegible] [illegible] ita petit [illegible] pro furto [illegible] [illegible] [illegible] non pro peculatu

Constitutio ex scripto legitima ex ambiguo controversia
nascitur cum scriptum duas aut plures sententias significat, hoc modo: Paterfa-
milias cum filium heredem faceret testamento vasa argentea le-
gavit uxori: Tullius heres meus Terentie uxori mee
triginta pondo argenteorum vasorum dato que volet. Post mortem
eius vasa preciosa et celata magnifice petit mulier. Filius
se que ipse vellet in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio
est legitima ex ambiguo. Ex diffinitione causa constat cum
in controversia est quo nomine factum appelletur. Ea est huiusmodi.
Cum Lucius Saturninus legem frumentariam de semissibus
et trientibus laturus esset, Cepio, qui per id temporis questor
urbanus erat, docuit senatum erarium pati non posse
largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad po-
pulum ferat, adversus rem publicam videri eum facere.
Saturninus ferre cepit, collegae intercedere; ille nichilominus
cistellam detulit. Cepio ut illum contra intercedentibus collegis
adversus rem publicam vidit ferre, cum viris bonis impe-
tum facit, pontes disturbat, cistellas deicit, impedimento
est quo setius feratur. Arcessitur Cepio maiestatis.
Constitutio est legitima ex diffinitione. Vocabulum enim diffinitur
ipsum cum queritur quid sit minuere maiestatem. Ex translatione
controversia nascitur cum aut tempus differendum aut
accusatorem mutandum aut iudices mutandos reus dicit.
Hac parte constitutionis Greci in iudiciis, nos in iure civili
plerumque utimur. In hac parte nos iuris civilis scientia iuvabit.
In iudiciis tamen nonnichil utimur, ut hoc modo: si quis peculatus accusatur
quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse, pos-
sit dicere, cum diffinitione sit usus quid sit furtum, quid sit
peculatus, secum furti agi non peculatus oportere. Hec partitio le-
gitime constitutionis his de causis raro venit in iudicium,
quod in privata actione pretorie exceptiones sunt et causa cadit

Ab hoc loco usque ad illa verba Videbat [illegible] est [illegible] causa demonstrans [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intendit [illegible] Aiacem interfectum esse ab Ulixe et hic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] **Videbat** hec est ratio confirmationis [illegible] [illegible] [illegible] argumenta [illegible] confirmat et probant [illegible] rationem [illegible] illa [illegible] Ulixes [illegible] [illegible] Aiacem [illegible] [illegible] a quo [illegible] periculum [illegible] **mors indigna Palamedis**

Palamedes vir quidam fortis [illegible] dicitur inventus fuisse ab Ulixe [illegible] et morte [illegible] [illegible] hoc indigna hoc est iniuste. Et [illegible] [illegible] hic ad [illegible] [illegible] sic Ulixes [illegible] Aiacem iniuste sicut Palamedem

Omnes enim tum minima [illegible] **Omnes enim** [illegible]

testimonium dat. Ergo et metu perculsi [illegible] cum in timore quo
non inimicia solum sibi supplicium videbatur et conspectus peccati malefi-
cii suscipiendi commovebat dubitationem. Omnes enim tum minima pecca-
ta aliqua cum causa suscipiunt tum vero que multo maxima sunt ma-
leficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur. Si multos indu-
xit in peccatum pecunie spes, si plures se scelere contaminavere propter
imperii cupiditatem, si multi leve compendium fraude maxima commu-
tarunt, cui mirum videbitur istum a maleficio propter acerrimam formi-
dinem non obtemperasse? Virum fortissimum integerrimum inimicitiarum
persequentissimum, in mea lacessitum ira excitatum, se timidum nocentem
sibi conscium insidiosum inimicum esse incolumem noluit. Cui
tandem hoc mirum videbitur? Nam cum feras bestias videamus ala-
cres et erectas vadere ut alicui noceant, bestie non est incredibile putandum
istius quoque animum ferum crudelem atque inhumanum cupide ad in-
imici perniciem profectum presertim cum in bestiis nullam neque bonam neque
malam rationem videamus, in isto plurimas et pessimas rationes semper
fuisse intelligamus. Si igitur ut pollicitus sum et causam
qua inductus Ulixes accesserit ad maleficium et inimicitiarum acerrimam
rationem et periculi metum intercessisse demonstravi, non est dubium quin
confiteatur causam malefici fuisse. Ergo absolutissima est argumentatio
que ex quinque partibus constat. Sed ea non semper necesse est uti. Nam tum comple-
xione supersedendum est si res brevis est ut facile memoria comprehendatur,
tum exornatio pretermittenda est si parum locuplex ad amplificandum
res videatur esse. Cum brevis acta est et res tenuis aut humilis,
tum exornatione et complexione supersedendum est. In omni argumentatione
de duabus partibus postremis hec quam exposui ratio est tenenda.
Ergo amplissima est argumentatio quinquepartita, brevissima est tripartita,
mediocris sublata aut exornatione aut complexione quadripartita.

Duo genera sunt vitiosarum argumentationum. Unum
quod ab adversario reprehendi potest, idque ad causam
pertinet. Alterum quod tamen etsi nugatorium est tamen non indiget
reprehensione nisi [illegible] dilucide potest

Duo genera sunt [illegible]

Hec cognicio viciosa. [illegible]

Item viciosa exposicio est. [illegible]

Exposicio viciosa

Hec cognicio viciosarum argumentacionum duplicem utilitatem affert. Nam et vitare in argumentacione vicium admonebit, et ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus perfectam et plenam argumentacionem ex quinque partibus constare, in unaquaque parte argumentacionis que vicia vitanda sunt consideremus, ut et ipsi ab hiis viciis recedere et adversariorum argumentaciones ad hanc precepcionem in omnibus partibus temptare et ab aliqua parte labefactare possimus. Exposicio viciosa est cum ab aliqua aut a maiori parte ad omnes confertur id quod non necessarium est omnibus attributum, ut si quis hoc modo exponat: Omnes qui in paupertate sunt malunt maleficio parare divicias quam officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentacionem ut non curet querere qualis racio aut argumentacio sit, ipsam facile reprehendemus exposicionem, cum ostendemus id quod in aliquo paupere improbo sit in omnes pauperes falso et iniuria conferri. Item viciosa exposicio est cum id quod raro fit fieri omnino negabitur hoc modo: Nemo potest uno aspectu neque preteriens in amorem incidere. Nam cum nonnemo devenit in amorem uno aspectu, et cum ille neminem dicat omnino, nichil differt raro id fieri, dummodo aliquando fieri aut posse fieri intelligatur. Item viciosa exposicio est cum omnes res ostendimus nos collegisse et aliquam rem ydoneam preterimus hoc modo: Quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut a predonibus aut ab inimicis occisum esse aut abs te, quem ille heredem testamento ex parte faciebat. Predones in illo loco visi numquam sunt; inimicum nullum habebat; relinquitur, si neque a predonibus neque ab inimicis occisus est, quod alteri non erant, alteros non habebat, ut abs te sit interemptus. Nam in huiusmodi exposicione reprehensione utimur si quos preter eos quos ille dixit potuisse suscipere maleficium ostendimus. Velut in hoc exemplo, cum dixit necesse esse aut a predonibus aut ab inimicis aut a nobis occisum esse, dicemus potuisse vel a familia vel coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbavimus, nobis laciorem locum defendendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in exposicione ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquam ydoneam partem relinquamus. Item viciosa exposicio est que constat ex falsa enumeracione, ut si cum plura sunt pauciora

Item viciosa exposicio

[illegible]

Item viciosa exposicio

[illegible]

Item viciosa enumeratio est [illegible]

Item viciosa expositio est [illegible]

Viciosa vero est que

Dicamus hoc modo. Due res sunt iudices que omnes ad maleficium impellunt luxuria et avaricia. Quid amor inquiet quispiam quid ambitio quid irreligio quid metus quid imperii cupiditas quid denique per multa. Item falsa enumeratio est cum pauciora dicimus et plura sunt hoc modo. Tres res sunt que homines sollicitant metus cupiditas egritudo animi. Satis enim fuerat dixisse metus cupiditas quoniam egritudinem cum utraque re iunctam esse necesse est. Item viciosa expositio est que nimium longe repetitur hoc modo. Omnium malorum stulticia est mater atque materies. Ea parit immensas cupiditates. Porro cupiditates infinite immoderate sunt. Hee pariunt avariciam. Avaricia hominem ad quodvis maleficium impellit. Ergo avaricia inducti adversarii nostri hoc in se facinus admiserunt. Hic id quod extremum dictum est satis fuit exponere ne Ennium et ceteros poetas imitemur quibus hoc modo loqui concessum est. Utinam ne in nemore pelio securibus cesse accidisset abiegne ad terram trabes neve inde navis inchoande exordium cepisset que nunc nominatur nomine argo quia argivi in ea lecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis colchis imperio regis pelie per dolum. Nam numquam hera errans medea domo efferret pedem egro amore saucia. Id hac est reprehendendum ab ultimo in expositionibus [illegible] est non enim reprehensione [illegible] complent sua sponte vicia.

Nam hic satis erat dicere si id modo quod satis esset curarent poete Ut nam ne hera errans medea domo efferret pedem egro amore

Viciosa vero est que ad expositionem non est accommodata vel propter infirmitatem vel propter vanitatem. Infirma vero est que non necessario ostendit ita esse ut expositum est velud apud plautum. Amicum castigare ob meritam noxiam immune est facinus. Verum in etate utile et conducibile est. Hec expositio est. Videamus que ratio afferatur. Nam ego amicum meum hodie non castigabo pro commissa noxia. Ex eo quod ipse facturus est non ex eo quod fieri convenit utile quid sit ratiocinatur. Vana vero est que ex falsa

[illegible]

Item infirma ratio est que non

Infirma ratio est [illegible] Pacuvius [illegible] fortuna est insana ceca bruta et volubilis [illegible] naufragio [illegible]

causa constat hoc modo amor fugiendus non est quia ex eo verissima nascitur amicitia. aut hoc modo philosophia vitanda est affert enim secordiam aut desidiam. nam he cause nisi infirme essent ex posicione earum verae esse considerentur. Item infirma ratio est que non necessariam causam affert ex posicione velud Pacuvius fortunam insanam esse et cecam et brutam perhibent philosophi saxoque ad instar globosi esse volubile predicant ideo dicunt volubilem quia quo saxum impulerit globosum sors eo cadere fortunam autumant. Cecam ob eam rem iterant quia nil cernat quo se se applicet. Insanam aut esse aiunt quia atrox incerta instabilisque sit. bruta quia dignum atque indignum nequeat internoscere. Sunt alii philosophi qui contra fortunam negant esse ullam miseriam sed temeritate regi omnia autumant. id magis verisimile esse aiunt quod usus re ipsa ab se experiando edocet. velud Horestes qui modo fuit rex factus est mendicus modo naufragio nempe. ergo id scilicet non forte a fortuna obtigit. Nam hic Pacuvius infirma ratione utitur cum ait verius esse temeritate quam fortuna res geri. nam utraque philosophorum opinione fieri potuit ut his qui rex fuisset mendicus factus esset. Item infirma ratio est que videtur pro bona afferri sed idem dicit quod in exposicione dictum est pro exposicione. Item infirma ratio est que minus idonea quam res postulat causam subiicit exposicioni hoc modo utilis est sapientia propterea quia qui sapientie student pietatem colere consueverunt. Item utile est amicos veros habere. habeas enim quicum iocari possis. Nam in eiusmodi racionibus non universali neque absoluta sed extenuata racione exposicio confirmatur. Item infirma ratio est que alii exposicioni potest accomodari ut facit Pacuvius qui eandem affert rationem quare ceca eandem quare bruta dicatur fortuna. In confirmacione causarum multa et vitanda in vita et observanda in adsumptione racione sunt vicia

est acceptum a Pacuvio poeta qui rationem addiderat quare fortuna sit ceca et eandem rationem in sensu licet alia in verbis affert quare sit bruta

Item infirma ratio

[illegible]

Utuntur quoque studiosi in co[n]... [illegible] argumentorum reprehensibilium et non reprehendendorum [illegible] argumentatores [illegible] duplici conclusione [illegible] puella [illegible] [illegible]

[illegible]

Ille viciosa confirmacio propterea que diligencius consideranda sunt armata confirmacio omnis tota vehementissime improbat argumentatorem. Utuntur quoque studiosi in confirmanda racione duplici conclusione hoc modo: Iniuria abs te afficior indigna, pater; nam si improbum esse Chresphontem existimabas, cur me cum eo locasti in matrimonium? Sin probum, cur talem virum invitam invitum cogis relinquere? Que hic nunc ... pro confirmacione ... Reprehenditur aut si a duplici conclusione ... simplici parte reprehenditur. Sic quoque hoc modo: Nulla te indigna, o nata, afficio iniuria. Si probus est, collocavi; sin est autem improbus, divorcio liberabo te ab incommodis. Et simili parte reprehenditur. Si a duplici conclusione alterutra pars diluitur, hoc modo: Nam si improbum Chresphontem existimabas, cur me cum eo locabas in matrimonium? Sin probum eciam per ignoranciam et sic non cognitum. Quod reprehensio complexionis duplex est. Illa superior facilior, hec posterior ad excogitandum difficilior.

Item viciosa confirmacio est cum ea re que pluribus rebus signum est abutimur pro certo unius rei signo hoc modo: Necesse est, cum pallet, egrotasse; aut necesse est peperisse, cum sustinet puerum infantem. Nam hec sua sponte certa signa non habent, sin cetera quoque similia convenerint, que si convenerint, nonnihil huiusmodi signa adiungent suspicionis. Item viciosum est quod in alium vel in eum ipsum qui dicit non minus quam in adversarium dici potest convenire, hoc modo: Miseri sunt qui uxores ducunt. At tu duxisti alteram. Item viciosum est quod vulgarem habet defensionem, hoc modo: Iracundia peccavit, aut adolescencia, aut amore. Huiusmodi enim deprecaciones si probabuntur, impune in contencione maxima peccata dilabuntur. Item viciosum est cum id pro certo sumitur quod inter omnes non constat quod eciam nunc controversia est, hoc modo: Eho tu, dii quibus est potestas motus superum atque inferum, pacem inter sese conciliant et conferunt concordiam. Nam ita pro suo iure hoc exemplo usus est Chresphontes Ennius cum eciam ita esse hoc non demonstrasset. Item viciosum est quod quasi sero atque acto negocio dici videtur, hoc modo: In mentem mea si venisset, non commisissem ut in hunc locum res veniret; nam hoc atque hoc fecissem, sed me tunc hec racio fugit. Item viciosum est cum id quod in aperto delicto positum est tamen aliqua tegitur defensione, hoc modo: Cum te expetebant omnes, florentissimo in regno reliqui; nunc cum ... desertus ...

[illegible] viciosum est [illegible]

[illegible]

ab omnibus summo periculo salus ut restituta paro Item vitiosum est ne in
alias item rem ac dictum sit pro arguendo id est eiusmodi ut si quis potentis ac
furiosi in contione dixerit facinus esse ut regibus cruda ubi malis
legibus nam haec tam etsi rei augendae causa pro malitia dici tamen sine
propter potestatem eius qui dicit non dicitur sine atroci suspicione Item
vitiosum est falsis ac vulgaribus definitionibus uti falsae sunt huiusmodi
ut si quis dicat iniuriam esse nullam nisi quae ex pulsatione aut convicio
constet Vulgaris sicut qui nihilominus in aliam rem transferri potest ut si quis
dicat quadruplatorem ut breviter dicam capitalem esse nam improbus et pestifer
civis est nam nihilo magis quadruplatoris quam furis sicarii aut
proditoris attulit definitionem Item vitiosum est pro argumento sumere cum
id quod in disquisitione positum est ut si quis furti arguat di-
cat eum hominem improbum avarum fraudulentum esse eius rei testimonium esse
quod sibi furtum fecerit Item vitiosum est controversiam controversia solvere
hoc modo non convenit censores istum vobis satisfacere ex eo quod ait se non
potuisse ad diem ita quam mallet prout quod ad exercitum non venisset
consul militum dilectum Hoc ideo vitiosum est quia non expedita sed impedita
et in simili controversia posita exempli loco affertur
Item vitiosum est id de quo summa controversia est parum expediri et
tamquam perfactum sit relinquere hoc modo aperte fatur dictis si intellegas
tali dare arma ubi qualis sit ille qui gessit et iubet potiri
si studeam praemia quae ego mea profitear esse me quod equum esse
fratri fratris arma mi quae adiudicaret vel quae propinquum aut quae aemulum
civilis sim Item vitiosum est ipsum sibi in oratione sua dissentire et contra
ea quae ante dixerit dicere hoc modo qua ratione accusem hominem tum
id disputando evolvere nam si veteri quis eum amicum qui id pro
nihilo existimet non incommoda ratione videtur sibi consuluisse praeterea non
amiserat quod postea quam autem in te absimo detexam exordio Item
vitiosum est quod dicitur contra iudicis voluntatem aut eorum qui audiunt si
aut partes quibus illi student aut homines quos illi caros habent laedat
aut aliquo huiusmodi vitio laedatur auditoris voluntas Item vitiosum
est non omnes partes confirmare quas pollicitus sis in expositione

Item videndum est ne de alia re dicatur cum alia de re controversia sit in quo genere vicii considerandum est ne aliquid ad rem addatur quo aut commutatam de re dicatur aut tota causa mutata in aliam causam diducatur ut apud Pacuvium Zethus cum Amphione quorum controversia cum de musica inducta est disputatione in sapientie rationem et virtutis utilitatem consumitur. Item considerandum est ne aliud accusatoris criminatio contineat aliud defensoris purgatio purget quod sepe consulto multa ab reo fiunt angustiis cause coacti. Ut si quis cum accusetur ambitu magistratum petisse ab imperatoribus sepe numero dicat apud exercitum donatum esse. Hoc si diligenter in oratione adversariorum observaverimus sepe deprehendemus eos de ea re quid dicant non habere. Item vitiosum est artem aut scientiam aut studium quodpiam vituperare propter eorum vicia que in eo studiosi sint veluti qui rethoricam vituperant propter alicuius oratoris vituperandam vitam. Item vitiosum est ex eo quod perperam factum esse constet putare ostendi a quo homine factum sit. Hoc modo mortuum deformatum tumore pollutum decoloratum constat fuisse. Ergo veneno constat necatum. Deinde si sit in eo insistere ad eum vituperandum ut multi faciunt veneno necatum dixi non mediocriter conflictantur non factum ne sit sed a quo factum sit. Item vitiosum est in comparandis rebus alteram rem efferre de re altera non facere mentionem aut negligentius disputare ut si cum paretur utrum satius sit populum frumentum accipere an non que commoda sit in alia re curet enumerare que in alia incommoda sint veluti despiciat preterat aut ea que minima sint dicat. Item vitiosum est in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari cum alteram laudes. Quod genus si queratur utrum maior honos studiis sit Albensibus aut Vegetinis quod rei publice a populo romano prestiterit de his que dicat alterum ledat non enim necesse est si alteros prenotes alteros vituperes si enim potest ut quo alteros magis laudaveris atque alteri propter laudes attribuas ne cupide pugnasse contra veritatem puteris. Item vitiosum est de nomine et vocabulo eius rei controversiam struere quam rem consuetudo optime possit indicare velud Sulpicius qui intercessisset ne exules quibus causam dicere non licuisset reducerentur hic postea immutata ~~volutate~~ voluntate cum eandem legem ferret aliam se ferre dicebat propter

nominis commutationem nam non exules sed vi eiectos se reducere aiebat
Proinde quasi id fuisset in controversia quo illi nomine appellarentur
apud romanos et qui non omnes quibus aqua et ignis interdictum est
exules appellentur verum verum illi fortasse ignoscimus si enim ea
faciat nos tamen intelligamus vitiosum esse intendere controversiam propter
nominis mutationem Exornatio constat ex similibus et exemplis
et rebus iudicatis et amplificationibus et ceteris rebus que pertinent
ad exaggerandum et collocupletandam argumentationem que sunt hiis
rebus vicia consideremus Simile vitiosum est quod ex aliqua parte
dissimile est nec habet parem rationis comparationis aut sibi obest qui
affert Exemplum vitiosum est si aut falsum est ut reprehendatur aut improbum ut non sit imitandum aut maius aut minus quam res postulat Res
iudicata vitiose proferetur si aut dissimili de re aut ea de re qua
de controversia non est aut si improba aut huiusmodi ut plures aut
magis ydonee iudicate ab adversariis proferri possint Item vitiosum
est id quod adversarii factum esse confitentur de eo argumentari et planum facere quod constat factum esse nam id tamen augeri oportet Item
vitiosum est id augere quod convenit doceri hoc modo si quis cum arguat
hominem occidisse et antequam satis ydoneas argumentationes attulerit augeat peccatum et dicat nichil esse indignius quam hominem occidere
Non enim utrum dignum an non sed factum necne sit queritur Complexio
vitiosa est que non quodcumque quod primum sit dictum primum complectitur
et que non breviter concluditur et que non ex enumeratione certum et constans aliquid relinquit ut intelligatur quid propositum in argumentatione
sit quid deinde ratione quid confirmatione quid tota argumentatione
demonstratum Conclusiones que apud grecos epilogi nominantur tripertite sunt nam constant ex enumeratione amplificatione et commiseratione
In quattuor locis uti possumus conclusione in principio secundum narrationem
secundum firmam argumentationem et in conclusione Enumeratio est per quam
colligimus et commonemus quibus de rebus verba fecerimus breviter
ut renovetur non redintegretur oratio et ordine quicquid erit dictum

referamus ut auditor si memorie mandarit ad id quod ipse meminerit reducatur in qua curandum est ne ab exordio aut narracione repetatur enunciacio ordinis ficta enim et debita opera comparata oracio videbitur esse artificii significandi ingenii quam venditandi et memorie ostendende ~~ea~~ Quapropter initium ~~argumentacionis~~ enunciacionis sumendum est a divisione deinde ordine exponende res sunt que tractate erunt in confirmacione et confutacione Amplificacio est que per locum communem instigacionis auditorum causa sumitur, loci qui communes ex decem preceptis commodissime sumuntur ad augendi criminis causa

Primus locus sumitur ab auctoritate cum memoramus quante cure ea res fuerit diis immortalibus aut maioribus nostris regibus aut civitatibus nacionibus hominibus sapientissimis senatui Item quot modo de maxime his rebus legibus sanctitum sit Secundus locus est cum consideramus illas res de quibus criminamur ad quos pertineant utrum ad omnes quod atrocissimum est an superiores quod genus hii sunt quibus auctoritatis locus communis sumitur an ad pares hoc est in eisdem partibus animi corporis fortunarum positis an ad inferiores qui his rebus omnibus antecelluntur Tercius locus est quo percontamur quid sit eventurum si omnibus idem concedatur et ea re neglecta ostendemus quid periculorum atque incommodorum consequatur Quartus locus est quo demonstratur si huic sit remissum multos alacriores ad maleficia futuros esse quos adhuc expectacio iudicii remoratur Quintus locus est cum ostendemus si semel aliter iudicatum sit nullam rem fore que incommodum aut opera erratum iudicum corrigere possit. quo in loco non incommodum erit ceterarum rerum comparacione ut ostendamus alias res posse aut vetustate sedari aut consilio corrigi huius non rei leniende aut corrigende nullam rem adiumento futuram Sextus locus est cum ostendemus ex consulto factum et dicemus voluntario facinori nullam esse excusacionem imprudencie certam iustam deprecacionem paratam Septimus locus est cum ostendemus tetrum facinus crudele nepharium tirannicum esse quod gentis immutarit aut eam rem ad quarum rerum causa bella suscipiuntur et cum hostibus de vita dimicantur. Octavus locus est quo ostendimus non vulgare sed singulare maleficium esse spurcum nefarium et inusitatum quo maturius esse maleficium et atrocius vindicandum est. Nonus locus constat ex peccatorum comparatione quasi cum dicimus maius esse maleficium stuprare ingenuam quam sacrum ledere quod alterum propter egestatem alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est per quem omnia que in negocio gerendo sunt acta que ex rem consequi solent exponemus acriter et criminose et diligenter ut agi rem et geri negocium videatur rerum consequentium enumeratione. Misericordia commovebitur auditoribus si variam commutationem fortunarum dicemus si ostenderimus in quibus commodis fuimus quibus ex incommodis simus comparatione. Si que nobis futura sint nisi causam obtinuerimus enumerabimus et ostenderimus et si supplicabimus et nos sub eorum quorum misereri captabimus potestatem subiciemus. Si quid nostris parentibus liberis ceteris ex necessariis casurum sit propter nostras calamitates aperiemus et simul ostenderimus illorum nos sollicitudine et miseria non nostris incommodis dolere si de clementia humilitate misericordia nostra qua in alios usi sumus aperiemus. Si nos semper aut in malis diu fuisse ostendemus si nostrum fatum aut fortunam conquerimur si animum nostrum fortem patientem incommodorum ostendemus fuisse. Commiserationem brevem esse oportet nichil enim lacrima citius arescit. Fere locos obscurissimos totius artificii tractavimus in hoc libro quapropter huic volumini modus hic sit reliquas preceptiones quoad videbitur in tertium librum transferemus. Hec si ut conquisite conscripsimus ita diligenter tu consequeris et nobiscum et sine nobis consideraveris et nos industrie fructum ex tua scientia capiemus et tute nostram diligentiam laudabis tuaque preceptione letabere tu scientior eris preceptorum artificio nos alacriores ad reliquum persolvendum. Verum hec futura scio te enim non ignoro. Sed nos deinceps ad cetera precepta transeamus ut quod libentissime faciamus tue voluntati rectissime morem geramus etc.

d omnem iudicialem causam quemadmodum conveniret inventionem rerum accommodari satis abundanter arbitror superioribus demonstratum. Nunc earum rationem rerum inveniendarum que pertinebant ad causas deliberativas et demonstrativas in hunc librum transtulimus, ut omnis inveniendi preceptio tibi quam plurimum persolveretur. Relique quatuor partes erant artificii; de tribus partibus dicemus in hoc libro: dispositione, pronunciatione, memoria; de elocutione quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conscribere maluimus, quem ut arbitror tibi librum absolutum mittemus, ne quid e rethorice artis deesse possit. Interea prima queque et nobiscum cum voles et interdum sine nobis legendo consequere, ne quid impediare quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nunc tu fac attentum te prebeas, et nos proficisci ad instituta pergemus. Deliberationes partim sunt huiusmodi ut queratur utrum potius faciendum sit sit, partim huiusmodi ut quid potissimum faciendum sit consideretur. Utrum potius hoc modo: Carthago tollenda an relinquenda videatur. Quid potissimum hoc pacto: ut si Hanibal consultet cum ex ytalia remaneat, an domum redeat, an in egiptum profectus occupet Alexandriam. Item deliberationes partim propter extraneam aliquam causam veniunt in deliberationem et consultationem, ut si deliberet senatus bello ytalico solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri; partim et propter se sunt considerande et magis propter extraneam causam veniunt in consultationem, ut si deliberet senatus bello ytalico sociis det civitatem an non. In quibus causis natura rei faciet deliberationem, omnis racio ad ipsam rem accomodabitur. In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ipsa causa erit adaugenda aut deprimenda. Omnis ratio eorum qui sententiam dicent, sed qui sententiam dicet, finem sibi conveniet utilitatis proponere, ut omnis tocius orationis racio ad eam conferatur. Utilitas in duas partes in tutam et honestam in civili consultatione dividitur. Tuta est que conficit instantis aut consequentis periculi vitacionem qualibet racione. Hec distribuitur in vim et dolum, quorum aut alterum separatim aut utrumque sumemus coniuncte. Vis decernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, revocaciones hominum et alias huiusmodi res. Dolus consumitur in pecunia, pollicitacione, dissimulacione, maturacione et ceteris rebus de quibus magis ~~ydo~~ ydoneo tempore loquemur si quando de re militari aut de administratione reipublice scribere velimus. Honesta res dividitur in rectum et lau-

Dabile Rectum est quod cum virtute et officio. Id dividitur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. Prudentia est calliditas quae ratione quadam potest delectum habere malorum et bonorum/ Dicitur item prudentia scientia cuiusdam artificii. Et appellatur prudentia multarum rerum memoria et usus complurium negotiorum. Iustitia est aequitas unicuique tribuens pro dignitate. Fortitudo est rerum magnarum appetitio et humilium contemptio et laboris cum utilitatis ratione perpessio. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum.

Prudentiae partibus utemur in dicendo si incommodis conferamus cum alterum sequi vitare alterum cohortemur. Aut si qua in re cohortabimur cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere/ quo aut qua ratione quidque fieri oporteat. Aut si suadebimus quippiam cuius rei gestae aut praesentem auditam memoriam poterimus habere qua in re facile id quod velimus exemplo allato persuadere poterimus. Iustitiae partibus utemur si aut innocentium aut supplicum misereri dicemus oportere, si ostendemus bene merentibus gratiam referri convenire/ si demonstrabimus ulcisci male meritos oportere/ Si fidem magnopere censebimus conservandam. Si leges et mores civitatis egregie dicemus oportere servari. Si societates atque amicitias studiose dicemus coli convenire. Si quod in parentes ius deos patriam comparavit id religiose colendum monstrabimus. Si hospitia clientelas cognationes affinitates caste colendas esse dicemus. Si nec pretio nec gratia nec periculo nec simultate a via recta ostendemus deduci oportere. Si dicemus in omnibus aequabile ius statui convenire. His itaque atque huiusmodi partibus iustitiae si quam rem in contione aut consilio faciendam censebimus iustam esse ostendemus contrariis partibus iniustam/ ita fiet ut hisdem locis et ad persuadendum et dissuadendum simus parati.

Cum fortitudinis retinendae causa faciendum quid esse dicemus, ostendemus res magnas et celsas sequi et appeti oportere. Et item res humiles et indignas viris fortibus viros fortes contemnere oportere/ nec eas idoneas dignitate sua iudicare. Item a nulla re honesta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere, antiquiorem mortem turpitudine haberi, nullo dolore cogi ut ab officio recedatur, nullius pro veritate metuere inimicitias, quodlibet pro patria parentibus hospitibus amicis et omnibus his rebus quas iustitia colere poscit adire periculum et quemlibet suscipere laborem.

Modestie partibus utemur si nimias libidines honoris pecunie similiumque rerum vituperabimus si unamquamque rem nature certo fine diffiniemus si quoad cuique satis sit ostenderimus et nimium progredi dissuadebimus et modum unicuique rei statuemus Huiusmodi partes virtutis sunt omnibus ubi amplificande si persuadebimus si ab hiis dehortabimur attenuare et hec attenuentur que supra demonstravi Nam nemo erit qui censeat a virtute recedendum verum aut res non eiusmodi dicatur esse ut virtutem possimus egregiam experiri aut in contrariis potius rebus quam in hiis virtutem constare ostendatur Item si quo pacto poterimus quam is qui dicet contra iustitiam vocavit nos demonstrabimus ignaviam esse aut inertiam aut pravam libertatem Quam prudentiam appellabit ineptam et garrulam et odiosam scientiam esse dicemus Quam ille modestiam dicet esse eam nos inertiam et dissolutam negligentiam esse dicemus Quam ille fortitudinem nominavit eam nos gladiatoriam et inconsideratam appellabimus temeritatem Laudabile est quod conficit honestam et presentem et sequentem commemorationem Hoc eo nos separavimus a recto non quod hee quattuor partes que subiciuntur sub vocabulo recti hanc honestatis commemorationem dare non soleant Sed quamquam ex recto laudabile nascatur tamen in dicendo seorsum tractabile est hoc ab illo Neque enim solum laudis causa rectum esse convenit sed si laus consequitur duplicatur recti appetendi voluntas Cum igitur demonstrandum erit rectum laudabile esse demonstrabimus ut ab idoneis hominibus et si qua res honestiori ordini placeat que a deteriore ordine improbetur aut aliquibus sociis aut omnibus civibus exteris nationibus posterisque nostris Cum huiusmodi divisio sit locorum in consultatione breviter est aperienda totius tractatio cause Exordiri licebit vel a principio vel insinuatione vel hisdem rationibus quibus in iudiciali causa Si cuius rei narratio incidet eadem ratione narrari oportebit Quoniam in huiusmodi causis finis est utilitas Et ea dividitur in tutam et honestam Si utrumque poterimus ostendere utrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse Sin alterum quod dicturi sumus ostendemus aut si nostram rationem tutam esse dicemus divisione utemur in vim et consilium Nam quod in dicendo rei dilucidande causa eam delm appellabimus id in dicendo honestas consilium appellabimus. Si racionis nostre sententiam rectam esse dicemus et omnes partes recti incident, quadripertita divisione utemur. Si non incident quot erunt tot componemus in dicendo. In confirmacione et confutacione utemur nostris locis quos ante ostendimus confirmandis argumentacionibus tractande artificiose de secundo libro racio petetur. Sed si ceciderit ut in consultacione alteri ab tuta racione alteri ab honesta racione sententia sit, ut in deliberacione eorum qui a Peno circumsessi deliberant quid agant, tutam racionem si quis adhibebit his locis utetur: nullam rem utiliorem esse incolumitate, virtutibus uti neminem posse qui suas raciones in tuto non collocarit, nec deos quidem esse auxilio eis qui se inconsulte in periculum mittant, honestum nichil oportere existimare quod non salutem pariat. Cum tute rei proponit honestam his locis utetur: virtutem nullo tempore esse relinquendam, vel dolorem si timeatur vel mortem si ea formidetur dedecore et infamia leviorem esse. Considerare que sit turpitudo consecutura, at non immortalitatem atque eternam consequi incolumitatem, nec esse exploratum illo vitato periculo nullum in aliud periculum venturum, virtutes vel ultra ad mortem proficisci preclara ac fortitudini fortunam esse adiumento solere, eum tute vivere qui honeste vivat non qui in presencia incolumis, et eum qui turpiter vivat incolumem imperpetuum non posse. Conclusionibus similibus in his et in iudicialibus uti solemus, nisi quod in his maxime conducit quamplurima rerum ante gestarum exempla proferre. Etc.

unc ad demonstratiuum genus cause transeamus. Quoniam hec causa dividitur in laudem et vituperacionem, quibus ex rebus laudem constituerimus ex contrariis rebus erit vituperacio comparata. Laus igitur potest esse rerum extranearum et corporis et animi. Rerum extranearum sunt ea que casu aut fortuna secunda adversa accidere possunt, ut genus, educacio, divicie, potestates, glorie, civitates, amicicie et que contraria huiusmodi sunt et ea que his contraria. Corporis sunt ea que natura corpori attribuit commoda aut incommoda: velocitas, vires, dignitas, valitudo, et que contraria sunt. Animi sunt ea que consilio et cogitacione nostra sunt prudentia, iustitia, fortitudo, modestia, et que contraria sunt. Erit igitur hec confirmatio et confutatio nobis in huiusmodi igitur causa. Principium sumetur aut ab nostra, aut ab eius de quo loquimur, aut ab eorum qui audient persona, aut ab re. Ab nostra si laudamus, aut officio facere quod causa necessitudinis intercedat, aut studio quod huiusmodi virtute sit ut omnes commemorare debeant velle, quod rectum sit, aut ex aliorum laude ostendere qualis noster animus sit. Si vituperabimus, aut merito facere quod ita ab eo tractati simus, aut studio quod utile putemus esse ab omnibus unicam maliciam atque nequitiam cognosci, aut quod placeat ostendi quod nobis displiceat ex aliorum vituperatione. Ab eius persona de quo loquimur si laudabimus, dicemus vereri nos ut illius facta verbis consequi non possimus; omnes illius virtutes predicari oportere; ipsa facta omnium laudatorum eloquentiam anteire. Si vituperabimus, ea que videmus contra pauce commutate dici posse dicemus, ut paulo supra exempli gratia demonstratum est. Ab auditorum persona si laudabimus: quoniam non apud ignaros laudemus, nos monendi causa pauca dicturos; aut si erunt ignari, ut talem virum velint cognoscere petemus; quoniam in eodem virtutis studio sint apud quos laudemus quo ille qui laudatus fuerat aut sit, sperare nos facile his quibus velimus huius facta probaturos. Contraria vituperatio: quoniam norunt, nos pauca de nequitia eius dicturos esse; quod si ignorent, petemus ut cognoscant ut maliciam vitare possint; quoniam dissimiles sunt qui audiant atque ille qui vituperatur, sperare nos illius vitam vehementer eos improbaturos. Ab rebus ipsis: incertos esse quid potissimum laudemus; vereri ne cum multa dicamus plura pretereamus; et que similes sententias habebunt; quibus sentenciis contraria sumuntur a vituperatione etc.

Principio tractato aliquarum quas commemoravimus rationum, narratio non erit ulla que necessario consequatur. Sed si qua inciderit, cum aliquod factum eius de quo loquimur eius narrandum sit cum laude aut vituperatione, preceptio narrandi de primo libro repetetur. Divisione hac utemur: exponemus quas res laudaturi aut vituperaturi simus; deinde ut que a quo vel tempore res

aut gesta ordinem dicemus ut quid quoque tempore ante quam egerit intelligatur
Sed exponere oportebit animi virtutes aut vicia deinde comoda aut incomoda
corporis aut rerum extranearum quomodo ab eo tractata sint demonstrare
ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus ab externis
rebus. si genus in laude quibus natus maioribus sit Si bono
genere parem aut excellenciorem fuisse Si humili genere ipsum suis non
maioribus virtutibus habuisse presidium In vituperacione si bono genere
dedecori maioribus fuisse si malo tamen hiis ipsis fuisse detrimento.
Educacionem in laude quod bene et honeste in bonis disciplinis totius puerine
fuit / in vituperacione contra virum esse se retractasse apte ad corporis
comoda a natura in laude si sit dignitas aut forma laudi fuisse eam non
quemadmodum ceteris detrimento atque dedecori Si vires atque velocitas egregia
a honestate. hec exercitacionibus et industria comparata Si valitudo
perpetua diligencia et temperancia cupiditatum In vituperacione si erunt hec
corporis comoda. hiis male usum dicemus que casu et natura tamquam quilibet
gladiator habuerit Si non erunt preter formam omnia ipsius culpa et intemperancia
amisisse dicemus Deinde revertemur ad extraneas causas. et in
hiis animi virtutes aut vicia que fuerint considerabimus divicie an paupertas
fuit et que potestas. que glorie que amicicie que inimicicie et quod fortiter
in gerendis inimiciis fecerit cuius causa susceperit inimicicias. qua fide benivolencia.
quo officio gesserit amicicias in diviciis qualis aut paupertate cuiusmodi
fuit quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum Si interierit
quo. cuiusmodi mors eius fuit / cuiusmodi res mortem eius fuit consecuta
Ad omnes autem res in quibus animus hominis maxime considerabitur ille quatuor
animi virtutes erunt accomodande / ut si laudemus ad iuste. ad fortiter
alius modeste. et ad prudenter factum esse dicemus Perspicuum est iam nimirum
ex hac disposicione quemadmodum sit tractanda tripartita divisio laudis
et vituperacionis Si illud etiam assumpserimus non necesse esse nos
omnes has partes in laudem et vituperacionem transferre propterea quod sepe ne
incidunt quidem sepe et ita tenuiter ut non sint necessaria dictu Quapropter
eas partes que firmissime videbuntur legere oportebit Conclusionibus
brevibus utemur enumeracione ad exitum cause in ipsa causa breves
et crebras amplificaciones interponere oportebit per locos communes hoc genus

cause eo quod raro accidit in vita neglegentius commendandum et neque cuiquam quod potest accidere ut faciendum sit aliquando non oportet velle quam accomodatissimus posse facere. et si separatim. hec causa minus sepe tractatur et in iudicialibus et in deliberativis causis sepe magne partes versantur laudis aut vituperationis. Quare in hoc quoque genere cause nonnihil industrie confirmandum putemus. Nunc absoluta nobis difficillima parte rethorice hoc est inventione perpolita atque ad omne cause genus accomodata tempus est ad ceteras partes proficisci. deinceps igitur de dispositione dicemus.

Quoniam dispositio est per quam illa que invenimus in ordinem redigimus ut certo quicquid loco pronuntietur videndum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conveniat. Genera dispositionum sunt duo unum ab artis institutione profectum alterum ad casum temporis accomodatum. Ex institutione artis disponemus cum sequimur eam preceptionem quam in libro primo exposuimus hoc est ut utamur principio narratione. divisione. confirmatione. confutatione. conclusione. et hunc ordinem quemadmodum preceptum est ante in dicendo sequamur. Item ex institutione artis non modo totas causas per orationem sed singulas quasque argumentandi partes disponemus quemadmodum in libro secundo docuimus expositionem. rationem. confirmationem. exornationem. conclusionem. hec igitur duplex dispositio est una per orationes. altera per argumentationes ab institutione artis profecta. Est autem alia dispositio que cum ab ordine artificioso recedendum est oratoris iudicio ad tempus accomodatur ut si ab narratione dicere incipiamus. aut ab aliqua firmissima argumentatione. aut ab litterarum aliquarum recitatione aut si secundum principium confirmatione utemur deinde narratione. aut si quam huiusmodi permutationem ordinis faciemus. quorum nichil nisi causa postulet fieri oportebit. nam si vehementer aures auditorum obtuse videbantur atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum commode poterimus principio supersedere et exordiri causam aut a narratione aut ab aliqua firmissima argumentatione. Deinde si commodum erit quod non semper necesse est ad principii sententiam reverti licebit. Si causa nostra magnam difficultatem videtur habere ut nemo equo animo principium possit audire. ab narratione cum inceperimus ad principii sententiam revertemur

Si narratio parum probabilis exordium ab aliqua firma argumentatione huius commutationibus et translationibus partium sepe uti necesse est cum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare cogit. In confirmatione et confutatione argumentationum dispositionem huiusmodi convenit habere firmissimas argumentationes in primis et in postremis cause partibus collocare, mediocres et neque inutiles ad dicendum neque necessarias ad probandum que si separatim ac singule dicantur infirme sint cum ceteris coniuncte et firme et probabiles fiunt interponi in medio et collocari oportet. Nam et statim re narrata expectat animus auditoris si qua re causa confirmari possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrime dictum facile memorie mandatur utile est cum dicere desinamus aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Hec dispositio locorum tamquam instructio militum facillime in dicendo sicut illa in pugnando parare poterit victoriam.

Pronuntiationem multi maxime utilem oratori dixerunt et ad persuadendum plurimum valere. Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse non facile dixerimus, nec egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione sola audacter confirmaverimus. Nam commode inventiones concinne verborum elocutiones et partium cause artificiose dispositiones et horum omnium diligens memoria sine pronuntiatione non plus quam sine his pronuntiatio sola poterit. Quare et propterea de ea re conscribendum quia nemo de ea re diligenter scripsit. Nam omnes vix posse putaverunt de voce et vultu et gestu dilucide scribi cum he res ad nostros sensus pertinerent. Et quia magnopere ea pars a nobis ad dicendum comparanda est non negligenter videtur tota res consideranda. **Dividitur igitur pronuntiatio** in vocis figuram et in corporis motum. Figura vocis est ea que suum quendam possidet habitum ratione et industria comparatum. Hec dividitur in tres partes magnitudinem firmitudinem mollitudinem. Magnitudinem vocis maxime ~~curata conservat~~ comparat natura, non nichil habitus auget sed maxime curatio conservat. Firmitudinem vocis maxime comparat natura, non nichil adauget sed maxime exercitatio declamationis. Mollitudinem vocis hec

est ut eam torqueri in dicendo pro suo commodo possimus maxime faciet
exercitationis imitatio. Quapropter de magnitudine vocis et firmitudinis
parte quoniam altera natura altera cura comparatur nihil nos attinet commo-
nere. Commune enim est rei nisi ut ab hiis qui non inscii sunt eius ar-
tificii ratio curande vocis petatur. De ea parte firmitudinis que conservatur
ratione declamationis et de mollitudine vocis que maxime necessaria est ora-
tori quoniam ea quoque declamationis moderatione comparatur dicendum videtur. Ergo
firmamentum vocis maxime poterimus in dicendo conservare si quam ma-
xime sedata et depressa voce principia dicemus. Nam hic leduntur arte-
rie si antequam leni voce permulse sint acri clamore complentur et inter-
vallis longioribus uti convenit. Recreatur enim spiritu vox et arterie
reticendo quiescunt et continuum clamorem remittere et ad sermonem
transire oportet. Commutationes enim faciunt ut nullo genere vocis effuso in
omni voce integri simus. Et acutas vocis exclamationes vitare debemus.
Ictus enim fit et vulnerantur arterie acuta atque attenuata nimis ac-
clamatione. Et si quis splendor vocis consumitur uno clamore et
uno spiritu continenter multa dicere in extrema convenit oratione. Fau-
ces enim calefiunt et arterie complentur et vox que varie tractata e(st)
reducitur in quendam sonum equalem atque constantem. Quam sepe rerum
nature gratia quedam iure debetur velut accidit in hac re. Nam que di-
cimus ad vocem servandam prodesse eadem attinent ad suavitatem
pronunciationis ut quod nostre voci prosit idem voluntati auditoris pro-
sit probetur. Utile est ad firmitudinem sedata vox in principio. Quid
enim insuavius quam clamor in exordio cause. Intervalla vocem confir-
mant. Eadem sententias concinniores divisione reddunt
et auditori spacium cogitandi relinquunt. Conservat vocem continui
clamoris remissio et auditorem quidem varietas maxime delectat
cum sermone animum eius retinet et exsuscitat clamore. Ledit vocem ex-
clamatio acuta vocem vulnerat eadem ledit auditorem que enu-
dat valetat habet enim quiddam inliberale et ad muliebrem potius
vociferationem quam ad virilem dignitatem in dicendo accomodatum.
In extrema oratione vox continens remedio est voci. Quid? hec eadem
nonne animum vehementissime calefacit auditoris in totius con-

clone cause. Cum igitur res eedem vocis firmitudini et pronunciacionis suavitati prosint, de utraque re simul erit in presencia dictum, de firmitudine que visa sunt et suavitudine que coniuncta fuerunt. Cetera suo loco paulo plus dicemus. **Mollitudo ergo vocis** quoad omnes rethore preceptionum pertinet diligencius nobis consideranda est. Eam dividimus in sermonem, contencionem, amplificacionem. Sermo est oracio remissa et finitima quotidiane locucioni. Contencio est oracio acris et ad confirmandum et ad confutandum accomodata. Amplificacio est oracio que animum ad iracundiam inducat aut ad miseriam trahit animum auditorum. **Sermo dividitur** in partes quatuor: dignitatem, demonstracionem, narracionem et iocacionem. Dignitas est oracio cum aliqua gravitate et vocis remissione. Demonstracio est oracio que docet remissa voce quomodo quid aut potuit aut non potuit fieri. Narracio est rerum gestarum aut proinde ut gestarum exposicio. Iocacio est oracio que ex aliqua re risum prudentem et liberalem potest comparare. Contencio dividitur in continuacionem et distribucionem. Continuacio est oracionis enunciande acceleracio. Distribucio est in contencione oracio frequens cum raris et brevibus intervallis acri vociferacione. Amplificacio dividitur in cohortacionem et conquestionem. Cohortacio est oracio que aliquod peccatum amplificans auditorem ad iracundiam adducat. Conquestio est oracio que incomodorum amplificacione animum auditorum ad miseriam perducat. Cum igitur mollitudo vocis in tres partes divisa est et he partes ipse sunt in octo partes alias distribute, harum octo partium que cuiusque idonea sit pronunciacio demonstrandum videtur. Sermo cum est in dignitate plenis faucibus sedatissima quam adpre et depressissima voce uti conveniet, ita tamen ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Cum autem est sermo in demonstracione voce paululum attenuata crebris intervallis et divisionibus uti oportet ut in ipsa pronunciacione eas res quas demonstrabimus inserere atque intersecare videamur in animis auditorum. Cum autem est sermo in narracione vocum varietate opus est ut quo quidque pacto gestum sit ita ut narrare videatur. Strenue quod volumus ostendere factum celeriuscule dicemus, ut aliud ociose retardabimus. Deinde modo acriter, tum clementer, meste, hilariter in omnes partes commutabimus ut verba ita pronunciacionem. Si que inciderint in narracionem dicta, rogata, responsa et si que admiraciones de quibus narrabimus, diligenter animum advertemus ut omnium personarum sensus atque quot voce exprimamus Sin erit sermo in iocatione leniter tremebunda voce cum parva significatione risus sine ulla suspicione nimie cachinnationis leniter oportebit a sermone serio vocem torquere ad liberalem iocum Cum autem contendere oportebit quoniam id aut per continuationem aut per distributionem faciendum est In continuatione adaucto mediocriter sono vocis verbis continuandis vocem quoque augere oportebit et torquere sonum ac celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit In distributione vocem ab imis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportebit et quantum spatii in singulas exclamationes sumpserimus tantum in singula intervalla spatii consumere iubemur In amplificationibus cum cohortatione utemur voce attenuatissima clamore leni sono equali commutationibus crebris cum maxima celeritate In conquestione utemur voce depressa inclinato sono crebris intervallis longis spaciis magnis commutationibus De figura vocis satis dictum est, nunc de corporis motu dicendum videtur **Motus est corporis gestus** et vultus moderatio quedam que probabiliora ea reddit que pronunciantur Convenit igitur in vultu pudorem et acrimoniam inesse In gestu ut venustatem conspiciendam ut turpitudinem inesse Ad easdem igitur partes in quas est vox distributa motus quoque corporis ratio videtur esse accommodanda Nam si erit sermo in dignitate stantes in vestigio levi dextre motu loqui oportebit hilaritate tristicia mediocritate vultus ad sermonis sententias accommodata Sin erit in demonstratione sermo paululum corpus a cervicibus dimittemus nam est hoc a natura per maxime datum quod tum vultum admoveamus ad auditores Et si quam rem docere eos ut vehementer nostri instigare velimus Sin erit in narratione sermo idem motus poterit idoneus esse qui paulo ante demonstrabatur in dignitate Sin in iocatione in vultu quandam debemus hilaritatem esse sine commutatione gestus Sin contendemus per continuationem brachio celeri mobili vultu acri aspectu utemur Sin contentio fiat per distributionem porrectione celeri brachii inambulatione pedis dextri rara supplosione acri et defixo aspectu uti oportebit Sin utemur amplificatione per cohortationem paulo tardiorem et consideratiorem gestum conveniet uti similibus ceteris atque in contentione rebus per continuationem Sin utemur amplificatione per conquestionem feminis plangore et capitis ictu nonnumquam sedato

sed constanti gestu mesto et conturbato vultu uti oportebit non sum
nescius quantum susceperim negocii qui motus corporis exprimere verbis et
imitari scriptura conatus sum voces verum nec hec confisus sum posse
fieri ut de his rebus satis commode posset scribi nec si id fieri non posset
hec quod ~~feci~~ fore feci fore inutile putabam propterea quod hic admonere voluimus
quid oporteat reliqua trademus exercitacioni hoc tamen scire oportet pronunciacionem
bonam id perficere ut res ex animo agi videatur Nunc ad thesaurum inventorum atque
ad omnium partium rethorice custodem memoriam transeamus **Memoria
vero utrum** quiddam habeat artificiosi an omnis a natura proficiscatur
aliud tempus dicendi dabitur idoneum Nunc proinde atque constet in hac
re multum valere artem et preceptionem ita de ea re loquemur Placet
enim nobis esse artificium memorie Cur autem placeat alias ostendemus
in presencia cuiusmodi sit ea aperiemus Sunt igitur due memorie
una naturalis alia artificiosa Naturalis est ea que nostris animis
insita est et simul cum cogitacione nata Artificiosa est ea quam
confirmat inductio quedam et racio preceptionis Sed qua via in ceteris
rebus ingenii bonitas imitatur sepe doctrinam Ars porro nature
commoda confirmat et auget Ita fit in hac re ut nonnumquam
naturalis memoria si cui data est egregia similis sit huic artificiose
porro hec artificiosa nature commoda retinet et amplificat racione
doctrine Quapropter et naturalis memoria preceptione confirmanda est ut
sit egregia et hec que doctrina datur indiget ingenii nec hec magis
aut minus in hac re quam in ceteris rebus fit ut ingenio doctrina
preceptione natura nitescat Quare et illis qui natura memores sunt utilis
erit hec institucio quod tute paulo post poteris intelligere et si illi
sua freti ingenio nostra preceptione non indigerent tamen iusta causa daretur
quare his qui minus ingenii habent adiumento velimus esse
Nunc de artificiosa memoria loquamur Constat igitur artificiosa
memoria ex locis et ymaginibus Locos appellamus eos qui
breviter perfecte insignite aut natura aut manu sunt absoluti ut
eos facile naturali memoria comprehendere et complecti queamus
ut edes intercolumnium angulum fornicem et alia his que similia

similia ymagines sunt forme quedam et note et simulacra rei quam meminisse volumus Quod genus equi leonis aquile. ~

Si volumus habere memoriam ymagines eorum in certis locis collocare nos oportebit Nunc cuiusmodi locos invenire et quo pacto reperire et in locis ymagines constituere oporteat videamus Quemadmodum qui literas sciunt possunt id quod dictum est scribere et recitare quod scripserint Ita qui in mederata didicerint quod audierint possunt ea que didicerint in locis collocare et in his memoriter pronunciare. loci enim cere aut carte similitudinem sunt imagines. Eis dispositio et collocatio imaginum scripture pronunciacioque lectioni oportet igitur si volumus multa meminisse. multos nobis locos comparare Ut in multis locis multas ymagines collocare possimus Item putamus hos locos exordine comparari oportere ne quando perturbatione ordinis impediamur quo secius quoto quoque loco licebit vel a superiore vel ab inferiore vel a media parte imagines sequi et ea que ad mandata locis erunt edere et proferre possimus Nam ut si in ordine stantes notos complures viderimus nichil nostra intersit utrum ab summo vel ab imo a medio nomina eorum dicere incipiamus. Ita in locis exordine collocatis eveniet ut in quamlibet partem quoto quoque loco licebit imaginibus commoniti dicere possimus id quod locis mandaverimus Quare placet et exordine locos comparare et locos quos sumpserimus egregie commodius notare oportebit ut perpetuo nobis herere possint Nam imagines sicut litere nisi nichil utimur deleantur loci tamquam cera remanere debent Et ne forte in numero locorum falli possimus quintum placet quemque notari genus si in quinto loco manum auream collocemus in decimo aliquem notum cui prenomen sit decimus Deinde facile erit deinceps similes notas quinto quoque loco collocare Item commodius est in derelicta quam in celebri regione locos comparare propterea quod frequentia et obambulatio hominum conturbat et infirmat imaginum notas Solitudo conservat integras simulacrorum figuras Preterea dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt ut distincte interlucere possint

Nam si quis multa intercolumnia sumpserit conturbabitur similitudine ut ignoret quid in quoque loco collocarit Nam et magnitudine modicos et mediocres locos oportet habere Nam et preter modum ampliuagas imagines reddunt et nimis angusta sepe non videntur posse capere imaginum collocationem Item nec nimis illustres nec vehementer obscuros locos habere oportet ne aut obturentur tenebris imagines aut splendore prefulgeant Intervalla locorum volunt esse fore paulo plus aut minus pedum tricenum Nam ut aspectus ita ut cogitatio minus valet sive nimis procul removeris sive vehementer prope admoveris illud quod oportet videri Sed quamquam facile est ei qui paulo plus exploraverit et quamvis multos et idoneos locos comparare tamen si quis ad ista idoneum invenire se non putavit ipse sibi constituet quam volet multos Cogitatio enim quamvis regionem potest amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricare et architectari Quare licebit si hac prompta copia contenti non erimus nosmetipsos nobis cogitatione nostra regionem constituere et idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare De locis satis dictum est ad imaginum rationem transeamus [illegible]

uoniam igitur similitudines rerum imagines oportet esse ex omnibus rebus nosmet nobis similitudines eligere debemus Duplices igitur similitudines consimiliter exprimuntur ipsorum negotiorum imagines comparamus Verborum similitudines cum uniuscuiusque nominis et vocabuli notatur Rei totius memoriam sepe una nota imagine simili comprehendimus hoc modo ut si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum et hereditatis causa factum arguerit et eius rei multos dixerit testes et conscios esse si hoc primum ut ad defendendum nobis expeditum est meminisse volemus in primo loco totius rei imagine conformabimus egrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum de quo agemus si formas detinebimus si eum non agnoverimus aliquem non de minimo loco sumemus ut cito ad mentem venire possit et reum ad lectum eius statuemus dextra poculum sinistra thabulas medio aut arietinos testiculos tenentem hoc modo et testium hereditatis et veneno necati memoriam habere poterimus Item deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus et quotienscumque rem meminisse volemus si formarum dispositione et imaginum diligenti notatione utemur facile ea que volemus memoria consequemur Cum verborum similitudines imaginibus exprimere volemus plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus Id nos hoc modo facere oportebit Iam domum itionem reges atride parant In loco constituere oportet manus ad celum tollentem domitium cum a regibus in certis locis cedatur hoc erit Iam domum itionem reges in altero loco esopum et cimbrum subornari ut ab effigenia vagantem ad agamenonem et menelaum hoc erit atride parant hoc modo omnia verba erunt expressa Sed hec imaginum conformatio tunc valet si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione ut versu posito ipsi nobiscum primum transeamus bis aut ter eum versum deinde tunc imaginibus verba exprimamus hoc modo nature suppeditabitur doctrina nam tum ex utraque altera est separata minus erit firma ita tamen ut multo plus in doctrina atque arte presidii sit quod docere non gravaremur nisi metueremus ne cum ab instituto nostro recessissemus minus commode servaretur hec dilucida brevitas preceptionis Nunc quoniam solet accidere ut imagines partim firme et ad monendum idonee sint partim imbecilles et infirme que vix memoriam possint excitare qua de causa utrumque fiat considerandum ut cognita causa quas vitemus et quas sequamur imagines scire possimus

Docet nos igitur ipsa natura quid fieri oporteat Nam si quas res in vita videmus parvas usitatas quotidianas eas meminisse non solemus propterea quod nulla nisi nova aut admirabili re commovetur animus At si quid videmus aut audimus egregie turpe aut

Honestam inusitatam magnam incredibile ridiculosam videmus id diu consuevimus meminisse Itaque quas res ante ora videmus aut audimus obliviscimur plerumque que acciderunt in pueritia meminimus optime sepe nec hoc alia de causa potest accidere nisi quod usitate res e memoria elabuntur insignes et nove manent in animo diutius ut solis ortus cursus atque occasus nemo admiratur quia raro accidit propterea quia cotidie fiunt eclipsim magis mirantur quia raro accidit et solis eclipsim magis magis mirantur quam lune propterea quod hec crebriores fiunt Docet ergo natura vulgari et usitata re non exsuscitari novitate et insigni quodam negotio commoveri Imitetur igitur ars naturam et quod ea desiderat inveniet si quod ostendit sequatur Nichil enim est aut quod natura extremum non invenerit aut doctrina primum sed rerum principia ab ingenio profecta sunt et exitus disciplina comparantur Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit quod genus in memoria diutissime potest manere hec res accidet si quam maxime notatas similitudines constituemus si non multas nec vagas sed aliquid novi agentes imagines ponemus Si egregiam pulchritudinem aut unicam turpitudinem eis attribuemus si aliquas res exornabimus ut si coronis aut veste purpurea quo nobis notior sit similitudo Aut si quam rem deformabimus ut si cruentam aut ceno oblitam aut rubrica delibutam inducamus quo magis insignita sit forma aut si ridiculosas res aliquas imaginibus attribuamus Nam ea res efficiet ut facilius meminisse possimus Nam quas res veras facile meminerimus easdem fictas et diligenter notatas meminisse non difficile est Sed illud facere oportebit ut identidem primos quosque locos imaginum renovandarum causa celeriter animo pervagemus Scio plerosque Grecos qui de artificiali memoria scripserunt fecisse ut multarum verborum imagines conscriberent ut qui eas ediscere vellent paratas haberent nequid in querendo consumerent operis Quorum rationem aliquot de causis improbamus primum quod in verborum innumerabili multitudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare quos non poterit hec valere cum ex infinita verborum modo aliud nos verbum meminisse oportebit Deinde cur volumus ab industria quemquam removere ut nequid ipse querat tunc nos illi omnia parata quesita paratamque que tradamus Preterea similitudine alia et alius magis commovetur Nam ut sepe formam si quam similem cuipiam diximus esse non omnes habemus sensores quod alii videtur aliud ita fit in imaginibus ut que nobis diligenter notata sit ea parum videatur insignis aliis Quare sibi quemque suo commodo convenit imagines comparare Postremo preceptoris est docere quemadmodum querere quicque conveniat et unum aliquod aut alterum non omnia que eiusdem sunt generis exempli causa subiicere quo res possit esse dilucidior ut quemadmodum de prohemiis querendis disputamus rationem damus querendi non mille prohemiorum genera conscribimus ita arbitramur de imaginibus fieri convenire Nunc ne forte verborum memoriam aut nimis difficilem aut parum utilem arbitreris ipsarum rerum memoria contentus sis que et utiliores sint et plus habeant facilitatis admonendus es quare verborum memoriam non improbemus Nam putamus oportere eos qui velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse in rebus difficilioribus esse ante exercitatos Nec nos hanc verborum memoriam inducimus ut versus tantum possimus meminisse sed ut hac exercitatione illa rerum memoria que pertinet ad utilitatem confirmetur vel ut ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire possimus Sed auctoritas cum in omni disciplina infirma sit artis preceptio sine summa assiduitate exercitationis tum vero in memoriis minimum valet doctrina nisi industria studio labore diligentia comprobetur Cura plurimos locos ut habeas et qui maxime ad precepta accomodatos curare debebis in imaginibus collocandis exercere cotidie oportebit Non enim sicut in ceteris studiis abducimur non numquam occupatione occupamur ita ab re potest nos causa deducere aliqua nunquam est enim cum aliquid memorie tradere velimus et tum cum maxime cum aliquo maiore negotio detinemur Quare cum sit utile facile meminisse non te fallet quid tantopere utile sit quanto labore sit appetendum quod poteris estimare utilitate cognita pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia ne aut tuo studio diffisi aut minus quam res postulat dixisse videamur de quinta parte rhetorice deinceps dicemus at partes primas quasque preter in animo frequenta tuo et quod maxime necesse est exercitatione confirma tercius

Uoniam in hoc libro herenni de elocutione conscripsimus et quibus in rebus opus fuit exemplis uti eis usi sumus et hoc fecimus preter consuetudinem grecorum qui de hac re scripserunt necessario faciendum est ut paucis rationem nostri consilii demus atque hoc nos necessitudine non facere non studio satis erit signi quod in superioribus libris nichil neque ante rem neque preter rem locuti sumus Nunc si pauca que res postulat dixerimus tibi id quod reliquum est artis ita ut instituimus persolvemus sed facilius nostram rationem intelliges si quid prius illi dicant cognoveris Compluribus de causis putant oportere cum ipsi preceperint quo pacto oporteat ornare elocutionem uniuscuiusque generis ab oratore aut poeta probato sumptum ponere exemplum Et primum se id modestia commotos facere dicunt propterea quod videatur esse ostentationis quoddam non satis habere precipere de artificio sed et ipsos videri velle artificiose gignere exempla hoc est inquiunt ostentare se non ostendere artem Quare in primis pudor est ad eam rem impedimento ne nos solos probare nisi amare videamur Etenim cum possimus ab Ennio sumere aut a Graccho ponere exemplum videtur esse arrogantia illa relinquere et ad sua devenire Preterea exempla testimoniorum locum obtinent id enim quod admonuerit et leniter fecerit preceptio exemplo sicut testimonio approbatur Non igitur ridiculus sit si quis in lite aut in iudicio domesticis testimonio pugnet ut enim testimonium sit exemplum rei certe causa confirmande assumitur Non igitur oportet hoc nisi a probatissimo sumi ne quod aliud confirmare debeat egeat ad ipsum confirmatione. Etenim necesse est aut se omnibus anteponant et sua maxime probent aut negent esse exempla que a probatissimis auctoribus aut poetis sumpta sunt Si se omnibus anteponant intolerabili arrogantia sunt si quos sibi preponant et eorum exempla suis exemplis non putent prestare non possunt dicere quare sibi illos anteponant Quid igitur ipsa auctoritas antiquorum nam quo res est probabilior eo hominum studia ad imitandum alacriora reddit ~~imo~~ imo erigit omnium cupiditates et acuit industriam cum spes iniecta est posse imitando Gracchi aut Crassi consequi facultatem postremo hoc ipsum summum est artificium res varias et dispares in tot poematibus et orationibus sparsas et vage disiectas ita diligenter eligere ut unumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis hoc si industria solum fieri posset tamen essemus laudandi cum laborem. Item laborem non fugissemus. Nunc sine summo artificio non potest fieri. Cumprimis enim nisi qui summe tenet artem possit ea que iubeat ars de tanta et tam diffusa scriptura notare et separare. Ceteri cum legant orationes bonas aut poemata, probant oratores et poetas neque intelligunt qua re commoti probent, quod scire non possunt ubi sit nec quid sit nec quomodo factum sit id quod maxime eos delectet. At is qui hec omnia intelligit et idonea maxime eligit et omnia in arte maxime scribenda redigit in singulas rationes preceptionis, necesse est huius rei summus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est in arte sua posse et alienis uti exemplis. Hec illi cum dicunt magis nos auctoritate sua commovent quam veritate disputationis. Illud enim veremur ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam quod ab ea steterint hii qui inventores huius artificii fuerunt et vetustate iam satis omnibus probati sunt. Quod si illorum auctoritate remota res omnes volent cum re comparare, intelligent non omnia esse concedenda antiquitati. Primum igitur quod ab eis de modestia dicitur videamus ne nimium pueriliter proferatur. Nam si tacere aut nihil scribere modestia est, cur quicquam scribunt aut dicunt aut loquuntur? Sin aliquid suum scribunt, cur quo secius omnia scribant impeditur modestia? Quasi si quis ad Olimpia cum venerit cursum et steterit ut mittatur, impudentes dicat eos qui currere ceperint, ipse intra carceres stet et narret aliis quomodo Ladas aut Boiscus cum Pisaeis cucurrerit: sic isti qui in artis curriculum descenderunt illos qui in eo quod est artificii elaborent aiunt facere inmodeste, ipsi vero aliquem antiquum oratorem aut poetam laudant aut scriptum, sicut in stadium rhetorice prodire non audeant. Non ausim dicere ne qua in re laudem modestie venentur in ea ipsa re sint impudentes. ~~cum tuo nomini velis ex alienis~~ Cavendum enim tibi ut si aliquis inquinat artem tuam scribis, gignis nobis novas preceptiones; eas ipse confirmare non potes, ab aliis exempla sumis. Vide ne facias impudenter qui tuo nomini velis ex alienis laboribus libare laudem. Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores et poete et suum quisque tulerit de libris suis, nihil istis quod suum velint relinquetur. At exempla quoniam testimoniorum similia sunt, item convenit ut testimonia ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi causa neque testificandi sed demonstrandi. Non enim cum dicimus esse exornationem que verbi causa constet ex similiter desinentibus verbis et ponimus hoc exemplum ~~exemplo demonstratur~~ a Crasso: quibus possumus et debemus, testimonium non collocamus, sed exemplum. Hoc interest inter testimonium et exemplum: ~~exemplo~~ exemplo demonstratur id quod dicimus cuiusmodi sit, testimonio esse id ita ut nos dicimus confirmatur. Preterea oportet testimonium cum re convenire; aliter enim rem non potest confirmare. At hoc quod illi faciunt cum re non convenit. Quid ita? Quia pollicentur se artem scribere, exempla proferunt ab his plerumque qui artem ~~nescirent~~ nescierunt. Cum quis est qui possit id quod de arte scripserit comprobare nisi aliquid scribat ex arte? Contra faciunt quam polliceri videntur. Nam cum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse quod alios doceat. Cum vero scribunt, ostendunt nobis quid alii excogitarint. At hoc ipsum difficile est, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? utrum laboriosum an artificiosum? Si laboriosum, non statim preclarum. Sunt enim multa laboriosa que

si faciatis non continuo gloriemini nisi forte et si veram maxime fabulas aut
orationes totas transcripseritis gloriosum putaveritis. Sin autem illud artificiosum
egregium dictus videri ne insueti rerum maiorum videamini si vos parva res sic
magna delectant. Nam ipsum eligere quidem rudis nemo esset sed sine summo
artificio multi. Quisquis enim audierit de arte paulo plus in elocutione preceptorum
omnia videre poterit que ex arte dicentur facere nemo poterit nisi eruditus. Itaque si de tra-
gediis velis sententias eligere aut de Pacuvianis prodis nam quia plane rude
id facere nemo poterit te liberalissimum esse putes ineptus sis propterea quod id facias
facile quivis mediocriter litteratus. Item si cum orationibus aut poematibus elegeris
exempla que certis signis artificii notata sint quia rudis nemo facere id possit arti-
ficiosissime te fecisse putas erras propterea quod isto signo videmus te nonnul-
lius rei signo multa te scire non intelligemus. Quod si artificiosum est intelligere
que sint ex arte scripta multo est artificiosius ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit
artificiose ab aliis commode scripta facile intelligere poterit. Qui eliget facile non con-
tinuo ipse commode scribet. Et si est maxime artificiosum alio tempore utantur ea facul-
tate non tamen cum parere ipsi et gignere et proferre debent. Postremo in eo artificii
consumant ut ipsi potius ab aliis eligendi quam aliorum boni electores existimentur.
Contra ea que ab his dicuntur qui dicunt alienis exemplis uti oportere satis dictum
nunc separatim que dici possint consideremus. Dicimus igitur eos tum ideo quod alienis
utantur peccare tum magis etiam delinquere quod a multis exempla sumant. Sed
de eo quod posterius diximus antea videamus. Si concederem aliena exempla opor-
tere sumere illos unius vincerem oportere. Primum quod contra nulla staret illorum ratio.
Licet enim eligant et probarent quodlibet que contra omnes res suppeditaret exempla vel
poetam vel oratorem cuius auctoritate utantur. Deinde interest magni eius qui
discere velit utrum omnia ab uno an omnia et nihil an aliud ab alio putet
consequi posse. Si enim putabit omnia per unum posse consequi ipse quoque ad omnia
nitetur facultatem. Si id desperabit in paucis se exercebit [illegible] ipse enim con-
tentus erit nec mirum cum ipse preceptor artis omnia penes unum reperire non
potuerit. Allatis igitur exemplis a Catone a Gracco a Lelio a Scipione Gal-
ba Porcina Crasso Antonio ceteris sumptis aliis a poetis et historiarum scripto-
ribus necesse erit eum qui discet putare ab omnibus omnia ab uno pauca vix
potuisse sumi. Quare se unius alicuius esse similem satis habebit omnia que
habuerunt solum habere se posse diffidet. Ergo inutile est ei qui discere vult putare a ne-
mine posse habere. Igitur nemo exemplar supposisset. Hunc ergo signum est ipsos artis
scriptores non putasse unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere
quod neque sua protulerunt neque unius alicuius denique aliorum sed ab omnibus ora-
toribus et poetis exempla sumpsisse sumpserunt. Deinde si quis velit artem
demonstrare nihil prodesse ad dicendum non male utatur hoc adiumento quod unus
omnes artis consequi nemo potuerit. Quod igitur iuvat rationem eorum qui omnes
improbent artes id non ridiculum est ipsum scriptorem artis suo iudicio comprobare.
Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exempla si semper aliunde sumerentur

Nunc omnia aliunde sumenda non fuisse sic intelligimus primum omnium quod ab artis scriptore affertur exemplum de eius artificio debet esse ut si quis purpuram aliud quippiam vendens dicat sume a me sed huius exemplum aliunde rogabo tibi quod ostendam si mercis ipsi qui vendicant aliunde exemplum quaeritant aut in arte aut acervos se dicunt tritici se habere sed eorum exemplum pugno non habent quod ostendant fieri Triptolemus cum omnibus semen largiretur ipse ab aliis hominibus id mutuaretur aut si prometheus cum mortalibus ignem dividere vellet ipse a vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret nonne ridiculum videretur isti magistri omnium dicendi praeceptores nonne videntur sibi ridiculo facere cum id quod aliis pollicentur ab aliis quaerunt dici quis se fontes ingentes penitus absconsos aperuisse dicat et hic siccat sitiat cum maxime loquitur neque habeat quo sitim sedet nonne videbitur isti enim cum non modo dominos fontium sed se ipsos fontes dicant et omnium rigare debeant ingenia non putant fore ridiculum si cum id polliceantur arescant ipsi siccitate Chares a lisippo statuas facere non isto modo didicit ut lisippus caput ostendit et myronium brachia praxitelis pectus policleti ventre et aura sed omnia coram magistrum facientem videbat ceterorum opera vel sua sponte considerare isti credunt eos qui volunt discere alia ratione doceri posse commodius praeterea ne possunt quidem ea quae sumuntur ab aliis exempla causa est accommodata ad artem propterea quod in dicendo leviter unusquisque locus plerumque tangitur non ars appareat in praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla ut in artis formam convenire possint et post in dicendo ne possit ars eminere et ab omnibus videri facultate oratoris occultatur ergo et ut ars magis cognoscatur suis exemplis melius est uti Postremo haec quoque res nos duxit ad rationem quod nomina rerum graeca quae convertimus ea remota sint a consuetudine / quae enim res apud nostros non erant / earum nomina non poterant esse usitata ergo haec asperiora primo videntur / necesse est id quod fiat rei non nostra difficultate / et reliquum scripturae consumemus in exemplis haec aliena si posuissemus factum esset ut quod commodius esset in hoc libro ad nostrum non esset quod asperius et inusitatius id nobis proprie attribueretur ergo hanc incommoditatem quoque fugimus his de causis cum artis inventionem graecorum probassemus exemplorum rationem secuti non sumus Nunc tempus postulat ut ad praecepta elocutionis transeamus Bipartita igitur erit elocutionis praeceptio primum dicemus quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse deinde ostendemus quas res semper debeat habere Sunt igitur tria genera quae nos figuras appellamus in quibus oratio tota non vitiose consumitur unam gravem alteram mediocrem tertiam extenuatam vocamus Gravis est quae constat ex verborum gravium magna et ornata constructione Mediocris est quae constat ex humiliore neque tamen ex infima neque pervulgatissima verborum dignitate Attenuata est quae crassa est usque ad usitatissimam puri consuetudinem sermonis In gravi figura consumetur oratio si qua cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri sive propria sive extra:

rea ad unamquamque accomodabuntur. Et si graves sententie que in amplificatione et commiseratione tractantur eligentur et si exornationes sententiarum aut verborum que gravitatem habebunt de quibus post dicemus adhibebuntur. In hoc genere figure erit hoc exemplum. Nam quis est vestrum iudices qui satis idoneam possit in eum penam excogitare qui prodere hostibus patriam cogitavit. Quod huic maleficio dignum supplicium potest inveniri. In hiis qui violassent ingenuum matremfamilias constuprassent aut postremo necassent maxima supplicia maiores nostri consumpserunt. Huic autem truculentissimo ac nephario sceleri singularem penam non reliquerunt atque in aliis maleficiis ad singulos aut ad paucos ex alieno peccato iniuria pervenit. Huius sceleris qui sunt affines uno consilio universis civibus atrocissimas calamitates machinantur. O feroces animos o crudeles delectationes o derelictos homines ab humanitate. Quid agere ausi sunt aut cogitare possunt. Quo pacto hostes revulsis maiorum sepulcris deiectis manibus ovantes irruerunt in civitatem. Quomodo deum templis spoliatis optimatibus trucidatis aliis arreptis in servitutem matribusfamilias et filiis et ingenuis sub hostilem libidinem subiectis urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata. Qui se non putant id quod voluerint ad exitum perduxisse nisi sanctissime patrie miserandum scelerati viderint cinerem. Nequeo iudices verbis consequi indignitatem rei sed negligentius id fero quia vos mei non egetis. Vester enim animus rei publice amantissimus facile edocet ut eum qui fortunas omnium voluit prodere precipitem proturbetis ex ea civitate quam iste spurcissimo dominatu nephario voluit obruere. In mediocri figura versabitur oratio si hec ut ante diximus aliquantulum demiserimus neque tamen ad infimum descenderimus sic. Quibuscum bellum gerimus iudices videtis cum sociis qui pro nobis pugnare et imperium nostrum nobiscum simul virtute et industria conservare soliti sunt. Cum hii se et opes suas et copiam necessario norunt tum vero propter propinquitatem et omnium rerum societatem quid in omnibus rebus populus romanus posset scire et existimare poterant. Hii cum deliberassent nobiscum bellum gerere quaeso que res erat qua se bellum suscipere conarentur cum multo maximam partem sociorum in officio manere intelligerent. Cum sibi non multitudinem militum non idoneos imperatores non pecuniam publicam presto esse viderent. Nam denique nullam rem que ad bellum pertinet administrandum. Si cum finitimis de finibus bellum gererent. Si totum certamen in uno prelio positum putarent tamen omnibus rebus instructiores et paratiores venirent ne dum illud imperium orbis terre cui imperio omnes reges gentes nationes partim vi partim voluntate consenserunt cum aut armis aut liberalitate a populo romano superati essent ad se transferre tantillis viribus conarentur. Quereret aliquis Fregellani nonne sua sponte conati sunt. Eo isti minus facile conarentur quod illi quemadmodum discessissent videbant. Nam rerum imperiti qui unius cuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt hii per imprudentiam facile deducuntur in fraudem. At hii qui sciunt quid aliis acciderit facile ex aliorum eventis suis rationibus possunt providere. Nulla re inducti nulla spe fecti arma sustulerunt Cuius ergo crederet tantam amentiam quemquam tenuisse ut imperium p r tentare audere nullis copiis fretus Ecce quod fuisse necesse quia aliud quam illud quod dictum potest esse In attenuato figure genere id quod ad infimum et quotidianum sermonem demissum est hic erit exemplum Nam et forte hic in balnea venit cepit postquam perfusus est fricari deinde ubi visum est ut in alveum descenderet Ecce ibi iste de transverso Heus inquit adolescens pueri tui modo me pulsaverunt satis facias oportet id qui hic etatis ab ignoto preter consuetudinem appellatus esset Iste clarius eadem et alia dicere hic vix tamen inquit sine me considerare tum vero iste voce clamore ista qui perfacile cuivis ruborem eicere posset ita petulans es atque acer ut ne ad solarium quidem salutandum idoneus es ut mihi videtur sed pone scenam et in huiusmodi locis exercitatus sis Conturbatus est adolescens nec mirum cui etiam nunc pedagogi lites et auriculas versarentur imperito huiusmodi conviciorum Ubi istum vidisset scurram exhausto rubore qui se putaret nichil habere quod existimacionis perderet ut omnia sine fame detrimento facere posset

Igitur genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt Erunt enim attenuata verborum constructione et iste alia in gravitate alia posita in mediocritate Est autem cavendum ne dum hec genera consequimur in finitima et propinqua vicia veniamus Nam gravi figure que laudanda est propinqua est ea que fugienda est que recte videbitur appellari si sufflata nominabitur Nam ita ut corporis habitudinem tumor imitatur sepe ista gravis oratio sepe imperitis videtur ea que turget et inflata cum aut novis aut priscis verbis aut duriter aliunde translatis aut gravioribus quam res postulat aliquid dicitur hoc modo Nam qui perduellionibus venditat patriam non satis supplicii dederit si preceps in Neptunias depulsus erit lacunas Penite igitur istum qui montes belli fabricatus campos sustulit pacis In hoc genus plerique cum declinassent et ab eo quo profecti sunt aberraverunt et specie gravitatis falluntur nec perspicere possunt orationis tumorem Qui in mediocre genus orationis profecti sunt si pervenire eo non potuerunt errantes perveniunt ad confine genus eius generis quod appellamus dissolutum quod est sine nervis et articulis ut hoc modo appellemus fluctuans eo quod fluctuat huc et illuc nec potest confirmare nec viriliter sese expedire Sed socii nostri cum belligerare nobiscum vellent profecto ratiocinati essent etiam atque etiam quid possint facere Si quidem sua sponte facerent an nec haberent hic adiutores multos homines et audaces Solent enim diu cogitare omnes qui magna negocia volunt agere Nam non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem diffluit enim totus nec quicquam comprehendens perfectis verbis complectitur Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari veniunt ad aridum et exangue genus orationis quod non alienum est exile nominari Cuiusmodi hoc est Nam iste ut in balnea accessit ad hunc postea dixit hic tuus servus me pulsavit postea dixit hic illi considerabo post ille convicium fecit et magis magisque presentibus multis clamavit Frivolus hic quidem et inliberalis sermo non enim est adeptus id quod habet attenuata figura puris et et alternatis verbis positam etc. Omne genus orationis et grave et mediocre et attenuatum afficiunt exornationes de quibus post loquemur que si rare disponentur distinctam sicuti coloribus, si crebre collocabuntur oblitam reddunt orationem. Sed figuram in dicendo commutari oportet ut gravem mediocris, mediocrem excipiat attenuata, deinde identidem commutentur ut facile satietas varietate vitetur etc.

uoniam quibus in generibus elocutio versari debeat dictum est, videamus nunc quas res debeat habere elocutio commoda et perfecta que maxime ad modum oratoris accommodata accommodata est. Tres res in se debet habere: Elegantiam, compositionem, dignitatem. Elegantia est que facit ut unumquodque pure et aperte dici videatur. Hec dividitur in latinitatem et explanationem. Latinitas est que sermonem purum conservat ab omni vitio remotum. Vitia in sermone quominus is latinus sit duo possunt esse: soloecismus et barbarismus. Soloecismus est cum verbis pluribus consequens verbum superius non accommodatur. Barbarismus est cum aliquod verbum vitiose effertur. Hec quomodo vitare possimus in arte grammatica facile addiscemus. Explanatio est que reddit apertam et dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus: usitatis verbis et propriis. Usitata sunt ea que versantur in oratione sermone et consuetudine quotidiana. Propria que eius rei verba sunt aut esse possunt de qua loquimur. Compositio est verborum constructio que facit omnes partes orationis equabiliter perpolitas. Ea conservabitur si fugiemus crebras vocalium concursiones que vastam atque hiantem orationem reddunt ut hoc: bacce aenee amenissime impendebant. Et si vitabimus eiusdem littere nimiam assiduitatem, cui vitio versus hic erit exemplo, nam hic nihil prohibet in vitiis alienis exemplis uti: O Tite tute Tante tanta tibi tiranne tulisti. Et hic eiusdem poete: Cuiquam quisquam quis conveniat neget. Et si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus. Ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio non extat ei rationi ratio non est fidem adhibere. Et si utemur continenter similiter cadentibus verbis hoc modo: flentes plorantes lacrimantes obtestantes. Et si verborum transiectionem vitabimus nisi que erit concinna, qua de re posterius loquemur. Quo in vitio est Coelius assiduus ut hec est in priore libro: has res ad te scriptas Luci misimus Aeli. Item fugere oportet longam verborum continuitatem que et auditoris aures et oratoris spiritum ledit. His vitiis in compositione vitatis reliquum operis consumendum est in dignitate etc.

ignitas est que reddit ornatam orationem

et [illegible] varietate distinguit. Hec in verborum et sententiarum exornationes dividitur. Verborum exornatio est que ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est que non in verbis sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

Repeticio est cum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur hoc modo: Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda est, vobis ista res erit honori. Item: Scipio sustulit Numantiam, Scipio Carthaginem delevit

Scipio pacem peperit Scipio civitatem servavit Item Tu in forum prodire Tu lucem conspicere Tu in horum conspectum venire conaris Audes verbum facere audes quicquam ab istis petere supplicium deprecari Audes quod possis defendere · quid est quod audeas postulare · quid est quod tibi putes concedi oportere · num iusiurandum contempsisti · num amicos prodidisti · num parenti manus intulisti · num denique in omni dedecore volutatus es Hec exornatio cum multum venustatis habet tum gravitatis et acrimonie plurimum quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad exaggerandam orationem **Conversio** est per quam non ut ante primum repetimus verbum sed ad postremum continenter hoc modo Penos populus Romanus iustitia vicit armis vicit liberalitate vicit Item ex quo tempore concordia de civitate sublata est Item Gaius Lelius homo novus erat ingeniosus erat doctus erat bonis viris et studiis suis amicus erat ergo hac in civitate primus erat Item Nam cum istos ut te absolvant rogas ut peierent rogas ut existimationem negligant rogas ut leges populi Romani tue libidini largiantur rogas **Compositio** est que utrumque amplectitur exornationem et hanc et quam ante posuimus ut et idem verbum repetatur sepius et crebro ad idem postremo revertatur hoc modo Qui sunt qui federa sepe rumpunt Carthaginenses Qui sunt qui in Italia crudele bellum gesserunt Carthaginenses Qui sunt qui Italiam deformaverunt Carthaginenses Qui sunt qui postulant sibi ignosci Carthaginenses videte ergo quam conveniat eos impetrare Item Quem senatus damnavit quem populus Romanus damnavit quem existimatio omnium damnat tu vos sententiis vestris absolvetis **Traductio** est que facit ut cum idem verbum crebrius ponatur non modo non offendat animum sed etiam concinniorem reddat orationem hac pacto Cum nihil in vita iocundius vita cum virtute vitam non potest colere Item Eum hominem appellas qui si fuisset homo numquam tam crudeliter hominis vitam petisset At erat inimicus ergo inimicum sic ulcisci voluit ut ipse sibi reperiretur inimicus Item divitias sine divitis esse tu vero virtutem prefer divitiis Nam si voles divitias cum virtute comparare vix satis idonee videbuntur tibi divitie que virtutis pedisseque sunt Ex eodem genere est exornationis cum idem verbum ponitur modo in hac modo in altera re hoc modo Cur eam rem tam studiose curas que tibi dabit multas curas Item amari iocundum sit si curetur ne quid insit amari Item veniam ad vos si michi senatus det veniam In his quatuor generibus exornationum que adhuc posita sunt non adhuc inopia verborum ut ad idem verbum redeatur sepius sed inest festivitas que facilius auribus diiudicari quam verbis demonstrari potest **Contentio** est cum ex contrariis rebus oratio conficitur hoc modo Habet assentatio iocunda principia eadem amarissimos exitus affert Item inimicis te placabilem amicis inexorabilem prebes Item In otio tumultuaris in tumultu es ociosus In re frigidissima cales in ferventissima friges Tacito cum opus est clamas cum tibi loqui convenit obmutescis Ades abesse vis Reverti cupis In pace bellum queritas in bello pacem desideras In contione de virtute loqueris in prelio pre ignavia tube sonitum perferre non potes Hoc genere si distinguemus orationem et graves et ornati poterimus esse

Exclamatio est que conficit significationem doloris aut indignationis per
alicuius hominis aut urbis aut loci aut rei cuiuspiam compellationem hoc modo Te
nunc affricane alloquor cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati tui
clarissimi nepotes suo sanguine aluerunt inimicorum crudelitatem Item O perfidiose
fregelle quam facile scelere vestro contabuistis ut cuius nitor urbis italiam nuper
illustravit eius nunc vix fundamentorum reliquie maneant Item bonorum insidiatores
latrocinio vestro vitam innocentissimi cuiusque petistis tantam ne cepistis iniquitate
iudiciorum vestris calumpniis assumpsistis facultatem Hac exclamatione si
loco utemur et raro et cum rei magnitudo postulare videbitur ad quam volumus indignationem
animum auditoris adducemus **Interrogatio** non omnis gravis est neque concinna
sed que cum enumerata sunt ea que obsunt cause adversariorum confirmat
superiorem orationem hoc modo Cum igitur hec omnia faceres diceres administrares
utrum animos sociorum a republica removebas et alienabas an non vel utrum aliquem
exhortari oportuit qui ista prohiberet ac fieri non sineret an non **Ratiocinatio**
est per quam ipsi a nobis rationem poscimus quare quid dicamus, et crebro
nosmet a nobis petimus uniuscuiusque propositionis explanationem Ea est huiusmodi
Maiores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant simplici iudicio multorum
maleficiorum convictam putabant quo pacto quam quam impudicam iudicabant ea
quoque veneficii damnatam existimabant Quid ita quia necesse est eam que suum corpus
addixerit turpissime cupiditati timere multos Quos istos virum parentes ceteros
quoque ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere Quid postea quos tanto opere timeat
eos necesse est ut quoquo modo possit veneficio petat Cur quia nulla potest honesta ratio
retinere eam quam magnitudo peccati facit timidam intemperantia audacem
natura mulieris inconsideratam quam veneficii damnabant impudicam quoque
merito iudicabant Quare quia nulla facilius ad id maleficium causa quam turpis
amor et intemperans libido commovere poterit cum animus mulieris esset corruptus
corpus eius castum esse non putaverunt Quid in viris idem observabant minime
Quid ita quia viros ad unumquodque maleficium singule cupiditates impellunt mulieres
ad omnia vicia cupiditas una deducit Item bene maiores nostri hoc comparaverunt
ut neminem regem quem armis cepissent vita privarent Quid ita quia
quam nobis fortuna facultatem dedisset iniquum erat in eorum supplicio consumere
quos eadem fortuna paulo ante in amplissimo statu collocasset Quid
quod exercitum contra duxit desino meminisse Quid ita quia viri fortis est qui de victoria
contendant eos hostes putare qui victi sunt eos homines iudicare ut
possit bellum fortitudo minuere pacem humanitas augere Et ille si vicisset non
idem fecisset Non profecto tam sapiens fuisset Cur igitur parcis quia talem stulticiam
contemnere non imitari consuevi hoc exornatio ad sermonem vehementer accommodata
est et animum auditoris reddit attentum cum venustate sermonis
cum rationis expectatione **Sententia** est oratio sumpta de vita que aut
quid sit aut quid esse oporteat in vita breviter ostendit hoc pacto Difficile est
primum virtutes revereri qui semper secunda fortuna sit usus Item liber est exi-

stimandus qui nulli turpitudini serviunt Item Egens eque est qui non satis habet et is cui satis nichil esse potest Item optima racio vivendi est eligenda eam iocundam consuetudo reddet Huiusmodi sunt simplices non sunt improbande propterea quod habet brevis expositio si racionis nullius indiget magnam delectacionem Sed illud quod est probandum est genus sententie quod confirmatur subiectione racionis hoc pacto Omnes bene vivendi raciones in virtute sunt collocande propterea quod sola virtus in potestate est omnia preterea subiecta sunt fortune subordinacioni Item qui ~~fr~~ fortunis alicuius inducti amiciciam eius secuti sunt hii simul ac fortuna dilapsa est devolant omnes Cum enim recessit ea res que fuit consuetudinis causa nichil superest qua re possint in amicicia teneri Sunt item sententie que dupliciter efferuntur hoc modo sine racione Errant qui in prosperis rebus omnes impetus fortune se putant fugisse Sapienter cogitant qui temporibus secundis casus adversos reformidant Cum racione hoc pacto Qui adolescentum peccatis putant ignosci oportere falluntur propterea quod etas illa non est impedimento bonis studiis Et si sapienter faciunt qui adolescentes maxime castigant ut quibus virtutibus omnem vitam teneri possent eas in etate maturissima velint comparare Sententias interponi raro convenit ut rei auctores non vivendi preceptores videantur esse Cum ita interponuntur multum afferent ornamenti Necesse est enim ut comprobet eam tacitus auditor ad causam videat accommodari rem certam ex vita et moribus sumptam

Contrarium idem fere est quod contencio Contrarium est quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile confirmat hoc pacto Nam qui suis racionibus inimicus fuerit semper eum alienis rebus amicum quomodo fore speres Item Nam quem in amicicia perfidiosum cognoveris eum quare putes inimicicias habere posse Aut qui privatus intolerabilis superbia fuit eum quomodo cognoscentem se videris in potestate Et qui in sermonibus et conventu amicorum numquam verum dixit eum in contionibus credas a mendacio temperaturum Item quos ex collibus deiecimus cum his metuimus in campo dimicare cum tum plures erant nobis pares equari non poterant hii postquam pauciores sunt metuimus ne sint superiores Hoc exornacionis genus breviter et continuatis verbis perfectum debet esse et cum commodum est auditu propter brevem et absolutam conclusionem vehementer tum id quod opus est oratori comprobat contraria re et ex eo quod dubium non est expedit illud quod est dubium ut aut dilui non possit aut multo difficillime possit

Membrum oracionis appellatur res breviter absoluta sine totius sententie demonstracione que denuo alio membro oracionis excipitur hoc modo Et inimico proderas id est unum quod appellatur membrum deinde hic excipiatur ab altero oportet et amicum ledebas Ex duobus membris hec exornacio potest constare sed commodissima et absolutissima est que ex tribus constat hoc pacto Et inimico proderas et amicum ledebas et tibi non consulebas Item Nec rei publice consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restitisti

Articulus dicitur cum singula verba intervallis distinguuntur cesa ordine hoc modo acrimonia voce vultu adversarios perterruisti. Item inimicos invidia iniuriis potentia perfidia sustulisti. Inter huius generis et illius generis vehementiam hoc interest quod illud tardius et rarius est venit, hoc crebrius et celerius pervenit. Itaque in illo genere et remotione brachii et contentione dextere gladius adferri ad corpus, in hoc crebro et celeri corpus vulnere consauciari videtur. **Continuatio** est densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. Ea utemur commodissime tripertito: in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia hoc pacto: Ei non multum potest obesse fortuna qui sibi in virtute quam in casu presidium collocavit. In contrario hoc modo: Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est quod ei magnopere casus obesse possit. In conclusione hoc pacto: Quod si in eos plurimum fortuna potest qui suas rationes omnes in casum contulerunt, non sunt omnia committenda fortune ne magnam in nos habeat dominationem. In his tribus generibus ad continuationis vim adeo frequentatio necessaria est ut infirma facultas oratoris videatur nisi sententiam et contrarium et conclusionem frequentibus efferat verbis. Sed alias quoque non incommode non alienum est tamen et si necesse non est eloqui res aliquas per huiusmodi continuationes. **Compar** appellatur quod habet membra orationis de quibus ante diximus que constant ex pari fere numero syllabarum. Hoc non dinumeratione nostra fiet. Nam id quidem puerile est, sed tantum adfert usus et exercitatio facultatis ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus hoc modo: In prelio pater mortem optabat, domi filius nuptias comparabat. Hec omina graves casus administrabant. Item alii fortuna dedit felicitatem, huic industria virtutem comparavit. In hoc genere sepe fieri potest ut non plane par numerus sit syllabarum et tamen esse videatur si una aut altera etiam est alterius brevius aut si in altero plures sunt, in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores syllabe erunt ut longitudo ac multitudo harum multitudinem alterius assequatur et exequet. **Similiter cadens** exornatio appellatur cum in eadem constructione verborum duo aut plura sunt verba que similiter hisdem casibus efferuntur hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item: Cuius omnis in pecunia spes est, a sapientia animus remotus est; diligentia comparat divitias, negligentia corrupit animum, et tamen cum ita vivit neminem pre se ducit hominem. **Similiter desinens** est cum tametsi casus non insunt in verbis tamen similes exitus sunt hoc modo: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere, vivis invidiose, loqueris odiose. Item audaciter territas, humiliter placas. Hec duo genera quorum alterum in exitu, alterum in casu similitudine versatur inter se vehementer conveniunt. Et ea re qui his bene utuntur plerumque simul ea collocant in eisdem partibus orationis. Et hoc modo facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere, diligere, negligere fo[illegible] famam. Hic et ea verba que casus habent ad casus similes, et illa que non habent ad similes exitus veniunt. **Adnominatio** est cum ad idem verbum accedit commutatione vel additione unius littere vel litterarum aut ad res dissimiles similia verba accommodantur. Ea multis rationibus conficitur: attenuatione aut complexione eiusdem littere sicut: Qui se magnifice iactat et ostentat venit ad antiquam romam venit et exornationis. Hic quos homines alea vincit, eos ferro statim vincit. Productione eiusdem litere hoc modo: Hunc avium dulcedo ducit ad avium. Brevitate eiusdem litere sic: Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tamen non tantum curiam diligit quantum Curiam. Addendis literis hoc pacto: Hic posset sibi obtemperare nisi amori vellet obtemperare. Demendis literis sic: Si lenones vitasset tamquam leones, vite se tradidisset. Transferendis literis sic: Videte iudices utrum homini navo an vano credere velitis. Commutandis hoc modo: Diligere oportet quem velis diligere. Hee sunt adnominationes que in literarum brevi commutatione aut productione aut transiectione aut aliquo huiusmodi genere versantur. Sunt autem alie que non habent tam propinquam verbi similitudinem, et tamen dissimiles non sunt. Quibus de generibus unum est huiusmodi: Qui veniam, quem sim, quem insimulem, cui prosim, quem postulem, brevi cognoscetis. Nam hic est in quibusdam verbis similitudo que non tam affectanda quam ille superiores, sed tamen adhibenda est nonnumquam. Alterum genus huiusmodi: Demus operam, o Quirites, ne omnino patres conscripti circumscripti putentur. Hec adnominatio magis accedit ad similitudinem quam superior, sed minus quam ille superiores, propterea quod non solum addita, sed uno tempore dempta quoque litera. Tertium genus est quod versatur in casuum commutatione aut unius aut plurium nominum. Unius nominis hoc modo: Alexander Macedo summo labore animum ad virtutem a pueritia conformavit. Alexandri virtutes per orbem terre cum laude et gloria vulgate sunt. Alexandrum omnes metuerunt, item plurimum dilexerunt. Alexandro si vita data longior esset, trans Oceanum manus Macedonum transvolassent. Vario hic unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura nomina casibus commutatis hoc modo facient adnominationem: Tiberium Gracum rempublicam administrantem prohibuit indigna mors diutius in ea commorari. Gaio Graccho simul occiso ablata est respublica, que virtutis amantissimum virum subito nata de sinu civitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum perfidia per scelus vita privavit. Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes et vultum parentis aspersit. Sulpicio, cui omnia paulo ante concedebant, eum brevi spatio non modo vivere sed etiam sepelire prohibuerunt. Hec tamen proxima genera exornationum, quorum unum in similiter cadentibus, alterum in similiter desinentibus verbis, tertium in adnominationibus positum est, perraro sumenda sunt, reperiri posse sine laboratione et opere sumptione. Eiusmodi autem studia ad delectationem quam veritatem videntur accommodatiora. Cum et fides et gravitas et severitas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis, et non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor, propterea quod est in his lepos et festivitas, non dignitas neque pulcritudo. Quare que sunt ampla atque pulcra diu placere possunt; que lepida et concinna cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Quare igitur si crebro his generibus utemur, puerili videbimur elocutione delectari. Item si raro has interseremus exornationes et in tota causa varie dispergemus, commode luminibus distincte illustrabimus orationem.

Subiectio est cum interrogamus adversarios aut querimus ipsi a nobis quid ab

illis aut quod contra nos dici possit deinde subiciemus id quod oportet dici aut non oportet et nobis
adiumento futurum sit aut illis obfuturum e contrario hoc modo Quero igitur unde iste tam
pecuniosus factus sit amplum patrimonium relictum est at patris bona venierunt heredi-
tas aliqua obvenit non potest dici sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est premium
aliquod ex lite aut ex iudicio cepit/ Non modo id non fecit sed etiam insuper grandi spon-
sione victus est Ergo si his rationibus locupletatus non est sicut omnes videtis
aut isti domi nascitur aurum aut unde licitum non est pecunias accepit Item sepe
iudices animadverti multos ex aliqua honesta re quam ne inimici quidem cri-
minari possint sibi presidium petere/ quorum adversarius potest facere Nam utrum
ad patris eius virtutem confugiet at eum vos iurati capite damnastis/ an ad suam
antiquam redibit vitam aliqua ubi honeste tractatam Nam hic quidem ante
oculos vestros quomodo vixerit scitis omnes/ an cognatos enumerabit quibus vos conveni-
at commoveri At hi quidem nulli sunt Amicos proferet at nemo est qui sibi non
turpe putet istius amicum nominari Item Credo inimicum quem nocentem puta-
bas in iudicium adduxisti non nam indemnatum necasti leges que id facere prohibebant
veritus es at ne scriptas quidem iudicasti et putasti Cum ipse te veteris ami-
citie commonefaceret commotus es et at ~~ne scriptas~~ nichilominus sed etiam studiosius oc-
cidisti Quid cum tibi pueri ad pedes volutarentur misericordia motus es at
eorum patrem crudelissime sepultura etiam prohibuisti Multum inest acrimonie et gravi-
tatis in hac exornatione propterea quod cum quesitum est quid oporteat subicitur id
factum non esse Quare facillime fit ut exaugeatur indignitas negotii Ex eodem
genere ut ad nostram quoque personam referamus subiectionem sic fit Nam quid me facere
convenit cum a tanta multitudine Gallorum circumsederer an dimicarem at tum cum
parva cum prodiremus manu locum quoque inimicissimum habebamus nec erat
qui vitam produceret castra relinquerem at obsidebamur vitam militum ne-
gligerem at eos videbar ea accepisse condicione ut quoad possem incolumes
patrie et parentibus conservarem hostium condicionem repudiarem at salus
antiquior est militum quam impedimentorum Eiusmodi consequuntur identidem
subiectiones ut ex omnibus ostendi videatur nichil potius quam quod factum sit faciendum
fuisse **Gradatio** est in qua non ante ad consequens verbum descendit quam ad su-
perius concessum est hoc modo Nam que reliqua spes manet libertatis si illis
et quod libet licet et quod licet possunt et quod possunt audent et quod audent faciunt
et quod faciunt vobis molestum non est Item non sensi hoc et non suasi et
non ipse facere cepi neque facere cepi et non perfeci neque perfeci et non probavi Item Afri-
cano industria virtutem virtus gloriam gloria emulos comparavit Item imperium Grecie
fuit apud Athenienses Atheniensium potiti sunt Spartiate Spartiatas supe-
ravere Thebani Thebanos Macedones vicerunt qui ad imperium Grecie brevi
tempore adiunxerunt Asiam bello subactam habet in se quendam leporem superioris
cuiusque crebra repetitio verbi que propria est huius exornationis **Diffinitio est**
que rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute hoc
modo/ Maiestas rei publice est in qua continetur dignitas et amplitudo civitatis

Iniurie

diligencia avaricia

fortitudo

temeritas

Item Iniurie sunt que aut pulsacione corporis aut in conviciis aures aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant Item non est ista diligencia sed avaricia ideo quod diligencia est accurata conservacio suorum Avaricia iniuriosa appeticio alienorum Item non est ista fortitudo sed temeritas propterea quod fortitudo est contemptio laboris et periculi cum racione utilitatis et compensacione commodorum Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione laborum gladiatoria periculorum susceptio Hec ideo commoda putatur exornacio quod omnem rei cuiuspiam vim et potestatem ita dilucide proponit et explicat breviter ut neque pluribus verbis dici oportuisse neque lucidius potuisse dici putetur

Transitio vocatur que cum ostendit breviter quid dictum sit proponit item brevi quid consequatur hoc modo Modo in patriam cuiusmodi fuit habetis nunc in parentes qualis fuit considerate Item Mea in istum beneficia cognoscite nunc quomodo iste gratiam rettulit accipite Proficit hec aliquantum exornacio ad duas res nam et quid dixit commonet et ad reliquum comparat auditorem **Correctio** est que tollit id quod dictum est et pro eo id quod magis idoneum videtur reponit hoc pacto Quod si iste suos hospites rogasset immo admonuisset adeo non facile perfici posset Item nam postquam isti vicerunt atque adeo victi sunt eam commodo quomodo victoriam appellem que victoribus plus calamitatis quam commodi dederit O virtutis comes invidia que bonos sequeris plerumque atque adeo insectaris Commovetur hoc genere animus auditoris res enim communi verbo elata levius dicta est videtur at ea post promptam oratoris correctionem magis fit idonea pronunciacione Nonne igitur sacius esset dicet aliquis ab inicio presertim cum scribas ad optimum et dilectissimum verbum devenire Est cum non est sacius si commutacio verbi id erit demonstratura eiusmodi rem esse ut cum eam communi verbo appellaveris levius dixisse videaris cum ad electius verbum accedas insignem facias rem Quod si continuo venisses ad id verbum nec rei nec verbi gracia animadversa esset **Occupatio** est cum dicimus nos preterire aut non scire aut nolle dicere id quod dicimus tunc maxime hoc modo Nam de puericia quidem tua quam tu omni intemperancie addixisti dicerem si hoc tempus idoneum putarem Nunc consulto relinquo et id preterea quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt Deinde quod iniuriam satis fecisti Labieno nichil ad hanc rem pertinere puto horum nichil dico revertor ad illud de quo iudicium est Item non dico te ab sociis pecunias non sum in eo occupatus quod civitates regna domos omnium depeculatus es et furta rapinas omnes tuas omitto Hec utilis est exornacio si aut rem quam non pertineat aliis ostendere occulte admonuisse prodest aut si longum est aut ignobile aut planum non potest fieri aut facile potest reprehendi ut utilius sit occulte fecisse suspicionem quam eiusmodi intendisse oracionem que redarguatur **Disiunctio** est cum eorum de quibus dicimus aut utrumque aut unum quodque certo concluditur verbo sic populus Romanus Numanciam delevit Carthaginem sustulit Corinthum deiecit Fregellas evertit Nichil Numantinis vires corporis auxiliate sunt Nichil Carthaginensibus sciencia rei militaris adiumento fuit Nichil Corinthiis erudita calliditas presidii tulit Nichil Fregellanis morum et sermonis societas opitulata est Item

forme dignitas aut morbo defloreset aut vetustate extinguitur hic utrumque
in superiori exemplo unaquaque rem certo verbo concludi videmus **Complexio**
est cum iteratione verbi et superiores ambas partes comprehendimus et in flore forme
dignitas aut morbo defloreset aut ~~in~~ vetustate **Adiunctio** est cum
verbum quod rem comprehendit non interponimus sed aut primum aut postremum collocamus
hoc modo primum hoc pacto defloreset forme dignitas aut morbo aut vetusta-
te Postremo sic aut morbo aut vetustate dignitas forme defloreset Ad festivi-
tatem distinctio est apposita quare raro utendum ea ne satietatem pariat
ad brevitatem parit tamen quare saepius adhibenda est hee tres exornaciones de
simplici genere manant **Conduplicatio** est cum ratione amplificationis
aut commiserationis unius aut plurimorum verborum iteratio hoc modo Tumultus Gay Gracchi
tumultum domesticos et intestinos comparat Item Commotus non es cum tibi mater
pedes amplexaretur non es commotus Item Nunc etiam audes venire in horum conspe-
ctum proditor patrie proditor inquam patrie venire audes in horum conspectum
vehementer auditorem commovet eiusdem integratio verbi et vulnus maius eff-
icit in contrario cause quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem corporis par-
tem **Interpretatio** est que non iterans idem redintegrat verbum sed
id commutat quod positum est alio verbo quod idem valeat hoc modo Rem-
publicam radicitus evertisti civitatem funditus deiecisti Item Patrem nepharie
verberasti parenti manus scelerate intulisti Necesse est qui audit animum
commoveri cum gravitas prioris dicti renovatur interpretatione verborum **Commu-
tatio** est cum due inter se sententie discrepantes ex transiectione ita efferuntur
ut a priore posterior contraria priori proficiscatur hoc modo Esse oportet ut vivas non
vivere ut edas Item Ea re poemata non facio quia cuiusmodi volo Item que de illo
dicuntur dici non possunt que dici possunt non dicuntur Item Poema loquens pictura est ta-
citum poema debet esse Item Si stultus es ea re taceas non tamen si taceas ea re
stultus es et non potest dici quin commode fiat cum contrarie sententie relate verba
commutantur Plura subiecimus exempla ut quoniam difficile est hoc genus exornationis
inventu dilucidum esset ut cum bene esset intellectum facilius in dicendo in-
veniretur **Permissio** est cum ostendimus bene in dicendo nos aliquam rem
totam tradere et concedere alicuius voluntati sic quoniam omnibus ereptis rebus solum
michi superest animus et corpus hec ipsa que michi de multis sola relicta sunt
vobis et vestre condono potestati vos me vestro quo pacto videbitur utamini atque
abutamini licebit impune in me quicquid libet statuite dicite atque obtempera-
bo hoc genus tametsi alias est non tamen tractandum est tamen ad misericordiam com-
movendam vehementissime est accommodatum **Dubitacio** est cum querere
videtur orator utrum de duobus potius aut quid de pluribus potissimum dicat
hoc modo Offuit eo tempore multum rei publice consulum sive stulticiam sive maliciam
dicere oportet sive utrumque Item Tu istud ausus es dicere homo omnium
mortalium quero quonam modo te dignis moribus tuis appellem nomine Re-
Expedicio est cum rationibus compluribus enumeratis quibus aliqua

rer aut non fieri potuit certe tolluntur una relinquitur quam nos intendimus hoc modo
Necesse est cum constet istum fundum nostrum fuisse ostendas te aut vacuum possedisse aut
usurpacione tuum fecisse aut emisse aut hereditate tibi venisse Vacuum cum ego ad-
essem possidere non potuisti Tuum etiam nunc non potes usu fecisse Emptio nulla profertur
hereditate tibi me vivo pecunia me venire non potuit Relinquitur ergo quod me vi
de meo fundo deieceris Hec exornacio plurimum iuvabit coniecturales argumentaciones
sed non erit tamquam ut plerisque ut cum velimus ea possimus uti nam fere id pote-
rimus nisi nobis ipsa negotii natura dabit facultatem **Dissolutum** est
coniunctionibus verborum e medio sublatis separatis partibus effertur hoc modo Gere
morem parenti pare cognatis obsequere amicis obtempera legibus Item descen-
de in integram defensionem noli quicquam recusare da servos in questionem stude
verum invenire hoc genus et acrimoniam habet in se vehementissima et ad bre-
vitatem est accommodatum **Precisio** est cum dictis quibusdam reliquum quod
inceptum est dici relinquitur in audiencium iudicio sic Michi tecum par certacio non
est ideo quod populus Romanus me nolo dicere ne cui forte arrogans videar te autem sepe
ignominia dignum putavit Item Tu ista nunc audes dicere qui nuper alie-
ne domui non ausim dicere ne cum te digna dixero me indignum quicpiam dixis-
se videar Hic atrocior tacita suspicio quam diserta explanacio facta est
Conclusio est que brevi argumentacione ex hiis que ante dicta sunt
aut facta conficit quod necessario consequatur hoc modo Quod si Danais datum
erat oraclum non posse capi Troyam sine Philoctete sagittis hec autem ni-
chil aliud fecerunt nisi quod Alexandrum perculerunt hunc extinguere id nimirum
capi fuit Troyam ergo

**estat etiam decem ex-
ornaciones verborum quas idcirco non va**
ge dispersimus sed a superioribus separavimus quod omnes in uno genere posite sunt
Nam harum omnium hoc proprium est ut ab usitata verborum potestate recedatur atque
in aliam racionem cum quadam venustate oracio conferatur De quibus exornacionibus
Nominacio est prima que nos admonet ut cuius rei nomen aut non sit aut satis ido-
neum non sit eam nosmet idoneo verbo nominemus aut imitacionis aut significacionis
causa Imitacionis hoc modo ut maiores rudere et vagire et mugire et
murmurare et sibillare appellarunt Significande rei causa sic Postquam iste in
rem publicam impetum fecit fragor civitatis in primis est auditus Hoc genere raro est uten-
dum ne novi verbi assiduitas odium pariat Sed si commode quis utatur eo et raro
non modo non offendet novitate sed eciam exornat oracionem **Prono-
minacio** est que sicuti sicut cognomine extraneo quodam demonstrat
id quod suo nomine appellari non potest ut si quis cum loquitur de Grecis At non Affricani
nepotes inquit huiusmodi fuerunt Item si quis de adversario cum dicat Videte
nunc inquit iudices quemadmodum me Plagioxiphus iste tractavit Hoc pacto non
inornate poterimus et in laudando et in ledendo in corpore aut in animo aut in extra-
neis rebus dicere sicuti cognomen quod pro certo nomine collocemus **Denomi**

natio est que a rebus propinquis et finitimis trahit oracionem qua possit intelligi res que non suo vocabulo sit appellata. Id aut ab invento colligitur et ab inventore perficitur ut si quis de Tarpeio loquens eum capitolinum nominet aut ab invento ut si quis pro libero vinum pro cerere frugem appellet aut ab instrumento dominum ut si quis macedones appellarit hoc modo Non tam cito sarisse grecia potite sunt aut idem significans gallos nec tam facile ex italia materia transalpina depulsa est. Aut id quod fit ab eo qui facit ut si quis in bello velit ostendere quempiam aliquid fecisse dicat Mars istuc te facere coegit. Aut si quod facit ab eo quod fit ut cum desidiosam artem dicimus quia desidiosos facit et frigus pigrum quia pigros facit. Ab eo quod continet id quod continetur hoc modo demonstrabitur Armis italia non potest vinci nec grecia disciplinis. Nam hic pro grecis et italis que continent notata sunt. Ab eo quod continetur id quod continet ut si quis aurum aut argentum aut ebur nominet cum divicias velit nominare. Harum omnium denominacionum magis in precipiendo diffusio quam in querendo difficilis est inventio. Pro eo quod plena consuetudo non modo poetarum et oratorum sed etiam cottidiani sermonis huiusmodi denominacionum. **Circuitio** est oracio rem simplicem assumpta circumscribens elocucione hoc pacto Scipionis prudencia carthaginis opes fregit. Nam hic nisi ornandi racio quedam habita esset scipio potuit et carthago simpliciter appellari. **Transgressio** est que verborum perturbat ordinem perversione aut transiectione. Perversione sic hoc vobis deos immortales arbitror dedisse virtute pro vestra. Transiectione hoc modo Instabilis in istum plurimum fortuna valuit omnes invidiose eripuit tibi bene vivendi facultates. Huiusmodi transiectio que rem non reddit obscuram multum proderit ad continuaciones de quibus ante dictum est in quibus oportet verba sicut a poetis inquendam extruere numerum ut perfecte ac perpolitissime possint esse absolute. **Superlatio** est oracio superans veritatem alicuius augendi minuendive causa. Hec sumitur separatim aut cum comparacione. Separatim sic Quod si concordiam tenebimus imperii magnitudinem solis ortu atque occasu meciemur. Cum comparacione aut a similitudine aut a prestancia superlacio sumitur. A similitudine sic Corpore niveum candorem aspectu igneum ardorem assequebatur. A prestancia hoc modo Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. Eodem genere est hoc Tantus erat in armis splendor ut solis fulgor obscurior videretur. **Intellectio** est cum res tota parva de parte cognoscitur aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur Non ille tibie nupciales eius matrimonii commonebant. Nam hic sanctimonia omnis nupciarum uno signo tibiarum intelligitur. De toto partem ut si quis ei qui vestitum aut ornatum sumptuosum ostenderet dicat Ostentas michi divicias et locupletes copias iactas. Ab uno plura hoc modo intelliguntur Penis fuit hispanus auxilio fuit immanis ille transalpinus in italia quoque non nemo sensit idem togatus. A pluribus unum sic intelligitur Atrox calamitas pectora merore pulsabat. Itaque anhelans eximiis pulmonibus prae cura spiritus ducebat Nam in superioribus plures hispanum et galli et togati et hic unum pectus et unum pulmonem intelligitur et erit illic diminutus numerus festivitatis hic ad auctus gravitatis gratia **Abusio** est que verbo simili et propinquo et pro certo abutitur hoc modo Vires hominis breves sunt aut parva statura aut longum in homine consilium aut oratio magna aut uti sermone pauco Nam hic facile est intellectu finitima verba rerum dissimilium ratione abusionis esse traducta **Translatio** est cum verbum in quandam rem transfertur ex alia re quod propter similitudinem recte videbitur transferri Ea igitur ponende rei ante oculos causa sit sic Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito Brevitatis causa sic Recens adventus exercitus extinxit civitatem Obscenitatis vitandi causa sic Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur Augendi causa sic Nullius maeror et calamitas istius explere inimicitias et nefariam saturare crudelitatem potuit Minuendi causa sic Magno se predicat auxilio fuisse ~~per argumentum sic Nam cum canes~~ quia paululum in rebus difficillimis aspiravit Per argumentum sic Nam cum canes funguntur officiis luporum quo iam presidio pecualia credemus Item ornandi causa tractatur sic Aliquando reipublice rationes que malitia nocentium exaruerunt virtute optimatium revirescunt Translationem prudentem dicunt esse oportere ut cum ratione consimilem rem transeat ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse **Permutatio** est oratio alius verbis alius sententia demonstrans Ea dividitur in tres partes similitudinem argumentum contrarium Per similitudinem sumitur cum translationes plures frequenter ponuntur a simili oratione ducte sic Nam cum canes funguntur officiis luporum cuinam presidio pecualia credemus Per argumentum tractatur cum persona aut loco aut re aliqua similitudo augendi aut minuendi ducitur causa Ut si quis Drusum graccum nitorem obsoletum dicat Ex contrario ducitur sic ut si quis hominem prodigum et luxuriosum illudens parcum et diligentem appellet Et in hoc postremo appellent Et in hoc postremo quod ex contrario sumitur et in illo primo quod a similitudine ducitur per translationem argumento poterimus uti Per similitudinem sic Cuius ~~ait~~ ait hic rex atque agamenon noster sive et crudelis est potius atreus Ex contrario sic ut si quempiam qui patrem verberarit Eneam vocemus intemperantem et adulterum ypolitum nominemus Hec sunt fere que dicenda videbantur de verborum exornationibus Nunc res ipsa monet ut deinceps ad sententiarum exornationes transeamus Di

istributio est cum in plures res personas negotia quedam certa dispertiuntur hoc modo Qui vestrum iudices senatus nomen diligit hunc oderit necesse est petulantissime enim semper iste oppugnavit senatum qui equestrem locum splendidissimum cupit esse in civitate is oportet istum maxime pene velit dedisse ne iste sua turpitudine ordini honestissimo macule atque dedecori praesit. Cum parentes habetis ostendite istius supplicio vobis impios homines non placere. Quibus liberi sunt constituite exemplum quante pene sint in civitate hominibus istiusmodi comparate. Item Senatus est officium consilio civitatem iuvare; officium magistratus est opera et diligencia consequi voluntatem senatus; populi est officium res optimas et homines idoneos maxime suis sententiis deligere et probare. Accusatoris est officium crimina inferre, defensoris diluere et propulsare; testis est dicere que sciat aut que audierit; questoris est unum quemque illorum in suo officio continere. Quare in causis Cassi si testem preter quam quod sciat aut audierit argumentari et coniecturam prosequi pacieris, ius accusatoris cum iure testium commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis et reo duplicem defensionem parabis. Hec est exornacio copiosa, complectitur enim brevi multa et suum cuique tribuens officium separatim res dividit plures.

Licencia est cum apud eos quos vereri aut metuere debemus cum aliquid pro iure nostro dicimus quod eos minime offendat aut quos hii diligunt eum in aliquo errato vere comprehendere videamur, hoc modo: Miramini Quirites quod ab omnibus vestre rationes deserantur, quod causam vestram nemo suscipiat, quod se nemo vestri defensorem profiteatur. Con vestre culpe tribuite, desinite mirari. Quid est enim quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant? Recordamini quos habuimus defensores, studia eorum vobis ante oculos proponite, deinde exitus omnium considerate. Tum vobis veniet in mentem ut vere dicam negligencia vestra sive ignavia potius ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragiis in amplissimum locum pervenisse. Item Quid sunt iudices quare in sententiis ferendis dubitaveritis aut istum hominem nefarium ampliaveritis? Non apertissime res erant crimini date? Non omnes et testibus probate? Non contra tenuiter et nugatorie responsum est? Hic vos veriti estis si primo cetu condemnassetis eum ne crudeles existimaremini; sed dum eam vitastis vituperacionem que longe a vobis affutura erat, eam invenistis ut timidi atque ignavi putaremini, et maximas et privatas et publicas calamitates accepistis, cum etiam maiores iure impendere videantur. Sedetis et oscitamini, nocti lucem et luci noctem expectatis. Aliquid acerbi atque incommodi quottidie nunciatur. Et eum cuius opera nobis hec accidat vos remoramini diutius et alitis ad rei publice perniciem, retinetis quo ad potestis in civitate. Eiusmodi licencia si multum acrimonie videbitur habere multis mitigacionibus lenietur. Nam continuo aliquid huiusmodi licebit inferre: hic ego virtutem vestram quero, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro, ut quod erat commotum licencia id mitigetur laude, ut altera res ab iracundia vel molestia removeat, altera ab errato deterreat. Hec res sicut in amicicia ita in dicendo maxime facit ut et illi qui audiunt a culpa absint et nos qui dicimus et amici ipsorum et veritatis esse videamur. Est autem quoddam genus in dicendo licencie quod astuciore racione comparatur, cum aut ita obiurgamus eos qui audiunt quomodo se cupiunt obiurgari aut ita quod scimus facile

omnes auditores dicimus nos timere quomodo accipiat sed in veritate commoveri in-
tuitibus factis dicimus horum amborum generum exempla subiciemus prioris huius-
modi Quirites animus est simplicibus ac mansuetis nimium unicuique creditis
et estimatis unumquemque eniti ut perficiat que vobis pollicitus sit Erratis et
falsa spe frustra iam diu decipimini stultitia vestra sunt id quod erat in vestra
potestate ab aliis petere quam ipsi sumere maluistis Posterioris licentie hoc erit
exemplum Michi cum isto iudices fuit amicitia sed tamen ista amicitia tamen
etsi vereor quomodo accepturi sitis tamen dicam vos me privastis Quid ita Quia
ut vobis essem probatus eum qui vos oppugnabat inimicum quam amicum habere
malui Ergo hec exornatio cui licentie nomen est sicuti demonstravimus du-
plici ratione tractabitur acrimonia que si nimis sint aspera mitigabitur lau-
de et assentatione que non indiget mitigationis propterea quod imitatur licentiam et
sua sponte fit ad animum auditoris accommodata **Diminutio** est cum
aliquid inesse nobis aut his quos defendimus aut natura aut fortuna aut
industria dicemus egregium quod ne qua significetur arrogans ostentatio
diminuitur et attenuatur oratione hoc modo Nam hoc pro meo iure iudices dico
me labore et industria curasse et disciplinam militarem non in postre-
mis tenerem Hic si quis dixisset ut optime tenerem tametsi vera dixis-
set tamen arrogans visus esset Nunc et ad invidiam vitandam et laudem com-
parandam satis dictum est Item Utrum ergo liberalitatis causa an avaritie
aut egestatis accessit ad maleficium Avaritie At largissimus fuit in amicos
quod signum liberalitatis que contraria est avaritie Egestatis Huic quidem pater
nolo nimium dicere non tenuissimum patrimonium reliquit Hic quoque vitatum
est ne magnum aut maximum diceretur Hoc igitur in nostris aut eorum quos de-
fendimus egregiis commodis proferendis observabimus Nam eiusmodi res
et invidiam contrahunt in vita et odium in oratione si inconsiderate tractes Quare
quemadmodum ratione vivendo fugitur invidia sic in dicendo consilio vitatur
odium **Descriptio** nominatur que rerum consequentia continet per-
spicuam et dilucidam cum gravitate expositionem hoc modo Quod si istum iudices
vestris sententiis liberaveritis statim exitium (?) leo emissus aut aliqua de-
terrima belua soluta ex catenis volitabit et vagabitur in foro acuens dentes
in cuiusque fortunas in omnes amicos atque inimicos notos et ignotos incursans
aliorum famam depeculans aliorum caput oppugnans aliorum do-
mum ac omnem familiam perfringens rempublicam funditus labefactans
Quare iudices eicite eum de civitate liberate omnes formidine vobis
denique ipsis consulite Nam si istum impunitum dimiseritis in vosmet ipsos
credite michi feram et truculentam bestiam immiseritis Item Nam si
de hac iudices gravem sententiam tuleritis uno iudicio simul multos
iugulaveritis grandis natu parens cuius spes senectutis omnis in huius
adolescentia posita quare velit in vita manere non habebit filii parvi
privati patris auxilio ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi

tota domus huius indigna concidet calamitate at vero statim sanguinolenta palma crudelissima victoria potiti insultabant in horum miseriis et superbire sanctis et verbis inveniemus. Item nam neminem vestrum fugit quirites urbe capta que miserie illam consequi soleant arma qui contra tulerunt statim crudelissime trucidantur. Ceteri qui possunt per etatem et vires laborem ferre rapiuntur in servitutem qui non possunt vita privantur. Uno denique atque eodem in tempore domus hostili flagrabit incendio et quos natura voluntatis necessitudine aut benivolencia coniunxit distrahuntur liberi partim e gremiis diripiuntur parentum partim in sinu iugulantur partim ante pedes constuprantur. Nemo iudices est qui possit rem satis consequi verbis nec referre oracionem magnitudine calamitatis. Hoc genere exornacionis vel indignacio vel misericordia potest commoveri cum res consequentes comprehense universe perspicua breviter exprimuntur oracione.

Divisio est que rem semovens ab re utramque absolvit racione subiecta hoc modo Cur ego tibi nunc quicquam obiciam. Si probus es non meruisti si improbus non commovebere. Item quid nunc ego de meis promeritis predicem. Si meministis obtundam. Si obliti estis cum re nichil egerim quid est quod verbis proficere possim. Item due res sunt que possunt homines ad turpe compendium commovere inopia atque avaricia. Te avarum in fraterna divisione cognovimus inopem atque egentem nunc videmus. Qui potes igitur ostendere causam maleficii non fuisse. Inter hanc divisionem et illam que in partibus oracionis tercia est de qua in libro primo diximus secundum narracionem demonstravimus hoc interest quod illa dividit per enumeracionem aut per exposicionem quibus in rebus in totam oracionem disputacio futura sit hec statim explicat et brevi duabus aut pluribus partibus subiciens res exornat oracionem.

Frequentacio est cum res in tota causa disperse coguntur in unum quo gravior aut acrior aut criminosior oracio sit hoc pacto A quo hic abest vicio quid est cur iudices velitis eum liberare qui sue pudicicie proditor est insidiator aliene cupidus intemperans petulans superbus impius in parentes ingratus in amicos infestus cognatis in superiores contumax in equos et pares fastidiosus in inferiores crudelis denique in omnes intolerabilis. Eiusdem generis est illa frequentacio que plurimum coniecturalibus causis opitulatur cum suspiciones que separatim dicte minute et infirme erant unum in locum coacte rem videntur perspicuam facere non suspiciosam hoc pacto Nolite igitur iudices ea que dixi separatim spectare sed omnia colligite et in unum conferte si et commodum ad istum ex illius morte veniebat et vita hominis est turpissima animus avarissimus fortune familiaris attenuatissime et res ista bono nemini preterquam isti fuit neque alius quisquam eque commode neque iste aliis commodioribus racionibus facere potuit neque preteritum est ab isto quicquam quod opus fuit quod locus idoneus maxime quesitus sit cum occasio aggrediendi commoda tempus adeundi opportunissimum spacium conficiendi longissimum sumptum est non sine maxima occultandi maleficii spe et preterea antequam occisus est homo iste visus est in eo loco solus in quo occisio facta est paulo post in ipso maleficio vox illius qui occidebatur audita est deinde post occisionem istum

multa nocte domum redisse constat. Postremo dicere titubanter et constanter de comissione
illius locutum est. Hec partim testimoniis partim questionibus partim argumentis
omnia comprobantur et rumore ipso. Quam ex argumentis natum necesse est esse
verum. Verum iudicetur est his in unum locum collocatis certam sumere scienciam
non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid aut alterum potest in istum
casum cecidisse suspiciose. Ut omnia inter se a primo usque ad postremum conveniant
maleficia necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hec exornacio
et in coniecturali constitucione cause ferme semper necessaria et in ceteris generibus
causarum et in omni oracione adhibenda non nunquam. **Expolicio** est
cum in eodem loco manemus et aliud atque aliud dicere videmur. Ea autem
dupliciter fit. Si aut eandem plane dicemus rem aut de eadem re. Eandem
rem dicemus non eodem modo, nam id obtundere auditorem est non rem expolire
sed commutate. Commutabimus tripliciter: verbis, pronunciando, tractando. Verbis
permutabimus si cum re semel dicta iterum aut sepius aliis verbis que idem
valeant rem proferemus hoc modo. Nullum tantum est periculum quod sapiens pro salute
patrie vitandum arbitretur. Cum agetur incolumitas perpetua civitatis qui
bonis erit racionibus preditus profecto nullum vite discrimen sibi pro fortunis
rei publice fugiendum putabit et erit sentencia in ea semper ut pro patria studiose quamvis
in magnam descendat vite dimicacionem. Pronunciando commutabimus si tum in
sermone tum in acrimonia tum in alio atque alio genere vocis atque gestus eadem verba
commutando pronunciacione quoque vehementius immutabimus. Hoc quod commodissime
scribi non potest neque parum est apertum quare non eget exemplo. Tercium genus
commutacionis est quod tractando conficitur si sentenciam traiciemus aut sermocinacione
aut exsuscitacione. Sermocinacio est de qua plenius paulo post suo loco dicemus,
nunc breviter quod ad eam rem satis est attingemus in qua constituetur
alicuius persone accomodata oracio ad dignitatem hoc modo. Et facilius res cognosci
possit ut ab eadem sentencia recedamus. Sapiens quidem omnia
rei publice causa suscipienda pericula putabit. Sepe ipse loquetur sic: Non mihi
soli sed eciam adeo potius multum natus sum patrie. Vita que fato debetur
saluti patrie potissimum solvatur. Aluit hec me tute et honeste ad hanc usque
etatem perduxit meas raciones bonis legibus et optimis disciplinis munivit.
Quid est quod a me satis ei persolvi possit unde hec accepi. In hac loquitur
sapiens secum. Sepe ego in periculis rei publice nullum ipse periculum fugiet. Et
item mutatur res tractando si traducitur et auditoris animum commoveamus
sic. Quis est enim tam tenui cogitacione preditus cuius animus tantis angustiis
invidie continetur qui non hunc hominem studiosissime laudet et
sapientissimum iudicet qui pro salute patrie pro incolumitate civitatis pro rei
publice fortunis quamvis magnum atque atrocem periculum studiosissime suscipiat
et libenter subeat. Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare
quam possum. Idemque hoc certo scio vobis omnibus usu venire. Eadem igitur
res his tribus in dicendo commutabitur rebus: verbis, pronunciando, tractando

30

dupliciter sermocinatione et exsuscitatione Sed de eadem re cum dicemus plurimis utemur commutationibus Nam rem cum simpliciter pronuntiamus rationem subicere poterimus deinde dupliciter vel sine rationibus vel cum rationibus pronuntiare deinde afferre contrarium de quibus omnibus diximus in verborum exornationibus deinde simile et exemplum de quo suo loco plura dicemus deinde conclusionem de qua in secundo libro que opus fuerunt diximus demonstrantes argumentationes quemadmodum concludere oporteat oporteat in hoc libro docuimus cuiusmodi esset exornatio ubi cui conclusioni nomen est Ergo huiusmodi vehementer potest esse expolitio que constabit ex frequentibus exornationibus verborum et sententiarum hoc modo igitur septem partibus tractabitur sed ab eiusdem fine non recedamus exemplo ut scire possis quam facile receptione rethorice res simpliciter multiplici ratione tractetur Sapiens nullum pro republica periculum vitabit ideo quod sepe cum pro republica perire noluit necesse est cum republica pereat et quoniam sunt commoda a patria recepta nullum incommodum pro patria grave putandum est Ergo qui fugiunt id periculum quod pro re publica subeundum est stulte faciunt Nam neque effugere incommoda possunt et ingrati in civitate reperiuntur At qui pericula patrie suo periculo expetunt hi sapientes putandi sunt cum et eum quem debent honorem reipublice reddunt et pro multis perire malunt quam cum multis Etenim vehementer est iniquum quam vitam quam a natura acceptam patria conservaris nature cum cogat reddere patrie cum roget non dare pro patria interire malle per dedecus et ignaviam vivere et pro amicis et parentibus et ceteris necessariis adire periculum pro re publica in qua et hec et illud sanctissimum nomen patrie continetur nolle in discrimen venire Itaque ut contemnendus est qui in navigio navim quam se incolumem ita vituperandus est qui in re publica discrimine suo quam communi saluti consulit Nam enim fracta multi incolumes fuerunt ex naufragio patrie salvus nemo potest enatare Quod mihi bene videtur Decius intellexisse qui se devovisse dicitur et pro legionibus hostes immisisse medios Ubi amisit vitam et non perdidit Re enim vilissima et parva maxima redemit vitam dedit patriam accepit amisit animam potitus est gloriam que cum summa laude prodita vetustate magis cotidie enitescit Quod si pro re publica debere accedere ad periculum et ratione demonstratum est et exemplo probatum hi sapientes sunt existimandi qui nullum pro salute patrie periculum vitant In his igitur generibus expolitio versatur de qua producti sumus ut plura diceremus quod cum causam dicimus non modo adiuvat et exornat orationem sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem Quare conveniet extra causam exercendo rationes adhibere expolitionis in dicendo uti cum exornationibus argumentationes de qua re diximus in secundo libro **Commoratio** est cum in loco firmissimo tota causa continetur manet diutius et eodem sepius reditur Hac uti maxime convenit et id est auditoris oratoris boni maxime proprium Non enim datur auditori potestas animi de re firmissima dimovendi Huic exemplum satis idoneum subici non potuit propterea quod hic locus est non est a tota causa separatus sicuti membrum et quid sed tamquam sanguis profusus est per totum orationis corpus. **Contentio** est per quam contraria referuntur. Ea est in verborum exornationibus ut ante docuimus huiusmodi: Inimicis es placabilem amicis inexorabilem prebes. In sententiarum huiusmodi: Vos huius incommodum lugetis, iste rei publice calamitate letatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis confidit. Inter hec duo contentionum genera hoc interest: illud ex verbis celeriter ~~relatis~~ relatis constat, hic contrarie sententie ex comparatione referantur oportet. **Similitudo** est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa aut probandi aut apertius dicendi aut ante oculos ponendi. Et quomodo quattuor de causis sumitur, ita quattuor modis dicitur: per contrarium, per negationem, per brevitatem. Ad unamquamque sumende causam similitudinis accomodabimus singulos modos pronuntiandi. Ornandi causa sumitur per contrarium sic: Non enim quemadmodum in palestra qui tedas candentes accipit celerior est in cursu continuo quam ille qui tradit, ita melior imperator novus qui accipit exercitum quam ille qui decedit. Propterea quod defatigatus cursor integro facem, peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc sine similitudine satis sane et perspicue et probabiliter dici hoc modo: Dicuntur bonos imperatores a melioribus exercitus accipere solere. Ornandi causa simile sumptum est ut orationi dignitas quedam compareretur. Dictum est autem per contrarium. Non tamen similitudo simile per contrarium tum rei ei quam nos probamus aliquam rem negamus esse similem, aut paulo ante in de cursoribus asserebatur. Per negationem dicitur probandi causa hoc modo: Non equus indomitus quamvis bene natura compositus sit idoneus potest esse ad eas utilitates que desiderantur ab equo, neque homo indoctus quamvis sit ingeniosus ad virtutem pervenire. Hoc probabilius factum est verisimile non posse virtutem sine doctrina comparari quoniam neque equum indomitum idoneum possit esse. Ergo sumptum est probandi causa, dictum est autem per negationem; id enim perspicuum est in primo similitudinis verbo. Sumitur et apertius dicendi causa simile per brevitatem hoc modo: In amicitia gerenda sicut in certamine currendi non ita convenit exerceri ut quoad necesse sit venire possis, sed ut productus studio et viribus ultra facile procurras. Nam hoc est simile ut apertius intelligatur mala ratione facere qui reprehendunt eos qui verbi causa post mortem amici liberos eius custodiant, propterea quod in cursore tantum velocitatis esse oporteat ut efferatur usque ad finem, in amico tantum benivolentie studium ut afferat ultra finem dictum. Aut simile est per brevitatem; non enim ut in ceteris ita rebus res a re separata est sed utraque res coniuncte et comparate confuse. Ante oculos ponendi causa sumetur similitudo cum dicetur per collationem sic: Uti citharedus cum prodierit optime vestitus palla inaurata indutus clamide purpurea coloribus variis intexta et cum corona magna fulgentibus gemmis illuminata citharam tenens exornatissimam auro et ebore distinctam et ipse preterea forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem, si cum magnam populo commoverit his rebus expectationem repente silentio facto vocem mittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu, quo melius ornatus et magis sint exceptatus eo magis contristatus et contemptus deicitur. Ita si quis excelso loco et magnis ac locupletibus copiis collocatus fortune muneribus et nature commodis omnibus abundavit si que virtutis magistre sint sicut egebit quo magis ceteris rebus erit copiosus et industriosus exceptatus eo vehementius derisus et ex conventu gravi conventu bonorum eiciatur. Hoc simile exornatione utriusque rei alterius scilicet artificis in alterius stultitia simili ratione collata sub aspectus omnium rem subiciat. Dictum autem est per collacionem propterea quia proposita similitudine paria sunt omnia relata. In similitudinibus observare oportet diligenter et cum rem asseramus similem cuius rei causa similem attulerimus verba que ad similitudinem habeamus accommodata id est huiusmodi. Ita ut hirundines estivo tempore presto sunt frigore pulse recedunt ex eadem similitudine nunc per translacionem verba sumimus ita simili amici sereno vite tempore presto sunt simul atque cum hiemem fortune viderint devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit si quis sibi omnes res animatas et inanimatas mutas et eloquentes feras et mansuetas celestes terrestres et maritimas artificiosas una natura comparatas usitatas atque inusitatas frequenter ponere ante oculos poterit et ex hiis aliquam venari similitudinem que aut ornare aut docere aut aptiorem rem facere ut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse similis sit sed ipsum quod conferetur similitudinem habeat oportet.

Pinguis [illegible] ad [illegible] [illegible] ad caseum refert

Ingrate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quod se dum apud Mantuam fuisse [illegible]

Quid vocares [illegible] persone [illegible] **Mesta Amarilli** [illegible] nomine [illegible] poeta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Cui pendere [illegible]

Servitio [illegible] [illegible] [illegible] **Licebat** [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] **Iuvenem** [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Octavianum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Fortunate non ad etatem [illegible] refert sed [illegible] [illegible] [illegible] ad fortunam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] **Et tibi mag**

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Contagia h[oc] bucholicon

Nota morbi dicti infectiua sicut plus uno lippa lepra lues febris morbus qui caducus noster corporibus tris: itemque nocent

Graues anti plus graues

Cuius lapis i[d est] cuius mons sit et lacus uel a monte usque ad lacum et cum usque ad arborem quandam fuerat terra donata tua possessio

Palus [illegible] fluuius ... lacum ... [illegible]

Salicti [illegible]

Hibleis [illegible]

Ab limite limes est [illegible]

Frondator i[d est] rusticus [illegible]

Palumbes [illegible]

Ante leues [illegible]

Exul i[d est] cesar [illegible] Cesar ... germanie [illegible]

Ararim [illegible]

Tigrim [illegible]

Sitientes [illegible]

Rapidum crete oaxem [illegible]

Limosoque palus obducat pascua iunco

Non insueta graues temptabunt pabula fetas

Nec mala vicini pecoris contagia ledent

Fortunate senex hic inter flumina nota

Et fontes sacros frigus captabis opacum

Hinc tibi que semper vicino ab limite sepes

Hibleis apibus florem depasta salicti

Sepe leui somnum suadebit inire susurro

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras

Nec tamen interea raucee tua cura palumbes

Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo

Ante leues ergo pascentur in ethere ceruy

Et freta destituent nudos in littore pisces

Ante pererratis amborum finibus exul

Aut Ararim parthus bibet aut germania tigrim

Quam nostro illius labatur pectore vultus

At nos hinc alii sicientes ibimus affros

Pars sciciam et rapidum crete veniemus oaxem

Et penitus toto diuisos orbe britannos

En unquam patrios longo post tempore fines

Pauperis et tuguri congestum cespite culmen

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas

Impius hec tam culta noualia miles habebit

Barbarus has segetes en quo discordia ciues

Perduxit miseros en quis conseuimus agros

Insere nunc melibee piros pone ordine vites

Ite mee quondam felix pecus ite capelle

Non ego vos posthac viridi proiectus in antro

Dumosa pendere procul de rupe videbo

Carmina nulla canam non me pascente capelle

Florentem citisum et salices carpetis amaras

Diuisos [illegible] britannia est insula reposita in occeano septentrionali et a possit alter orbe [illegible]

En umquam [illegible]

Impius [illegible]

Noualia i[d est] noua [illegible]

Exul nota [illegible] romani [illegible]

Turtur [illegible]

Culmen [illegible]

Cespite [illegible] herba [illegible]

Aristas [illegible]

Mea regna i[d est] [illegible]

Felix i[d est] quondam ero felix [illegible]

Carmina [illegible]

Ecloga ii alexis nominatur

299
151

Hic tu hac mecum poteras requiescere nocte
Fronde super viridi. sunt nobis mitia poma
Castanee molles et pressi copia lactis
Et iam summa procul villarum culmina fumant
Maioresque cadunt altis de montibus umbre

Formosum pastor Corydon ardebat alexin
Delicias domini nec quid speraret habebat
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos
Assidue veniebat. ibi hec incondita solus
Montibus et silvis studio iactabat inani
O crudelis alexi nihil mea carmina curas
Nil nostri miserere. mori me denique cogis
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos
Testilis et rapido fessis messoribus estu
Allia serpillumque herbas contundit olentes
At mecum raucis tua dum vestigia lustro
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis
Nonne fuit satius tristes amarillidis iras
Atque superba pati fastidia nonne menalcam
Quamvis ille niger quamvis tu candidus esses
O formose puer nimium ne crede colori
Alba ligustra cadunt vaccinia nigra leguntur
Despectus tibi sum nec qui sim queris alexi
Quam dives pecoris nivei quam lactis abundans
Mille mee siculis errant in montibus agne
Lac mihi non estate novum non frigore defit
Canto que solitus si quando armenta vocabat
Amphion dirceus in actheo aracyntho
Nec sum adeo informis nuper me in littore vidi
Cum placidum ventis staret mare non ego daphnim

matura · in formatio · casea · ad vesperum · adornata parada · impavet diligebat et calebat et laudabat · que amabat · assidue · veniebat · incondita · studio iactabat · carmina · umbrosa loca · aprica loca · astringunt · vehementi fervent · olentes · sonantes · calore solari · fervido · sonant

Alexin alexim quem dicunt allegorice fuit servus assinii pollionis virgilius rogatus ad prandium cum vidisset in ministerio eius pulcerrimum dilexit eum quem dono accepit Cesarem quidam accepe-runt formosum in operibus in [illegible] alii puerum cesaris quem si laudasset gratam rem cesari fecisset nam virgilius dicitur in pueros habuisse amorem ut eum turpiter eum diligebat alii corydon assinii pollionis puerum adamatum a virgilio ferunt cum eum a quo datum Corydon a virgilio dicunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] alexin vero puerum qui fuit [illegible] at [illegible] fuit aut dilectus fuisse pollionis et gratum se [illegible] estimasse si eum laudaret cuius forma pollio delectabatur qui tempore [illegible] italie [illegible] tenebat et agros [illegible] [illegible]

Allia serpillum allia serpillum herbas calidas que estum repellunt [illegible] plinius dicit in [illegible] historia [illegible] medicina [illegible] [illegible] calor [illegible] aut [illegible] aut ad calorem depellendum [illegible] ecloga cum amator remedium [illegible] ardoris dicit se [illegible] aut ad [illegible] [illegible] ad ethiopiam ut ethiopum [illegible] oves sub [illegible] serpillum herba est [illegible] serpillum [illegible] in [illegible] [illegible] voluminibus que aspiracionem [illegible] serpillum [illegible]

Nonne menalcam [illegible] virgilius allegorice quem donat a pollione et [illegible] puerum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] menalcam [illegible]

O formose [illegible] [illegible] [illegible] formose puer [illegible] [illegible] alexim offendet [illegible]

Ne crede [illegible] [illegible]

Alba ligustra [illegible] et amatore [illegible] flores [illegible] ligustri aut flos [illegible] vaccinia aut sunt viole [illegible] purpurea colore [illegible]

Despectus [illegible] [illegible]

Dirceus [illegible] [illegible] [illegible] antiopa [illegible] [illegible] [illegible]

Amphion amphion et zetus fratres fuerunt [illegible] iove et antiopa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aracyntho [illegible] actheo litorali [illegible] [illegible] [illegible] aracyntho [illegible]

[illegible] antiopa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] filios [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

actissimi
Genus fructus vel herba [illegible] inter saxa et silvas in altissimis [illegible] [illegible] [illegible]

Solus et in loco solitario [illegible] [illegible]

O [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] acceptos agros

Corydonis in persona virgilius [illegible] cesar alexis in persona [illegible]

Testilis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] testilis [illegible]

At mecum [illegible] [illegible] [illegible] vestigia [illegible] arbusta [illegible] [illegible] testilis herbas [illegible] [illegible] resonant arbusta [illegible] cicadis

Estus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quam dives [illegible] [illegible]

Agne agne dicte [illegible] [illegible]

Lac mihi [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] frigore defit

E ij alexis

Daphni si numquam fallit [illegible]

Judice te metuam si numquam fallit ymago.

O ut libeat mecum tibi sordida rura

Atque humiles habitare casas et figere cervos

Edorumque gregem viridi compellere ibisco

Mecum una in silvis imitabere pana canendo

Pan primum calamos cera coniungere plures

Instituit pan curat oves oviumque magistros

Nec te peniteat calamo trivisse labellum

Hec eadem ut sciret quid non faciebat amintas

Est michi disparibus septem compacta cicutis

Fistula dametas dona michi quam dedit olim

Et dixit moriens te nunc habet ista secundum

Dixit dametas invidit stultus amintas

Preterea duo sunt michi nec tuta valle reperti

Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo

Bina die siccant ovis ubera quos tibi servo

Jam pridem illos abducere testilis orat

Et faciet quoniam tibi sordent munera nostra

Huc ades o formose puer tibi lilia plenis

Ecce ferunt nimphe calatis tibi candida nais

Pallentes violas et summa papavera carpens

Narcissum et florem iungit bene olentis anethi

Cum casia atque aliis intexens suavibus herbis

Mollia luteola pingit vaccinia calta

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala

Castaneasque nuces mea quas amarillis amabat

Addam cerea pruna honos erit huic quoque pomo

Et vos o lauri carpam et te proxima mirte

Sic posite quoniam suaves miscetis odores

Rusticus est coridon nec munera curat alexis

Nec si muneribus certes concedat iolas

Nec sic adeo [illegible]

Nuper me in littore [illegible]

Judice te

Figere cervos [illegible]

Imitabere pana canendo [illegible]

Orat abducere

Orat ut abducat [illegible]

Faciet [illegible]

Huc ades [illegible]

Candida [illegible]

Pallentes [illegible]

Cum casia [illegible]

Mollia [illegible] Luteola [illegible]

Tenera lanugine [illegible]

Castaneas nuces [illegible]

Honos [illegible]

O lauri [illegible]

Judice te [illegible]

Libeat tibi [illegible]

Ibisco [illegible]

Nec te peniteat [illegible]

Labellum [illegible]

Disparibus cicutis [illegible]

Et dixit moriens [illegible]

Nec tuta [illegible]

Sparsis [illegible]

~~Respexit Alexis cum discedere debet~~

Rusticus es
arguit se stultae quod cum se speret placere munusculis quod potest [illegible] inchoare [illegible] aut [illegible] dei

Nolas
vel [illegible] amator [illegible] eius

Quem fugis
quasi [illegible] discedere [illegible] non fuisse [illegible] aut solis [illegible] et silvis [illegible] non caret [illegible] cum dicat quod [illegible] tractat [illegible] esse volupta[tem] [illegible] et aliam imaginariam [illegible] cogitatione illa imaginaria voluptate [illegible] et tenue et alloqui videbatur assentire [illegible] in aliena [illegible] et [illegible] utrumque illa imaginaria voluptate [illegible] sibi se [illegible] fuisse [illegible] illam [illegible] rusticus et Coridon [illegible] per fantasiam [illegible] loquitur

Heu heu quid volui misero mihi floribus austrum
Perditus et liquidis immisi fontibus apros
Quem fugis a demens habitarunt dii quoque silvas
Dardaniusque Paris, Pallas quas condidit arces
Ipsa colat. nobis placeant ante omnia silve
Torva leena lupum. lupus sequitur ipse capellam
Florentem citisum sequitur lasciva capella
Te coridon o alexi. trahit sua quemque voluptas
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuvenci
Et sol crescentes discedens duplicat umbras
Me tamen urit amor cum quis modus assit amori
Ah coridon coridon que te dementia cepit
Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est
Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget usus
Viminibus mollique paras detexere iunco
Invenies alium si te hic fastidit alexis

Dic michi Dametha cuium pecus an melibei
Non verum egonis nuper michi tradidit egon
Infelix o semper pecus oves ipse quoque Neeram
Dum fovet, ac ne me sibi preferet illa veretur
Hic alienus oves custos bis mulget in hora
Et sucus pecori et lac subducitur agnis
Parcius ista viris tamen obicienda memento
Novimus et te qui transversa et tuentibus hircos
Et quo sed faciles nimphe risere sacello
Tunc credo cum me arbusta vide[re] miconis
Atque mala vites incide[re] falce novellas
Aut hic ad veteres fagos cum daphnidis arcum
Fregisti, et calamos: quos tu perverse menalca
Et cum vidisti puero donata dolebas
[illegible] cum [illegible] arcum [illegible] et integra, unde [illegible] quod [illegible] et [illegible] unde [illegible] quod [illegible]

Incipit in eglogam [illegible] et [illegible] pastoralem [illegible] cum bucolica [illegible] sunt eglogae [illegible] virgilius [illegible] et alius quod [illegible] questionem [illegible] et [illegible] et altera [illegible] dramaticum [illegible] poeta loquitur [illegible] introducte [illegible] persone Nona [illegible] caracteres [illegible] dicitur [illegible] poeta loquitur ut est in [illegible] dramaticum [illegible] poeta loquitur ut est in [illegible] tragoedijs [illegible] ut est in [illegible] et poeta [illegible] persone loquuntur [illegible] in bucolicis [illegible] carmine [illegible] iste [illegible] simplex et [illegible] dramaticum [illegible] ut [illegible] in [illegible] dramaticum et in prima egloga [illegible] compositum

Pallas idest dea artium quia minerva dicitur eo quod de capite iovis nata sit [illegible] dea est artium et ingenii ideo ista fingitur [illegible] excellentia est ingenio [illegible] vincit [illegible]

Torva le[ena] [illegible] ut [illegible] agnoscatur leonis Et leena dicitur [illegible]

Torva leena [illegible] et [illegible] se revertit ad [illegible] [illegible] lapsus dicendo pallas quas condidit arces

Trahit s[ua] q[uemque] v[oluptas] Notatur a [illegible] sententiam dedit [illegible] bucolici carminis legem a [illegible]

Aratra [illegible] fessos [illegible] collo trahentes languido, et [illegible] amoris [illegible]

Et sol c[rescentes] d[iscedens] d[uplicat] [illegible] maiores [illegible] cadunt [illegible] de montibus umbre

Semiputata [illegible] putata [illegible] incepit [illegible] desere [illegible] in Georgicis [illegible] relinquunt aratra [illegible] negligere et [illegible] semiputata [illegible] et [illegible] frondosa [illegible] obest [illegible] in Georgicis [illegible] umbra, et [illegible] ne [illegible] dementie [illegible] putatas

detexere [illegible] perficere [illegible] augentes

quorum indiget [illegible] et [illegible] esset [illegible] et [illegible] est [illegible] et [illegible]

Invenies alium alexim [illegible] formosum [illegible] te minime [illegible] et [illegible] loco allegoriam [illegible] in augustum [illegible] invenies [illegible] imperatorem [illegible] augustus [illegible] [illegible] possit ad cesarem [illegible] illud [illegible] in augustum cesarem [illegible]

Et si non aliqua nocuisses mortuus esses
Quid faciat domini audent cum talia fures
None ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis multum latrante licista
Et cum clamarem / quo se proripit nunc ille
Titire coge pecus tu post carecta latebas
An mihi cantando victus non reddidit ille
Quem, mea carminibus meruisset fistula caprum
Si nescis meus ille caper fuit et mihi Damon
Ipse fatebatur / sed reddere posse negabat
Cantando tu illum an umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit non tu indocte in triviis solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen
Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim
Experiamur / ego hanc vitulam ne forte recuses
Bis venit ad mulctram binos alit ubere fetus
Depono / tu dic mecum quo pignore certes
De grege non ausim quicquam deponere tecum
Est mihi namque domi pater / est iniusta noverca
Bisque die numerant ambo pecus alter et edos
Verum id quod multo tute ipse fatebere maius
Insanire libet quoniam tibi pocula ponam
Fagina / celatum divini altimedontis opus
Lenta quibus facili torno superaddita vitis
Diffusos edera vestit pallente corimbos
In medio duo signa conon et quis fuit alter
Descripsit radio totum qui gentibus orbem
Tempora que messor que curvus habebat arator
Nec dum illis / admovi labia sed condita servo
Et nobis idem alchimedon duo pocula fecit
Et molli circum est ansas amplexus achanto

Orphea que in medio posuit / silvas que sequentes
Si vitulam spectes nihil est quod pocula laudes
Nunquam hodie effugies / veniam quocumque vocaris
Audiat hec tantum vel qui venit ecce palemo
Efficiam post hec, ne quemquam voce lacesses
Quin age si quid habes in me mora non erit ulla
Nec quemquam fugio tantum vicine palemon
Sensibus hec imis res non est parva repone
Dicite quandoquidem molli consedimus herba
Et nunc omnis ager nunc omnis parturit arbos
Nunc frondent silve nunc formosissimus annus
Incipe dametha tu / deinde sequere menalka
Alternis dicetis amant alterna camene
A principium muse iovis omnia plena
Ille colit terras illi mea carmina cure
Et me phebus amat / phebo sua semper apud me
Munera sunt lauri / rubens suave iacinctus
Malo me galathea petit lasciva puella
Et fugit ad salices et se cupit ante videri
At mihi sese offert ultro meus ignis amintas
Notior ut iam sit canibus non delia nostris
Parta mee veneri sunt munera / namque notavi
Ipse locum aerie / quo congessere palumbes
Quod potui puero silvestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi / cras altera mittam
Ach quotiens et que nobis galathea locuta est
Partem aliquam venti divum referatis ad aures
Quid prodest quod me ipse animo non spernis amintha
Si dum tu sectaris apros ego retia servo
Philida mitte mihi meus est natalis iola
Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito

Phillida amo ante alias nam me discedere flevit
Et longum formose vale inquit yola
Triste lupus stabulis maturis frugibus ymbres
Arboribus venti nobis amarillidis ire
Dulce satis humor depulsis arbutus edis
Lenta salix feto pecori mihi solus amintas
Pollio amat nostram quamvis sit rustica musam
Pierides vitulam lectori pascite vestro
Pollio et ipse facit nova carmina pascite
Iam cornu petat et pedibus qui spargat arenam
Qui te pollio amat veniat quo te quoque gaudet
Mella illi fluant ferat rubus asper amomum
Qui bavium non odit amet tua carmina mevi
Atque idem iungat vulpes aratro et mulgeat hircos
Qui legitis flores et humi nascentia fraga
Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba
Parcite oves nimium procedere non bene ripe
Creditur ipse aries etiam nunc vellera sicat
Titire pascentes a flumine reice capellas
Ipse ubi tempus erit omnes in fonte lavabo
Cogite oves pueri si lac preceperit estus
Ut nuper frustra pressabimus ubera palmis
Heu heu quam pingui macer est mihi taurus in arvo
Idem amor exitium pecori pecorisque magistro
Hiis certe neque amor causa est vix ossibus herent
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos
Dic quibus in terris et eris mihi magnus apollo
Tris pateat celi spacium non amplius ulnas
Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascuntur flores et phillida solus habeto
Non nostrum inter vos tantas componere lites

Et vitula dignus tu et hic et quisquis amores
Aut metuet dulces aut experietur amores
Claudite iam rivos pueri sat prata biberunt

IV

S Sicelides muse paulo maiora canamus
Non omnes arbusta iuvant humilesque mirice
Si canimus silvas et silve consule digne
Ultima cumei venit iam carminis etas
Magnus ab integro seculorum nascitur ordo
Iam redit et virgo redeunt saturnia regna
Iam nova progenies celo demittitur alto
Tu modo nascenti puero quo ferrea primum
Desinet ac toto surget gens aurea mundo
Casta lucina fave / tuus iam regnat apollo
Teque adeo decus hoc evi te consule inibit
Pollio / et incipient magni procedere menses
Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri
Irrita perpetua solvent formidine terras
Ille deum vitam accipiet divisque videbit
Permixtos heroas / et ipse videbitur illis
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes ederas passim cum baccare tellus
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho
Ipse lacte domum referent distenta capelle
Ubera / nec magnos metuent armenta leones
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores
Occidet et serpens / et fallax herba veneni
Occidet assirium vulgo nascetur amomum
At simul heroum laudes et facta parentis
Iam legere poteris / et que sit cognoscere virtus
Molli paulatim flavescet campus arista

In cultis que rubens pendebit sentibus uva
Et quercus dure sudabunt roscida mella
Pauca tamen suberunt prisce vestigia fraudis
Que tentare thetim ratibus que cingere muris
Oppida que iubeant telluri infindere sulcos
Alter erit tum tiphis et altera que vehat argos
Electos heroas erunt etiam altera bella
Atque iterum ad troyam magnus mittetur achilles
Hinc ubi iam firmata virum te fecerit etas
Cedet ipse mari vector nec nautica pinus
Mutabit merces omnis feret omnia tellus
Non rastros patietur humus non vinea falces
Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator
Nec varios discet mentiri lana colores
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice iam croceo mutabit vellera luto
Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos
Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine parce
Aggredere o magnos iam aderit tempus honores
Cara deum soboles magni iovis incrementum
Aspice convexo nutantem pondere mundum
Et terras tractusque maris celumque profundum
Aspice venturo letantur ut omnia seclo
O michi tum longe maneat pars ultima vite
Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta
Non me carminibus vincet nec thracius orpheus
Nec linus huic mater quamvis atque huic pater adsit
Orphei caliope lino formosus apollo
Pan deus archadie dicit se iudice victum
Incipe parve puer matrem cognoscere risu

Matri longa decem tulerunt fastidia menses
Pan etiam Arthadia dicat se victum iudice
Incipe parve [illegible] cui non risere parentes / [illegible]
Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est
c ur non mopse boni quoniam convenimus ambo
Tu calamos inflare leves ego dicere versus
Hic corulis mixtas inter consedimus ulmos
Tu maior tibi me est equum parere menalca
Sive sub incertas zephiris motantibus umbras
Sive antro potius succedimus / aspice ut antrum
Silvestris raris sparsit labrusca racemis
Montibus in nostris solus tibi certet amintas
Quid si idem certet phebum superare canendo
Incipe mopse prior / si quos aut phillidis ignes
Aut alconis habes laudes aut iurgia codri
Incipe pascentes servabit titirus edos
Ymo hec in viridi nuper que cortice fagi
Carmina descripsi / et modulans alterna notavi
Experior / tu deinde iubeto certet amintas
Lenta salix quantum pallenti cedit olive
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis
Iudicio nostro tantum tibi cedet amintas
Sed tu desine plura puer / successimus antro
Extinctum nimphe crudeli funere daphnim
Flebant / vos corili testes et flumina nimphis
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos atque astra vocat crudelia mater
Non ulli pastos illis egere diebus / amnem
Frigida daphni boves ad flumina nulla neque
Libavit quadrupes / nec graminis attigit herbas
Daphni tuum penos etiam ingemuisse leones

Interitum/ montesque fere silueque locuntur
Daphnis et armenias curru subiungere tigres
Instituit daphnis/ thiasos inducere bachi
Et foliis lentas intexere mollibus hastas
Vitis ut arboribus decori est/ ut uitibus uue
Ut gregibus tauri/ segetes ut pinguibus =
Tu decus omne tuis/ postquam te fata tulerunt/ aruis
Ipsa pales agros atque ipse reliquit apollo
Grandia sepe quibus mandauimus ordea sulcis
Infelix lolium et steriles nascuntur auene
Pro molli uiola pro purpureo narcisso
Carduus et spinis surgit paliurus acutis
Spargite humum foliis/ inducite fontibus um=
Pastores/ mandat fieri sibi talia daphnis
Et tumulum facite/ et tumulo superaddite carmen
Daphnis ego in siluis hinc usque ad sidera notus
Formosi custos pecoris formosior ipse// Menalcas
Tale tuum nobis carmen diuine poeta
Quale sopor fessis in gramine quale per estum
Dulcis aque saliente sitim restinguere riuo
Nec calamis solum equiparas sed uoce magistrum
Fortunate puer/ tu nunc eris alter ab illo
Nos tamen hec quocumque modo tibi nostra uicissim
Dicemusque/ daphnimque tuum tollemus ad astra
Daphnim astra feremus amauit nos quoque daphnis
An quicquam nobis tali sit munere maius// Mopsus
Et puer ipse fuit cantari dignus et ista
Iam pridem/ Stimicon laudauit carmina nobis
Candidus insuetum miratur limen olimpi
Sub pedibusque uidet nubes et sidera daphnis
Ergo alacris siluas et cetera rura uoluptas

Panaque pastoresque tenet driadesque puellas
Nec lupus insidias pecori nec retia ceruis
Ulla dolum meditantur / amat bonus ocia daphnis
Ipsi leticia voces ad sidera iactant
Intonsi montes ipse iam carmina rupes
Ipsa sonant arbusta deus deus ille menalca
Sis bonus o felixque tuis / en quatuor aras
Ecce duas / daphni tibi duo altaria phebo
Pocula bina novo spumantia lacte quotannis
Crateras que duas statuam tibi pinguis olivi
Et multo in primis hilarans convivia baccho
Ante focum si frigus erit si messis in umbra
Vina novum fundam / calatis aruisia nectar
Cantabunt mihi dametas et licius egon
Saltantes satiros imitabitur alphesibeus
Hec tibi semper erunt / et cum solemnia vota
Reddemus nimphis / et cum lustrabimus agros
Dum iuga montes aper / fluvios dum piscis /
Dum que thimo pascentur apes / dum rore cicade amabit
Semper honos nomenque tuum / laudesque manebunt
Ut baccho cererique tibi sic vota quotannis
Agricole facient / damnabis tu quoque votis
Que tibi que tali reddam pro carmine dona
Nam neque me tantum venientis sibilus austri
Nec percussa iuvant fluctu tam littora nec que
Saxosas inter decurrunt flumina valles
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta
Hec formosum coridon ardebat alexim
Hec eadem docuit / cuium pecus an melibei
At tu sume pedum quod me cum sepe rogaret
Non tulit antigenas et erat tunc dignus amari

Formosum paribus nodis atque ere menalca

VI Prima siracusio dignata est ludere versu
Nostra neque erubuit silvas habitare talia
Cum canerem reges et prelia cinthius aurem
Vellit et admonuit pastorem titire pingues
Pascere oportet oves deductum dicere laudes
Vare tuas cupiant et tristia condere bella
Agrestem tenui meditabor arundine musam
Non iniussa cano si quis tamen hec quoque si quis
Captus amore leget te nostre vare mirice
Te nemus omne canet nec phebo gratior ulla est
Quam sibi que vari prescripsit pagina nomen
Pergite pierides cromis et nasilus in antro
Silenum pueri sompno videre iacentem
Inflatum hesterno venas et semper iaccho
Serta procul tantum capiti dilapsa iacebant
Et gravis attrita pendebat cantarus ansa
Aggressi nam sepe senex spe carminis ambos
Luserat iniciunt ipsis ex vincla sertis
Addit se sociam timidisque supervenit egle
Egle naiadum pulcerrima iamque videnti
Sanguineis frontem moris et tempora pingit
Ille dolum ridens quo vincla nectitis inquit
Solvite me pueri satis est potuisse videri
Carmina que vultis cognoscite carmina vobis
Huic aliud mercedis erit simul incipit ipse
Tum vero in numerum faunosque ferasque videres
Ludere tum rigidas motare cacumina quercus
Nec tantum phebo gaudet parnasia rupes
Nec tantum rodope miratur et hismarus orphea
Cantus omnis meus gaudet cantare plenis

Cantus plenos plus letantur ovante
Namque canebat uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque anime marisque fuissent
Et liquidi simul ignis ut hiis exordia primis
Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis
Tum durare solum et discludere nerea ponto
Ceperit et rerum paulatim sumere formas
Jamque novum terre stupeant lucescere solem
Alcius atque cadant summotis nubibus imbres
Hinc lapides pirre iactos saturnia regna
Caucasias que refert volucres furtumque promethei
Hiis adiungit ylam naute que fonte relictum
Et fortunata si nunquam armenta fuissent
Phasiphen nivei solatur amore iuvenci
Ha virgo infelix que te dementia cepit
Pretides impleverunt falsis mugitibus agros
At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus quamvis collo timuisset aratrum
Et sepe in levi quesisset cornua fronte
Ha virgo infelix tu nunc in montibus erras
Ille latus niveum molli suffultus iacincto
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas
Aut aliquam in magno sequitur grege claudite nimphe
Dictee nimphe nemorum iam claudite saltus
Si qua ferant forte oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia forsitan illum
Aut herba captus viridi aut armenta secutus
Perducant alique stabula ad gortinia vacce
Tunc canit hesperidum miratam mala puella
Tunc fetontiadas musco circumdat amare
Cortices atque solo proceras erigit alnos

Tum canit errantem permessi ad flumina gal.
Aonas in montes ut duxit una sororum
Utque viro phebi corus assurrexerit omnis
Ut linus hec illi divino carmine pastor
Floribus atque apio crines ornatus amaro
Dixerit hos tibi dant calamos en accipe-
Ascreos quos ante seni quibus ille solebat muse
Cantando rigidas deducere montibus ornos
His tibi grinei nemoris dicatur origo
Ne quis sit lucus quo se plus iactet apollo
Quid loquar aut scillam nisi quam fama-
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
Heus timidos nautas canibus lacerasse marinis
Aut ut mutatos terei narraverit artus secuta est
Quas illi philomena dapes que dona pararit
Quo cursu deserta petierit et quibus ante
Infelix sua tecta supervolitaverit alis
Omnia que phebo quondam meditante beatus
Audiit eurotas iussitque ediscere lauros
Ille canit pulse referunt ad sidera valles
Cogere donec oves stabulis numerumque referre
Iussit et invito processit vesper olimpo

VII

F Orte sub arguta consederat ilice daphnis
Compulerantque greges coridon et thirsis
Ambo florentes etatibus archades ambo
Et cantare pares et respondere parati
Thirsis oves coridon distentas lacte capellas
Huc mihi dum teneras defendo a frigore mirtas
Vir gregis ipse caper deerraverat atque ego-
Aspicio ille ubi me contra videt ocius inquit daphni

Huc ades o melibee caper tibi salvus et edi
Et si quid cessare potes requiesce sub umbra
Huc ipsi potum venient per prata iuvenci
Hic virides tenera pretexit arundine ripas
Mincius eque sacra resonant examina quercu
Quid facerem neque ego alcipen neque phillida ha=
bebam depulsos a lacte domi qui clauderet edos
Et tamen erat coridon cum thirside magnum
Posthabui tamen illorum mea seria ludo
Alternis ergo contendere versibus ambo
Cepere alternos muse meminisse volebant
Hos coridon illos referebat in ordine thirsis
Nimphe noster amor libetrides aut mihi carmen
Quale meo codro concedite proxima phebi
Versibus ille facit aut si non possumus omnes
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu
Pastores edera nascentem ornate poetam
Archades invidia rumpantur ut ilia codro
Aut si ultra placitum laudarit baccare frontem
Cingite ne vati noceat mala lingua futuro
Setosi caput hoc apri tibi delia parvus
Et ramosa micon vivacis cornua cervi
Si proprium hoc fuerit levi de marmore tota
Puniceo stabis suras coturno evincta
Sinum lactis et hec tibi liba priape quotannis
Expectare sat est custos es pauperis orti
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus at tu
Si fetura gregem suppleverit aureus esto
Nerine galathea timo michi dulcior hible
Candidior cignis edera formosior alba
Cum primum pasti repetent presepia tauri

Si qua tui coridonis habet te cura venito
Imo ego sardonijs videar tibi amarior herbis
Horridior rusto proiecta vilior alga
Si mihi non hec lux toto iam longior anno est
Ite domum pasti si quis pudor ite iuvenci
Muscosi fontes et sompno mollior herba
Et que vos rara viridis tegit arbutus umbra
Solstitium pecori defendite iam venit estas
Torrida iam leto turgent in palmite gemme
Hic focus et tede pingwes hic plurimus ignis
Semper et assidua postes fuligine nigri
Hic tantum boree curamus frigora quantum
Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas
Stat et iuniperi et castenee hirsuta poma
Strata iacent passim sua queque sub arbore
Omnia nunc rident at si formosus alexis
Montibus his abeat et flumina sicca videbis
Aret ager vitio moriens sitit aeris herba
Liber pampineas invidit collibus umbras
Phillidis adventu nostre nemus omne virebit
Iupiter et leto descendet plurimus imbri
Populus alcide gratissima vitis iaco
Formose mirtus veneri sua laurea phebo
Phillis amat corilos illas dum phillis amabit
Nec mirtus vincet corilos nec laurea phebi
Fraxinus in silvis pulcherrima pinus in ortis
Populus in fluvijs abies in montibus altis
Sepius at si me licida formose revisas
Fraxinus in silvis cedet tibi pinus in ortis
Hec memini et victum frustra contendere thirsim
Ex illo coridon coridon est tempore nobis

VIII

astorum musam damonis et alphezibei
Inmemor herbarum quos est mirata iuvenca
Certantes quorum stupefacte carmine linces
Et mutata suos liquerunt flumina cursus
Damonis musam dicemus et alphezibei
Tu mihi, seu magni superas iam saxa timavi
Sive oram hilirici legis equoris en erit umquam
Illa dies mihi, cum liceat tua dicere facta
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola zaphocleo tua carmina digna coturno
A te principium tibi desinet accipe iussis
Carmina cepta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter victrices ederam tibi serpere lauros
Frigida vix celo noctis decesserat umbra
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba
Incumbens tereti damon sic cepit olive
Nascere preque diem veniens age lucifer almum
Coniugis indigno nyse deceptus amore
Dum queror et divos quamquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Mopso nysa datur quid non speremus amantes
Iungentur iam griffes equis, evo que sequenti
Cum canibus timide venient ad pocula dame
Mopse novas incide faces tibi ducitur uxor
Sparge marite nuces, tibi deserit hesperus etam
Incipe menalios mecum mea tibia versus
O digno coniuncta viro dum despicis omnes
Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capelle
Hirsutumque supercilium prolixaque barba
Nec curare deum credis mortalia quemquam

Incipe menalios mecum mea tibia versus
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
Dux ego vester eram vidi cum matre legentem
Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos
Ut vidi ut perij ut me malus abstulit error
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Nunc scio quid sit amor/ duris in cotibus illum
Hismarus aut rodope aut extremi garamantes
Nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Seuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus/ crudelis tu quoque mater
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Nunc et oves ultro fugiat lupus/ aurea dure
Mala ferant quercus/ narcisso floreat alnus
Pinguia corticibus sudent electra mirice
Certent et cygnis ulule/ sit titirus orpheus
Orpheus in silvis inter delphinas arion
Incipe menalios mecum mea tibia versus
Omnia vel medium fiat mare vivite silve
Preceps aerei specula de montis in undas
Deferar/ extremum hoc munus morientis habeto
Desine menalios iam desine tibia versus
Hec damon/ vos que responderit alphesibeus
Effer aquam et molli cinge hec altaria vitta
Verbenasque adole pingues/ et mascula-
Coniugis ut magicis sanos avertere sacris/ thura
Experiar sensus nihil hic nisi carmina desunt
Ducite ab urbe domum mea carmina ducite da-
Carmina vel celo possunt deducere lunam/ phnim

Carminibus circe socios mutauit vlixis
ffrigidꝰ in pratis cantādo rūpitᵘʳ anguis
Ducite ab vrbe domum mea carīa ducite:
Tria t hec p̄mum triplici diu̾sa colorē: dafin
llicia cūdo ter qȝ hec altara circum / ros
Effigiē duco / nūo deus impare gaudet
Ducite ab vrbe domum mea carīa ducite:
Necte tribus nodis t̾nos amarilli colores / dafin
Necte amarilli / modo et veneris dic vincla ne:
Ducite ab vrbe domᵐ mea carīa ducite dafin
Limus ut hic durē scit / et hic ut cerā liquescit
Vno eodē qȝ igni sic nro dafinis amorē / eto
Sparge molā et fragiles incende bitume lau:
Daphnis me malꝰ vrit / egᵒ hāc in daphnide laur
Ducite ab vrbe dom mā carīa ducite dafin
Talis amor daphnin q̄lis cū fessa iuvencū
Per nemorā atqȝ altos quērendo bucula lucos
Ppt aque riuum vidi p̄cubit in vmbra
Perdita nᶜ sere meminit decedē nocte
Talis amor teneat nᶜ sit mei cura medēi
Ducite ab vrbe dom mā ducite daphin
Has olim exuuias m̄ pfidus iᵉ reliquit
Pignorā cara sui qᵉ nūc egᵒ limīe i ipso
Tra t mādo debet hec pignorā daphin
Ducite ab vrbe dom m c d daphnim
Has herbas atqȝ hec ponto m̄ lecta venenā
Ipse dedit meris nascūtᵘʳ plurima ponto
Hijs ego sepe lupū fieri / et se cōdē siluis
Merim sepe aīas imis exire sepulcra
Atqȝ satas alio vidi traducerē messes
Ducite ab vrbe dom m c d daphin

ffer cineres amarilli foras rivoque fluenti
Transque caput iace ne respexeris his ego daphnim
Aggrediar nil ille deos nil carmina curat
Aspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua dum ferre moror cinis ipse bonum sit
Nescio quid certe est et ilas in limine latrat
Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt
Parcite ab urbe venit iam parcite carmina daphnis

IX

vo te meri pedes an quo via ducit in urbem
O licida vivi pervenimus advena nostri
Quod numquam veriti sumus ut possessor agelli
Diceret hec mea sunt veteres migrate coloni
Nunc victi tristes quoniam fors omnia versat
Hos illi quos nec bene vertat mittimus edos
Certe equidem audieram qua se subducere colles
Incipiunt mollique iugum demittere clivo gi
Usque ad aquam et veteris iam fracta cacumina fa-
Omnia carminibus vestrum servasse menalcam
Audieras et fama fuit sed carmina tantum
Nostra valent licida tela inter martia quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas
Quod nisi me quacumque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cor-
Nec tuus hic meris nec viveret ipse menalcas
Heu cadit in quemquam tantum scelus heu tua nobis
Pene simul tecum solatia rapta menalca nix
Quis caneret nimphas quis humum florentibus
Spargeret aut viridi fontes induceret umbra herbis
Vel que sublegi tacitus tibi carmina nuper
Cum te ad delicias ferres amarillida nostras
Titire dum redeo brevis est via pasce capellas

Et potum pastas age titire et inter agendum
occursare capro cornu ferit ille caveto
ymo hec que varo nec dum perfecta canebat
Vare tuum nomen superet modo mantua nobis
Mantua ve misere nimium vicina cremone
Cantantes sublime ferent ad sidera cigni
Sic tua cirneas fugiant examina taxos
Sic citiso paste destendant ubera vacce
Incipe si quid habes et me fecere poetam
pierides sunt et mihi carmina me quoque dicunt
vatem pastores sed non ego credulus illis na
Nam neque adhuc vario videor ut dicere cin-
digna sed argutos interstrepere anser olores
Id quidem ago et tacitus licida mecum ipse vo-
Si valeam meminisse neque est ignobile carmen luto
huc ades o galatea quis est nam ludus in undis
hic ver purpureum varios hic flumina circum
ffundit humus flores hic candida populus antro
Imminet et lente texunt umbracula vites
huc ades insani feriant sine littora fluctus
Quidque te pura solum sub nocte canentem
Audieram et numeros memini si verba tenerem
Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus
Ecce dionei processit cesaris astrum
astrum quo segetes gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem nepotes
Insere daphni piros carpent tua poma ne-
Omnia fert etas animum quoque sepe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles
Nunc oblita mihi tot carmina vox quoque merim
Iam fugit ipsa lupi merim videre priores

Sed tamen ista satis referet tibi sepe menalcas
Cantando nostros in longum ducis amores
Et nunc omne tibi stratum silet equor et omnes
Aspice ventosi ceciderunt murmuris aure
Hinc adeo media est nobis via namque sepulcrum
Incipit apparere bianoris hic ubi densas
Agricole stringunt frondes hic meri canamus
Hic edos depone tamen veniemus in urbem
Aut si nox pluviam ne colligat ante veremur
Cantantes licet usque minus via ledat eamus
Cantantes ut eamus ego hoc te fasce levabo
Desine plura puer et quod nunc instat agamus
Carmina tum melius cum venerit ipse canemus

e xtremum hunc arethusa mihi concede laborem
Pauca meo gallo sed que legat ipsa licoris
Carmina sunt dicenda neget quis carmina gal.
Sic tibi cum fluctus subterlabere sicanos
Doris amara suam non intermisceat undam
Incipe sollicitos galli dicamus amores
Dum tenera attondent sime virgulta capelle
Non canimus surdis respondent omnia silve
Que nemora aut qui vos saltus habuere puelle
Naiades indigno cum gallus amore periret
Nam neque parnasi vobis iuga nam neque pindi
Ullam moram fecere neque aonie aganippe
Illum etiam lauri illum etiam flevere mirice
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Menalus et gelidi fleverunt saxa licei
Stant et oves circum nostri nec penitet illas
Nec te peniteat pecoris divine poeta
Et formosus oves ad flumina pavit adonis

Venit et upilio tardi venere subulci
Vvidus iberna venit de glande menalcas
Omnes unde amor iste rogant tibi venit apollo
Galle quid insanis inquit tua cura licoris
Perque nives alium perque horrida castra secuta
Venit et agresti capitis silvanus honore
fflorentes ferulas et grandia libia quassans
Pan deus archadie venit quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli bacis minio que rubentem
Et quis erit modus inquit amor non talia curat
Nec lacrimis crudelis amor nec gramina rivis
Nec citiso saturantur apes nec fronde capelle
Tristis at ille tamen cantabitis archades inquit
Montibus hec vestris soli cantare periti
Archades o michi tunc quam molliter ossa quiescunt
Vestra meos olim si fistula dicat amores
Atque utinam ex vobis unus vestrique fuissem
Aut custos gregis aut mature vinitor uve
Certe sive michi philis sive esset amminthas
Seu quicumque furor quid tum si fuscus amintas
Et nigre viole sunt et vaccinia nigra
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret
Serta michi philis legeret cantaret amintas
Hic gelidi fontes hic mollia prata licori
Hic nemus hic ipso tecum consumerer evo
Nunc insanus amor duri me martis in armis
Tela inter media atque adversos detinet hostes
Tu procul a patria nec sit michi credere tantum
Alpinas ha dura nives et frigora reni
Me sine sola vides at te nec frigora ledant
Ha tibi ne teneras glacies secet aspera plantas

Ibo et calcidico que sunt michi condita versu
Carmina pastoris siculi modulabor avena
Certum est in silvis inter spelea ferarum
Malle pati / tenerisque meos incidere amores
Arboribus / crescent ille / crescetis amores
Interea mixtis lustrabo menala nimphis
Aut apros acres venabor non me ulla vetabunt
ffrigora partenios canibus circumdare saltus
Jam michi per rupes videor lucosque sonantes
Ire libet pardo torquere cidonia cornu
Spicula tamquam hec sit nostri medicina furoris
Aut deus ille malis hominum mitescere discat
Jam neque amadriades rursus nec carmina nobis
Ipsa placent / ipse rursus concedite silve
Non illum nostri possunt mutare labores
Nec si frigoribus mediis hebrum que bibamus
Sithonias que nives hiemis subeamus aquose
Nec si cum moriens alta liber aret in ulmo
Ethiopum versemus oves sub sidere cancri
Omnia vincit amor et nos cedamus amori
Jam sat erit dive vestrum cecinisse poetam
Dum sedet et gracili fiscellam texit hibisco
Pierides vos hec facietis maxima gallo
Gallo cuius amor tantum michi crescit in horas
Quantum vere novo viridis se subicit alnus
Surgamus solet esse gravis cantantibus umbra
Juniperi gravis umbra nocent et frugibus umbre
Ite domum sature venit hesperus ite capelle

Vid faciat letas segetes que sidera servet
Agricola ut facili terram proscindat aratro
Semina quo iacienda modo cultus que locorum
Edocuit messes magno olim fenore reddi
Vid faciat letas segetes quo sidere terram
Vertere mecenas ulmis que adiungere vites
Conveniat que cura boum qui cultus habendo
Sit pecori atque apibus quanta experientia parcis
Hinc canere incipiam et vos o clarissima mundi
Lumina labentem celo que ducitis annum
Liber et alma ceres vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista
Pocula que inventis acheloia miscuit uvis
Et vos agrestum presentia numina fauni
Ferte simul fauni que pedem driades que puelle
Munera vestra cano et tu que cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti
Neptune et cultor nemorum cui pinguia cee
Tercentum nivei tondent dumeta iuvenci
Ipse nemus linquens patrium saltus que licei
Pan ovium custos tua si tibi menala cure
Adsis o tegee favens olee que minerva
Inventrix unci que puer monstrator aratri
Et teneram a radice ferens silvane cupressum
Dii que dee que omnes studium quibus arva tueri
Qui que novas alitis non ullo semine fruges
Qui que satis largum celo demittitis imbrem
Tu que adeo quem mox que sint habitura deorum
Concilia incertum est urbis ne invisere cesar
Terrarum que velis curam et te maximus orbis
Auctorem frugum tempestatum que potentem
Accipiat cingens que materna tempora mirto
An deus immensi venias maris ac tua naute
Numina sola colant tibi serviat ultima Thile

Teque sibi generum tethys emat omnibus undis
An ne novum tardis sidus te mensibus addas
Qua locus erigonenque inter chelas que sequentes
Panditur ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius et celi iusta plus parte reliquit
Quicquid eris nam te nec sperent tartara regem
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido
Quamvis elisios miretur grecia campos
Nec tibi repetita sequi curet proserpina matrem
Da facilem cursum atque audacibus annue ceptis
Ignarosque vie mecum miseratus agrestes
Ingredere et votis iam nunc adsuesce vocari
Vere novo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur et zephiro putris se gleba resolvit
Depresso incipiat iam tunc mihi thaurus aratro
Ingemere et sulco attritus splendescere vomer
Illa seges demum votis respondet avari
Agricole bis que solem bis frigore sentit
Illius immense ruperunt orrea messes
At prius ignotum ferro quam scindimus equor
Ventos et varium celi prediscere morem
Cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum
Et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset
Hic segetes illic veniunt felicius uve
Arborei fetus alibi atque iniussa virescunt
Gramina Nonne vides croceos ut molus odores
India mittit Ebur molles sua tura sabei
At calibes nudi ferrum virosaque pontus
Castorea eliadum palmas epirus equarum
Continuo has leges eternaque federa certis
Imposuit natura locis quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem
Unde homines nati durum genus Ergo age terre
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes invertant thauri glebasque iacentes

Puluerulenta coquat maturis solibus estas
At si non fuerit tellus fecunda / sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco
Illic officiant letis ne frugibus herbe
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam
Alternis idem tonsas cessare nouales
Et segnem patiere situ durescere campum
Aut ibi flaua seres mutato sidere farra
Vnde prius letum siliqua quassante legumen
Aut tenues fetus vicie · tristisqꝫ lupini
Substuleris / fragiles calamos · siluamqꝫ sonantem
Vrit enim lini campum seges vrit auene
Vrunt letheo perfusa papauera somno
Sed tamen alternis facilis labor arida tantum
Non saturare fimo pingui pudeat sola neue
Effetos cinerem inmundum iactare per agros
Sic quoqꝫ mutatis requiescunt fetibus arua
Nec nulla interea est inarate gratia terre
Sepe etiam steriles incendere profuit agros
Atqꝫ leuem stipulam crepitantibus vrere flammis
Siue inde occultas vires et pabula terre
Pinguia concipiunt / siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium · atqꝫ exudat inutilis humor
Seu plures calor ille vias et ceca relaxat
Spiramenta / nouas veniat qua sucus in herbas
Seu durat magis / venas astringit hiantes
Non tenues rapidi ne potencia solis
Acrior aut boree penetrabile frigus adurat
Multum adeo rostris glebas qui frangit inertes
Vimineasqꝫ trahit crates / iuuat arua in illum
fflaua ceres alto nequicquam spectat olimpo
Et qui proscisso que suscitat equore terga
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro
Exercetqꝫ frequens tellurem atqꝫ imperat aruis
Humida solstitia atqꝫ hiemas optata serenas

Agricole hybernis letissima puluere farra
Letus ager. nullo tantum se mesia cultu
Iactat et ipsa suas mirantur gargara messes
Quid dicam. iacto qui semine comminus arva
Insequitur cumulosque ruit male pinguis harene
Deinde satis fluuium inducit. riuosque sequentes
Et cum exutus ager morientibus estuat herbis
Ecce supercilio cliuosi et tramitis vndam
Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa cient. scatebrisque arentia temperat arva
Quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis
Luxuriem segetum tenera depascit in herba
Cum primum sulcos equant sata. quique paludes
Collectum humorem bibula deducit arena
Presertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit. obducto late tenet omnia limo
Vnde caue tepido sudant humore lacune
Nec tamen hec cum sint hominumque boumque labores
Versando terram experti nihil improbus anser
Strimonieque grues et amaris intiba fibris
Officiunt aut vmbra nocet. pater ipse colendi
Haud facilem viam esse voluit. primusque per arte
Mouit agros curis acuens mortalia corda
Nec torpere graui passus sua regna ueterno
Ante Iouem nulli subigebant arva coloni
Nec signare quidem aut partire limite campum
Fas erat. in medium querebant ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat
Ille malum virus serpentibus addidit atris
Predarique lupos iussit pontumque moueri
Mellaque decussit foliis ignemque remouit
Et passim riuis currentia vina repressit
Vt varias usus meditando extunderet artes
Paulatim et sulcis frumenti quereret herbam
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem

Tunc alnos primum fluuii sensere cauatas
~~Inuentum magnos canibus circumdere~~ saltus
Nauita tunc stellis numeros et nomina fecit
Pliadas hyadas claram que licaonis arton
Tunc laqueis captare feras et fallere visco
Inuentum magnos canibus circumdere saltus
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens pelago que alius trahit humida lina
Tunc ferri rigor atque arguta lamina serre
Nam primum cuneis scindebant fissile lignum
Tunc varie venere artes labor omnia vincit
Improbus duris urgens in rebus egestas
Prima ceres ferro mortales vertere terram
Instituit cum iam glandes atque arbuta sacre
Deficerent silue victum dedona negaret
Mox et frumentis labor additus ut mala culmos
Esset rubigo segnis que horreret in aruis
Carduus intereunt segetes subit aspera silua
Lappe que tribuli que interque nitentia culta
Infelix lolium steriles dominantur auene
Quod nisi et assiduis terram insectabere rastris
Et sonitu terrebis aues et ruris opaci
Falce premes umbras votis que vocaberis imbrem
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum
Concussa que famem in siluis solabere quercu
Dicendum que sint duris agrestibus arma
Quis sine nec potuere seri nec surgere messes
Vomis et inflexi primum graue robur aratri
Tarda que eleusine matris voluentia plaustra
Tribula que trahe que et iniquo pondere rastri
Virgea preterea celei vilis que supellex
Arbutee crates et mistica vannus iacchi
Omnia que multo ante memor prouisa repones
Si te digna manet diuini gloria ruris
Continuo in siluis magna vi flexa domatur

In burim curui formam accipit vlmus aratri
Hinc a stirpe pedes temo protentus in octo
Bine aures duplici aptantur dentalia dorso
Ceditur et tilia ante iugo leuis altaque fagus
Stiuaque que currus a tergo torqueat imos
Et suspensa focis exploret robora fumus
Possum multa tibi veterum precepta referre
Ni refugis tenuesque piget cognoscere curas
Area cum primis ingenti equanda cilindro
Et vertenda manu creta solidanda tenaci
Ne subeant herbe neu puluere victa fatiscat
Neu varie illudant pestes. sepe exiguus mus
Sub terris posuitque domos atque horrea fecit
Aut oculis capti fodere cubilia talpe
Inuentusque cauis bufo et que plurima terre
Monstra ferunt populatque ingentem farris aceruum
Curgulio atque inopi metuens formica senecte
Contemplator item cum se nux plurima siluis
Induet in florem et ramos curuabit olentes
Si superant fetus pariter frumenta sequentur
Magnaque cum magno veniat tritura calore
At si luxuria foliorum exuberat vmbra
Ne quicquam pingues palee teret area culmos
Semina ″equidem ″vidi multos medicare serentes
Et nitro prius et nigra perfundere amurca
Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset
Et quamuis igni exiguo properata maderent
Vidi lecta diu et multo spectata labore
Degenerare tamen ni vis humana quotannis
Maxima queque manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere. retro sublapsa referri
Non aliter quam qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit si brachia forte remisit
Atque illum in preceps prono rapit alueus amni
Preterea tam sunt arcturi sidera nobis

Hedorumque dies seruandi lucidus anguis
Quam quibus in patriam ventosa per equora vectis
Pontus ostriferi fauces temptantur abidi
Libra die somnique pares ubi fecerit horas
Et medium luci atque umbris iam diuidet orbem
Exercete viri thauros serite ordea campis
Usque sub extremum brume intractabilis imbre
Necnon et lini segetem et cereale papauer
Tempus humo tegere et iamdudum incumbere aratris
Dum sicca tellure licet dum nubile pendent
Vere fabis satio tum te quoque medica putres
Accipiant sulci et milio venit annua cura
Candidus auratus aperit cum cornibus annum
Taurus et aduerso cedens canis occidit astro
At si triticeam in messe robustaque farra
Exercebis humum solisque instabis aristis
Ante tibi Eoe athalantides abscondantur
Gnosiaque ardentis decedat stella corone
Debita quam sulcis committas semina quamque
Invite properes anni spem credere terre
Multi ante occasum maye cepere sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis
Si vero viciamque seres vilemque faselum
Nec pelusiace curam aspernabere lentis
Haud obscura cadens mittet tibi signa boetes
Incipe et ad medias semente extende pruinas
Idcirco certis diuisum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra
Quinque tenent celum zone quarum vna corusco
Semper sole rubens torrida semper ab igne
Quam circum extreme dextra leuaque trahuntur
Cerulea glacie concrete atque imbribus atris
Has inter mediamque due mortalibus egris
Munere concesse diuum via secta per ambas
Obliquus qua se signorum verteret ordo

Mundusque ut ad Scithiam rifeas que arduus arces
Consurgit premitur libie devexus in austros
Hic vertex semper nobis sublimis at illum
Sub pedibus stix atra videt manes que profundi
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum perque duas in morem fluminis arthos
Arthos occeani metuentes equore tingui
Illic ut perhibent aut intempesta silet nox
Semper et obtenta densantur nocte tenebre
Aut redit a nobis aurora diemque reducit
Nosque ubi primus equis oriens afflat anhelis
Illic sera rubens accendit lumina vesper
Hinc tempestates dubio predicere celo
Possimus hinc et messis diem tempusque serendi
Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat quando armatas deducere classes
Aut tempestivam silvis evertere pinum
Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus
Temporibusque parem diversis quatuor annum
Frigidus agricolam si quando continet imber
Multa celo foret que mox properanda sereno
Maturare datur durum procudit arator
Vomeris obtunsi dentem cavat arbore lintres
Aut pecori signum aut numeros impressit acervis
Exacuunt alii vallos furcasque bicornes
Aut a marina parat lenta retinacula viti
Nunc facilis rubea texatur fiscina virga
Nunc torrete igni fruges nunc frangite saxo
Quippe aut festis quedam exercere diebus
Fas et iura sinunt rivos deducere nulla
Relligio vetuit segeti pretendere sepem
Insidias avibus moliri incendere vepres
Balantum ~~[illegible]~~ que gregem fluvio mersare salubri
Sepe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis lapidemque revertens

Incusum aut atre massam picis urbe reportat
Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum quintam fuge pallidus orcus
Eumenides que sate tamen partu terra nefando
Ceum iapetum que creat sevum que tiphra
Et coniuratos celum rescindere fratres
Ter sunt conati supponere pelio ossam
Scilicet atque ossam osse frondosum involvere olimpum
Ter pater extructos disiecit fulmine montes
Septima post decimam felix et ponere vites
Et pressos domitare boves et licia tele
Addere nona fuge est melior contraria furtis
Multa adeo gelida melius se nocte dedere
Aut cum sole novo terras irrorat eous
Nocte leves melius stipule nocte arida prata
Tondentur noctes lentus non deficit humor
Et quidam seros hiberni ad luminis ignes
Pervigilat ferro que faces inspicat acuto
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas
Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem
Et foliis undam tepidi despumat aeni
At rubicunda ceres medio succiditur estu
Et medio tostas estu terit area fruges
Nudus ara sere nudus hiems ignava colono
Frigoribus parto agricole plerumque fruuntur
Mutua que inter se leti convivia curant
Invitat genialis hiems curas que resolvit
Ceu presse cum iam portum tetigere carine
Puppibus et leti naute imposuere coronas
Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus
Et lauri baccas oleam que cruenta que mirta
Tunc gruibus pedicas et retia ponere cervis
Auritos que sequi lepores tum figere damas
Stuppea torquentem balearis verbera funde

Cum nix alta iacet glaciem cum flumina trudunt
Quid tempestates autumni et sidera dicam
Atque ubi iam brevior que dies et mollior estas
Que vigilanda viris vel cum ruit imbriferum ver
Spicea iam campis cum messis inhorruit et cum
Frumenta in viridi stipula lactancia turgent
Sepe ego cum flavis messorem induceret arvis
Agricola et fragili iam stringeret ordea culmo
Omnia ventorum concurrere prelia vidi
Que gravidam late segetem a radicibus imis
Sublimem expulsam eruerent ita turbine nigro
Ferret hiems culmumque levem stipulasque volantes
Sepe etiam immensum celo venit agmen aquarum
Et fedam glomerant tempestatem imbribus atris
Collecte ex alto nubes, ruit arduus ether
Et pluvia ingenti sata leta boumque labores
Diluit, implentur fosse, et cava flumina crescunt
Cum sonitu fervetque fretis spirantibus equor
Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra quo maxima motu
Terra tremit fugere fere et mortalia corda
Per gentes humiles stravit pavor ille flagranti
Aut athon aut rodopen aut alta ceraunia telo
Deicit ingeminant austri et densissimus imber
Nunc nemora ingenti vento nunc littora plangunt
Hoc metuens celi menses et sidera serva
Frigida saturni sese quo stella receptat
Quos ignis celi cillenius erret in orbes
In primis venerare deos atque annua magne
Sacra refer cereri letis operatus in herbis
Extreme sub casum hiemis iam vere sereno
Tunc agni pingues et tunc mollissima vina
Tunc somni dulces denseque in montibus umbre
Cuncta tibi cererem pubes agrestis adoret
Cui tu lacte favos et miti dilue bacho

Ter que nouas circum felix eat hostia fruges
Omnis quam corus et socij comittentur ouantes
Et cererem clamore uocent in tecta nec ante
Ffalcem maturis quisquam supponat aristis
Quam cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos et carmina dicat
Atque hec ut certis possimus discere signis
Estusque pluuiasque et agentes frigora uentos
Ipse pater statuit quid menstrua luna moneret
Quo signo caderent austri quid sepe videntes
Agricole propius stabulis armenta tenerent
Continuo ventis surgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere et aridus altis
Montibus audiri fragor aut resonantia longe
Littora misceri et nemorum increbrescere murmur
Nam sibi tum curuis male temperat unda carinis
Cum medio celeres reuolant ex equore mergi
Clamoremque ferunt ad littora cumque marine
In sicco ludunt fulice notasque paludes
Deserit atque altam supra volat ardea nubem
Sepe etiam stellas vento impedente uidebis
Precipites celo labi noctisque per umbras
Fflammarum longos a tergo albescere tractus
Sepe leuemque paleam et frondes volitare caducas
Aut summa nantes in aqua colludere plumas
At boree de parte trucis cum fulminat et cum
Eurique et zephiri que tonat domus omnia plenis
Rura natant fossis atque omnis nauita ponto
Humida vela legit numquam imprudentibus imber
Obfuit aut illum surgentemque vallibus imis
Aerie fugere grues aut bucula celum
Suspiciens patulis captauit naribus auras
Aut arguta lacus circum volitat hirundo
Et veterem in limo rane cecinere querelam
Sepius et tectis penetralibus extulit oua

Angustum formica terens iter, et bibit ingens
Arcus et e pastu decedens agmine magno
Corvorum increpuit densis exercitus alis
Iam varias pelagi volucres et que Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri
Certatim largos humeris infundere rores
Nunc caput obiectare fretis nunc currere in undas
Et studium incassum videas gestire lavandi
Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce
Aut caput obiectat querulum venientibus undis
Et sola in sicca secum spatiatur arena
Nec nocturna quidem carpentes pensa puella
Nescivere hiemem testa cum ardente viderent
Scintillare oleum et putres concrescere fungos
Nec minus ex imbri soles et aperta serena
Prospicere et certis poteris cognoscere signis
Nam neque tunc stellis acies obtusa videtur
Nec fratris radiis obtusa crescere luna
Tenuia nec lane per celum vellera ferri
Non tepidum ad solem pennas ad littora pandunt
Dilecte Thetidi alciones non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos
At nebule magis petunt ima campoque recumbunt
Solis et occasum servans de e culmine summo
Ne quicquam seros exercet noctua cantus
Apparet liquido sublimis in aere nisus
Et pro purpureo penas dat Scilla capillo
Quacumque illa levem fugiens secat ethera pennis
Ecce inimicus hostis atrox magno stridore per auras
Insequitur nisus. qua se fert nisus ad auras
Illa levem fugiens raptim secat aera pennis
Tum liquidas corvi presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant et sepe cubilibus altis
Nescio qua preter solitum dulcedine leti
Inter se in foliis strepitant iuvat imbribus actis

Progeniem parvam dulces que revisere nidos
Haud equidem credo quia sit divinitus illis
Ingenium aut rerum fato prudencia maior
Verum ubi tempestas et celi mobilis humor
Mutavere vias et Iupiter humidus austris
Densat erat que rara modo et que densa relaxat
Vertuntur species animorum in pectore motus
Nunc alios alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt hinc ille avium concentus in agris
Et leta pecudes et ovantes gutture corvi
Si vero solem et rapidum lunas que sequentes
Ordine respicies numquam te crastina fallet
Hora neque insidiis noctis capiere serene
Luna revertentes cum primum colligit ignes
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu
Maximus agricolis pelago que parabitur imber
At si virgineum suffuderit ore ruborem
Ventus erit vento semper rubet aurea phebe
Sin ortu quarto namque is certissimus auctor
Pura neque obtusis per celum cornibus ibit
Totus et ille dies et qui nascentur ab illo
Exactum et mensem pluvia ventis que carebunt
Vota que servati solvent in littore naute
Glauco et panopee et Inoo melicerte
Sol quoque exoriens et cum se condet in undas
Signa dabit solem certissima signa sequuntur
Et que mane refert et que surgentibus astris
Ille ubi nascentem maculis variavit ortum
Conditus in nubem medio que refugerit orbe
Suspecti tibi sint imbres namque urget ab alto
Arboribus que satis que notus pecori que sinister
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diversi rumpent radii aut ubi pallida surget
Titoni croceum linquens aurora cubile

Heu male tu mites defendet pampinus uvas
Tu multa in tectis crepitans salit horrida grando
Hoc etiam emenso cum iam decedit olimpo
Profuerit meminisse magis nam sepe videmus
Ipsius in vultu varios errare colores
Ceruleus pluviam denunciat igneus euros
Sin macule incipient rutilo inmiscerier igni
Omnia tum pariter vento nimbis que videbis
Fervere non illa quisquam me nocte per altum
Ire neque a terra moveat convellere funem
At si cum refert que diem condet que relatum
Lucidus orbis erit frustra terrebere nimbis
Et claro silvas cernes aquilone moveri
Denique quid vesper serus vehat unde serenas
Ventus agat nubes quid cogitet humidus auster
Sol tibi signa dabit solem quis dicere falsum
Audeat, ille etiam cecos instare tumultus
Sepe monet fraudem que et operta tumescere bella
Ille etiam extincto miseratus Cesare Romam
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit
Impia que eternam timuerunt secula noctem
Tempore quamquam illo tellus quoque et equora ponti
Obsceni que canes importune que volucres
Signa dabant quotiens ciclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus ethnam
Flammarum que globos liquefacta que volvere saxa
Armorum sonitum toto Germania celo
Audiit insolitis tremuerunt motibus alpes
Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens et simulacra modis pallentia miris
Visa obscurum que noctis pecudes que locute
Infandum sistunt amnes terre que dehiscunt
Et mestum illacrimat templis ebur era que sudant
Proluit insano contorquens vertice silvas

ffluuiorū rex Eridanus campos qz p omēs
Cum stabulis armenta tulit nec tpe eodem
Tristibus aut extis fibre apparē minaces
haud puteis manarē cruor cessant et alte
per noctes resonare lupis vlulantib vrbes
Non alias celo ceciderūt plura sereno
ffulgura nec diri totiens arsere comete
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas iterum acies vidēre philipi
Nec fuit indignum supis bis sanguine nro
Emathiam et latos hemi pinguescere campos
Scilz et tpe veniāt cum finib illis
Agricola incurvo terram molitus aratro
Exesa inveniet scabra robigine pila
Aut gravib rastris galeas pulsabit inanes
Grandiaqz effossis mirabitur ossa sepulcris
Dij patrij indigetes et Romule vestaqz mater
Que tuscum tiberim et Romana pallacia servas
hunc saltem everso iuvenem succurrere seclo
Ne prohibete satis iam pridem sanguine nro
laumedontee luimus periuria troie
Iam pridem nobis celi te regia cesar orbes
Invidet atqz hominū queritur curare triumphos
Quippe vbi fas versum atqz nephas tot bella p
Tam multe scelerū facies nō vllus aratro
Dignus honos squalent abductis arva colonis
Et curve rigidum falces conflantur in ensem
hinc movet Eufrates illinc germania bellum
vicine ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt sevit toto mars impius orbe
vt cum carceribus sese effudere quadrige
Addunt in spacia et frustra retinacula tendens
ffertur equis auriga neqz audit currus habenas
Hactenus arvorum cultus et sidera celi;tes
Pampineas canit hic tomas colles qz vire:

Descriptasque loci vites et dona Lyei
Atque olee ramos pomorum ex ordine letos
Arteque amorum cultus et sidera celi
Nunc te Bache canam nec non silvestria tecum
Virgulta et prolem tarde crescentis olive
Huc pater o Lenee veni hic omnia plena
Muneribus tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager spumat plenis vindemia labris
Huc pater o Lenee veni · nudataque musto
Tinge novo mecum direptis crura coturnis
Principio arboribus varia est natura creandis
Nam alie nullis hominum cogentibus ipse late
Sponte sua veniunt camposque et flumina
Curva tenent · ut molle siler lenteque genestre
Populus et glauca canencia fronde salicta
Pars autem posito surgunt de semine ut alte
Castanee nemorumque Iovi que maxima frondet
Esculus atque habite Grais oracula quercus
Pullulat a radice aliis densissima silva
Ut cerasis ulmisque etiam Parnasia laurus
Parva sub ingenti matris se subicit umbra
Hos natura modos primum dedit his genus omne
Silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum
Sunt alii quos ipse via sibi repperit usus
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
Deposuit sulcis hic stirpes obruit arvo
Quadrifidasque sudes et acuto robore vallos
Silvarumque alie pressos propaginis arcus
Expectant et viva sua plantaria terra
Nil radicis egent alie summumque putator
Haud dubitat terre referens mandare cacumen
Quin et caudicibus sectis mirabile dictu
Truditur e sicco radix oleagina ligno
Et sepe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius mutatamque insita mala

Canencia fronde
Unum salix ab una parte alba est ab altera viridis

Esculus maxima
[illegible]

Grais quercus
[illegible]

molle siler lenteque
[illegible]

Oracula
[illegible]

fferre pirum et prunis lapidosa rubeste corna
Quare agite o proprios generatim discite cultus
Agricole, fructusque feros mollite colendo
Neu segnes iaceant terre, iuvat ismara bacho
Conserere atque olea magnum vestire thaburnum
Tu que ades inceptumque una decurre laborem
O decus o fame merito pars maxima nostre
Mecenas. pelagoque volans da vela patenti
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto
Non mihi si lingue centum sint oraque centum
fferrea vox. Ades et primi lege litoris oram
In manibus terre. non hic te carmine ficto
Atque per ambages et longa exorsa tenebo
Sponte sua que se tollunt in luminis auras
Infecunda quidem, sed leta et fortia surgunt
Quippe solo natura subest, tamen hec quoque si quis
Inserat aut scrobibus mandet mutata subactis
Exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti
In quascumque voces artes haud tarda sequentur
Nec non et sterilis que stirpibus exit ab imis
Hoc faciat vacuos si sit digesta per agros
Nunc alte frondes et rami matris opacant
Crescentique adimunt fetus uruntque ferentem
Nam que seminibus se sustulit arbos
Tarde venit seris factura nepotibus umbram
Pomaque degenerant sucos oblita priores
Et turpes avibus predam fert uva racemos
Scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes
Cogende in sulcum at multa mercede domande
Sed truncis olee melius propagine vites
Respondent, solido paphie de robore mirtus
Plantis et dure corili nascuntur et ingens
ffraxinus, herculee que arbos umbrosa corone
Chaonii que patris glandes et iam ardua palma
Nascitur et casus abies visura marinos

Ismarus
mons trace est [illegible]

Thaburnus mons
est in Sannio [illegible]
[illegible] in Campania
[illegible]

ambages antiqui
dicebant [illegible]
[illegible]

Racemus
est [illegible]

Inseritur vero et fetu nucis arbutus horrida
Et steriles plantani malos gessere valentes
Castanee fagos ornusque incanuit albo
Flore piri glandesque sues fregere sub ulmis
Nec modus inserere atque oculos imponere simplex
Nam qua se medio trudunt de cortice gemme
Et tenues rumpunt tunicas angustus in ipso
Fit nodo sinus · huc aliena ex arbore germen
Includunt udoque docent inolescere libro
Aut rursus enodes trunci resecantur et alte
Exit ad celum ramis felicibus arbos
Finditur in solidum cuneis via deinde feraces
Plante immittuntur nec longum tempus et ingens
Miraturque novas frondes / et non sua poma
Preterea genus haud unum nec fortibus ulmis
Nec salici lothoque neque ideis ciparissis
Nec pingues unam in faciem nascuntur olive
Orchades et radij et amara pausia baca
Pomaque et alcinoi silve nec surculus idem
Crustumijs siriisque piris gravibusque volemis
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris
Quam methimneo carpit de palmite lesbos
Sunt thasie vites sunt et mareotides albe
Pinguibus he terris habiles · levioribus ille
Et passo psithia utilior tenuisque lageos
Temptatura pedes olim vinctura que linguam
Purpuree precieque et quo te carmine dicam
Rhetica nec cellis ideo contende falernis
Sunt etiam aminnee vites / firmissima vina
Et tmolius adsurgit quibus / et rex ipse phaneus
Argitisque minor cui non certaverit ulla
Aut tantum fluere aut totidem durare per annos
Non ego te dis et mensis accepta secundis
Transierim rodia et tumidis bumaste racemis
Sed neque quam multe species nec nomina que sint

Est nu͛s neqꝫ en͛ nu͛o comprende͛ refert
Quem · qui scire velit · libici equoris id͛
Discere q̃m multe zephiro t͛bent͛ arene
An vbi navigijs violencior incidit Eurus
Nosse quot ionij veniat ad littora fluctus
Nec v͛o terre ferre om̄s omnia possunt
fflumınıbꝫ salices · crassis qꝫ paludibus alni
Nascuntur · steriles saxosis montibus orni
Littora mirtetis letissima deniqꝫ ap͛tos
Bachus amat colles aqlonē et frigora taxi
Aspice et extremis domitum cultoribus orbem
Eoas qꝫ domos arabum · pictos qꝫ gelones
Divise arboribꝫ patrie · sola India nigrum
ffert hebenū · solis qꝫ turea virga sabeis
Quid tibi odorato referam sudancia ligno
Balsama qꝫ et bachas sp̄ frondentis achanti
Quid nemora ethiopum molli canencia lana
Vellera qꝫ ut folijs depectant tenuia seres
Aut quos occeano propior gerit India lucos
Extremi sinus orbis · vbi aera vincere summum
Arboris aut vlle iactu potuere sagitte
Et gens illa quid͛ sumptis non tarda faretꝭ
Media fert tristes succos · tardum qꝫ saporem
ffelicis mali quo non p͛sencius vllum
Pocula si quando seve infecere noverce
Miscuerunt qꝫ h͛bas et nō innoxia verba
Auxiliū venit ac membꝛꝭ agit atra venenā
Ipsa ingens arbor · facie͞ simillima lauro
Et si nō alium late iactaret odorem
Laurus erat folia haud vllis labencia ventꝭ
fflos ad p͛ma tenax animas et olencia medi
Ora fovent illo · et senibꝫ medicant͛ anchelis
Sed neqꝫ medorum silve ditissima terra
Nec pulcher ganges · atqꝫ auro turbidꝰ hermus
Laudibꝫ italie certent · nō bactra neqꝫ indi

Tota que turiferis panchaia pinguis harenis
Hec loca non thauri spirantes naribus ignem
Invertere satis immanis dentibus ydri
Nec galeis densis que virum seges horruit hastis
Sed grauide fruges et bachi massicus humor
Implevere. tenent olee armenta que leta
Hinc bellator equus campo sese arduus infert
Hinc albi clitumne greges et maxima taurus
Victima sepe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos
Hic ver assiduum atque alienis mensibus estas
Bis grauide pecudes bis pomis utilis arbor
At rabide tygres absunt et seua leonum
Semina nec miseros fallunt aconita legentes
Nec rapit immensos orbes per humum neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis
Adde tot egregias urbes operum que laborem
Tot congesta manu preruptis oppida saxis
Flumina que antiquos subterlabentia muros
An mare quod supra memorem quod que abluit infra
An ne lacus tantos te lari maxime te que
Fluctibus et fremitu adsurges benache marino
An memorem portus lucrino que addita claustra
Atque indignatum magnis stridoribus equor
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso
Tirrenus que fretis immittitur estus auernis
Hec eadem argenti riuos eris metalla
Ostendit venis atque auro plurima fluxit
Hec genus acre virum marsos pubem que sabellam
Adsuetum que male ligurem volscos que verutos
Extulit hic decios marios magnos que camillos
Scipiadas duros bello et te maxime cesar
Qui nunc extremis asie iam victor in oris
Imbellem que auertis romanis arcibus indum
Salve magna parens frugum saturnia tellus

Magna virum · tibi res antique laudis et artis
Ingredior sanctos ausus recludere fontes
Ascreumque cano Romana per oppida carmen
Nunc locus arvorum ingeniis que robora cuique
Quis color · et que sit rebus natura ferendis
Difficiles primum terre · collesque maligni
Tenuis ubi argilla · et dumosis calculus arvis
Palladia gaudet silva vivacis olive
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus et strati baccis silvestribus agri
Atque pinguis humus dulcique uligine leta
Quique frequens herbis et fertilis uberi campus
Qualem sepe cava montis convalle solemus
Despicere huc summis liquuntur montibus amnes
Felicemque trahunt limum · quique editus austro
Et filicem curvis invisam pascit aratris
Hic tibi prevalidas olim multoque fluentes
Sufficiet baccho vites · hic fertilis uve
Hic laticis qualem pateris libamus et auro
Inflavit cum pinguis ebur tyrrenus ad aras
Lancibus et pandis fumantia reddimus exta
Sin armenta magis studium vitulosque tueri
Aut ovium fetus · urentes culta capellas ; aut
Saltus et saturi petito longinqua tarenti
Et qualem amisit infelix mantua campum
Pascentem niveos herboso flumine cignos
Non liquidi gregibus fontes non gramina desint
Et quantum longis carpent armenta diebus
Exigua tantum gelidus ros nocte reponat
Nigra fere et presso pinguis sub vomere terra
Et cui putre solum namque hoc imitamur arando
Optima frumentis non ullo ex equore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuvencis
Aut unde iratus silvam devexit arator
Et nemora evertit multos ignava per annos

Antiquas qz domos auium cum stirpibus imis
Eruit ille altum nidis petiere relictis
At rudis enituit impulso vomere campus
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias rore qz ministrat
At tofus scaber et nigris exesa chelindris
Creta negant alios equa serpentibus agros
Dulcem ferre cibum et curuas prebere latebras
Que tenuem exalat nebulam fumos qz volucres
Et bibit humorem et cum volt ex se ipsa remittit
Queqz suo viridi semper se gramine vestit
Nec scabie et salsa ledit rubigine ferrum
Illa tibi letis intexet vitibus vlmos
Illa ferax olee illam experiere colendo
Et facilem pecori et patientem vomeris unci
Talem diues arat capua et vicina vesevo
Ora iugo et vacuus clanius non equus acerris
Nunc quo quamqz modo possis cognoscere dicam
Rara sit ante supra morem si densa requiras
Alteram frumentis quoniam fauet altera bacho
Densa magis cereri rarissima quoqz lieo
Ante locum capies oculis alte qz videbis
In solido puteum dimitti omnemqz repones
Rursus humum et pedibus summas equabis arenas
Si deerunt rarum pecori qz et vitibus almis
Aptius vber erit sin in sua posse negabunt
Ire loca et scrobibus superabit terra repletis
Spyssus ager glebas cunctantes crassa qz terga
Experta et validis terram proscinde iuuencis
Salsa autem tellus et que perhibetur amara
Frugibus infelix ea nec mansuescit arando
Nec bacho genus aut pomis sua nomina seruat
Tale dabit specimen tu spisso vimine qualos
Cola qz prelorum fumosis deripe tectis

Huc ager ille malus dulcesque a fontibus unde
Ad plenum calcentur aqua eluctabitur omnis
Scilicet ad grandes ibunt per vimina gutte
Et sapor indicium faciet manifestus et ora
Tristia temptantum sensu torquebit amaror
Pinguis item que sit tellus hoc denique pacto
Discimus haud umquam manibus iactata fatiscit
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo
Humida maiores herbas alit ipsaque iusto
Letior ha nimium ne sit michi fertilis illa
Nec se prevalidam primis ostendat aristis
Que gravis est ipso tacitamque se pondere prodit
Queque levis promptum est oculis prediscere nigram
Et quis cui color at sceleratum exquirere frigus
Difficile est picee taxi tantumque nocentes
Interdum aut edere pandunt vestigia nigre
His animadversis terram multo ante memento
Excoquere et magnos scrobibus concidere montes
Ante supinatos aquiloni ostendere glebas
Quam letum infodias vitis genus optima putri
Arva solo id venti curant gelideque pruine
Et labefacta movens robustus iugera fossor
At si quos haud ulla viros vigilancia fugit
Ante locum similem exquirunt ubi prima paretur
Arboribus seges et quo mox digesta feratur
Mutata ignorent subito ne semina matrem
Quin etiam celi regionem in cortice signant
Et quo queque modo steterit qua parte calores
Austrinos tulerit que terga obverterit axi
Restituant adeo in teneris assuescere multum est
Collibus an plano melius sit ponere vitam
Quere prius sin pinguis agros metabere campi
Densa sere in denso non segnior ubere bachus

Sin tumulis acclive solum colles que supinos
Indulge ordinibus nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret
Vt sepe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio et campo stetit agmen aperto
Directe que acies ac late fluctuat omnis
Ere renitenti tellus necdum horrida miscent
Prelia que dubius medius mars errat in armis
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum
Non animum vti modo pascat prospectus inanem
Sed quia non aliter vires dabit omnibus equas
Terra neque in vacuum poterunt se extendere rami
Forsitan et scrobibus que sint fastigia queres
Ausim vel tenui vitemque committere sulco
Altius ac penitus terre defigitur arbos
Esculus in primis que quantum vertice ad auras
Ethereas tantum radice in tartara tendit
Ergo non hiemes illam non flabra neque imbres
Conuellunt immota manet multos que per annos
Multa virum voluens durando secula vincit
Tum fortes late ramos et brachia tendens
Huc illuc ingentem media ipsa sustinet umbram
Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem
Neue inter vites corilum sere neue flagella
Summa pete aut summa defringe ex arbore plantas
Tantus amor terre neue ferro lede retunso
Semina neue olee silvestres insere truncos
Nam sepe incautis pastoribus excidit ignis
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus
Robora comprehendit frondes que elapsus in altas
Ingentemque celo sonitum dedit inde secutus
Per ramos victor perque alta cacumina regnat
Et totum involuit flammis nemus et ruit atram
Ad celum picea crassus caligine nubem
Presertim si tempestas a vertice silvis
Incubuit glomeratque ferens incendia venti

Nec vbi non a stirpe valent cese qȝ reuerti
Possint atȝ vna similes reuirescẽ terra
Infelix superat folijs oleaster amaris
Nec tibi tam prudens quisquã ꝑsuadeat auctor
Tellurem borea rigidam spirante mouere
Rura gelu tũc claudit hiems nᶜ semĩe iacto
Concretam patitur radicem affigere terre
Optima vinetis satio cũ vere rubenti
Candida venit auis longis ciconia inuisa colubꝛ
Prima vel autũni sub frigora cum rabidꝰ sol
Non dum hiemem attigit · equus iam pterit estas
Vel adeo frondi nemorum ver vtile siluis
Ver tumet terre et genitalia semina poscunt
Tunc pat̃ omnipotens fecundꝭ imbribꝫ ether
Coniugis terre ingremiũ lete descẽdat et omns
Magnus alit magno commixtus corpore fetus
Auia tunc resonat auibus virgulta canoris
Et venerẽ certis repetunt armenta diebus
Parturit almus ager zephiri qȝ tepentibꝫ auris
Laxant arua sinus supat tener omnibꝫ humor
Inqȝ nouas soles audent se gramina tute
Credere nec metuit surgentes pampinꝰ austros
Sed trudit gemmas et frondes explicat oms
At actum celo magnis aquilonibꝫ imbrem
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies aliumue habuisse tenorem
Crediderim ver illud erat ver magnus agebat
Orbis et hibernis parcebant flatibus ~~ar~~ Eurj
Cum pmo lucem pecudes hausere virũqȝ
Ferrea progenies durum caput extulit aruis
Inmisseqȝ fere siluis et sidera celo
Nec res hunc tenerẽ possent pferrẽ laborem
Si non tantã quies iret frigusqȝ caloremqȝ
Inter et exciperet celi indulgencia terras
Quod superest quecumqȝ pmas virgulta per agros

Sparge fimo pingui et multa memor occule terra
Aut lapidem bibulum aut squalentes infode conchas
Inter enim labentur aque tenuisque subibit
Halitus atque animos tollent sata iamque reperti
Qui saxo super atque ingentis pondere teste
Urgerent et hoc effusos munimen ad imbres
Hoc ubi hiulca siti findit canis estifer arva
Seminibus positis superest deducere terram
Sepius ad capita et duros iactare bidentes
Aut presso exercere solum sub vomere et ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuvencos
Tum leves calamos et rase hastilia virge
Fraxineasque aptare sudes furcasque valentes
Viribus eniti quarum et contemnere ventos
Assuescant summasque sequi tabulata per ulmos
Ac dum prima novis adolescit frondibus etas
Parcendum teneris et dum se letas ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis
Ipsa acie falcis nondum temptanda sed uncis
Carpende manibus frondes interque legende
Inde ubi iam validis amplexe stirpibus ulmos
Exierint, tum stringe comas tum brachia tonde
Ante reformidant ferrum, tum denique dura
Exerce imperia et ramos compesce fluentes
Texende sepes etiam et pecus omne tenendum
Precipue dum frons tenera imprudensque laborum
Cui super indignas hiemes solemque potentem
Silvestres uri assidue capreque sequaces
Illudunt, pascuntur oves avideque iuvence
Frigora nec tantum cana concreta pruina
Aut gravis incumbens scopulis arentibus estus
Quantum illi nocuere greges durique venenum
Dentis et admorso signata in stirpe cicatrix
Non aliam ob culpam Bacho caper omnibus aris
Ceditur et veteres ineunt proscenia ludi

Premia que ingentis pagos et compita circum
Thesidae posuere atque inter pocula leti
Mollibus in pratis unctos per saliere per utres
Nec non ausonii troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt risu que soluto
Ora que corticibus sumunt horrenda cavatis
Et te bache vocant per carmina leta tibique
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu
Hinc omnis largo pubescit vinea fetu
Complentur valles que cave saltus que profundi
Et quocumque deus circum caput egit honestum
Ergo rite suum bacho dicemus honorem
Carminibus patriis lances et liba feremus
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram
Pinguia que in veribus torrebimus exta colurnis
Est etiam ille labor curandis vitibus alter
Cui numquam exhaustis satis est namque omne quotannis
Ter que quater que solum scindendum gleba que versis
Eternum frangenda bidentibus omne levandum
Fronde nemus reddit agricolis labor actus in orbem
Atque in se sua per vestigia volvitur annus
Ac iam olim seras posuit ad vinea frondes
Frigidus et silvis aquilo decussit honorem
Iam tamen acer curas venientem extendit in annum
Rusticus et curvo saturni dente relictam
Persequitur vitem attendens fingit que putando
Primus humum fodito primus devecta cremato
Sarmenta et vallos primus sub tecta referto
Postremus metito bis vitibus ingruit umbra
Bis segetem densis obducunt sentibus herbe
Durus uterque labor laudato ingentia rura
Exiguum colito nec non etiam aspera rusti
Vimina per silvam et ripis fluvialis arundo
Ceditur incultique exercet cura salicti
Iam vincte vites iam falcem arbusta reponunt

Iam canit effetus extremos vinitor antes
Sollicitanda tamen tellus pulvisque movendus
Et iam maturis metuendus Iupiter uvis
Contra non ulla est oleis cultura neque ille
Procurvam expectat falcem rastrosque tenaces
Cum semel heserunt arvis aurasque tulere.
Ipsa satis tellus cum dente recluditur unco
Sufficit humorem et gravidas cum vomere fruges
Hoc pinguem et placidam paci nutritor olivam
Poma quoque ut primum truncos sensere valentes
Et vires habuere suas ad sidera raptim
Vi propria nituntur opisque haud indiga nostre
Nec minus sed interea fetus nemus omne gravescit
Sanguineisque inculta rubent amara bacis
Tondentur citisi tedas silva alta ministrat
Pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt
Et dubitant homines serere atque impendere curam
Quid maiora sequar salices humilesque genisti
Aut ille pecori frondem aut pastoribus umbras
Sufficiunt sepemque satis et pabula melli
Et iuvat undantem buxo spectare Citheron
Naricieque picis lucosque iuvat arva videre
Non rastris hominum non ulli obnoxia cure
Ipse caucaseo steriles in vertice silve
Quas animosi Euri assidue feruntque frangunt
Dant alios alie fetus dant utile lignum
Navigiis pinos domibus cedrumque cupressos
Hinc radios trivere rotis hinc tympana plaustris
Agricole et pandas ratibus posuere carinas
Viminibus salices fecunde frondibus ulmi
At mirtus validis hastilibus et optima bello
Cornus et itureas taxi torquentur in arcus
Nec tilie leves aut torno rasile buxum
Non formam accipiunt ferroque cavantur acuto
Necnon et torrentem undam levis innatat alnus

Missa pado q nec non et apes examina condunt
Corticibus qz cavis viciose ilicis alvo
q Quid memorandum eq baccheia dona tulerunt
Bacchus et ad culpam ~~[illegible]~~ causas dedit ille furentes
Centhauros leto domuit rethu qz pholum qz
Et magno ylenm lapithis crathere minantem
o Ffortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas a quibus ipsa procul discordibus armis
Ffundit humo facilem victum iustissima tellus
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomat edibus undam
Nec varios inhiant pulcra testudine postes
Illusos qz auro vestes Epirea qz era
Alba neqz assirio fucatur lana veneno
Nec cassia liquidi corrumpitur usus olivi
At secura quies et nescia falle vita
Dives opum variarum et latis ocia fundis
Spelunce vivi qz lacus at frigida tempe
Mugitus qz boum molles qz sub arbore somni
Non absunt illic saltus at lustra ferarum
Et patiens operum parvo qz adsueta iuventus
Sacra deum sancti patres qz extrema per illos
Iusticia excedens terris vestigia fecit
Me vero primum dulces ante omnia muse
Quarum sacra fero ingenti percussus amore
Accipiant celi qz vias et sidera monstrent
Defectus solis varios lune qz labores
Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursus qz in seipsa residant
Quid tantum occeano properant se tingere soles
Hiberni, vel que tardis mora noctibus obstet
Sin has ne possim nature accedere partes
Ffrigidus obstiterit circum precordia sanguis
Rura michi et rigui placeant in vallibus amnes
Fflumina amem silvas qz inglorius o ubi campi

furentes
quia tunc bellum fuit inter lapithas et centhauros in nupcijs perithoi quia cum vino repleti forent [illegible] ypodamiam rapere voluerunt [illegible] et ceteros lapithas stravit

Recomendatio agricolarum

et quod accipit reddit cum fenore

Cassia
herba est de qua fit unguentum unde oleum corrumpitur [illegible]

parvo
[illegible] et [illegible] et [illegible]

sacra deum
[illegible] sancta [illegible] et sanctos parentes

Iusticia
[illegible] terras [illegible] illos [illegible]

Phylosophie recomendatio

sacra fero
[illegible] sacerdotes sunt

defectus vias
[illegible] totalis [illegible] parcialis [illegible]

soles

noctibus

circum precordia
[illegible] sanguinis [illegible] senes et [illegible]

3

Spergius
Spergius thesalie fluvius ... redisse ... achiles

Thaygeta
Thaygeta mons est lacenum ... lacedemoniorum et inde liberis ... sacer

Hemi
Hemi ... mons est thessalie ...

Spergius que et virginibus bachata lacenis
Taygeta o qui me gelidis in vallibus hemi
Sistat et ingenti ramorum protegat umbra
Felix qui potuit rerum cognoscere causas
Atque metus omnes et inexorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumque acherontis avari
Fortunatus et ille deos qui novit agrestes
Panaque silvanumque senemque nimphas sorores
Illum non populi fasces non purpura regum
Flexit et infidos agitans discordia fratres
Aut coniurato descendens dacus ab histro
Non res romane perituraque regna neque ille
Aut doluit miserans inopem aut invidit habenti
Quos rami fructus quos ipsa volencia rura
Sponte tulere sua carpsit nec ferrea iura
Insanumque forum aut populi tabularia vidit
Sollicitant alii remis freta ceca ruuntque
In ferrum penetrant aulas et limina regum
Hic petit excidiis urbem miserosque penates
Ut gemma bibat et sarrano dormiat ostro
Condit opes alius defossoque incubat auro
Hic stupet attonitus rostris hunc plausus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebisque patrumque
Corripuit gaudent perfusi sanguine fratrum
Exilioque domos et dulcia limina mutant
Atque alio patriam querunt sub sole iacentem
Agricola incurvo terram dimovit aratro
Hinc anni labor hinc patriam parvosque nepotes
Sustinet hinc armenta boum meritosque iuvencos
Nec requies quin aut pomis exuberet annus
Aut fetu pecorum aut cerealis mergite culmi
Proventuque oneret sulcos atque orrea vincat
Venit hiems teritur sicionia bacca trapetis
Glande sues leti redeunt dant arbuta silve
Et varios ponit fetus autumnus et alte

acherontis
Fluvius infernalis ... infernos fluvios ... flegheton ... stige ... cocitum

sorores
sorores ... silvanum ...

fasces
... fasces ... purpura ...

discordia
... avaricia ... fratres dissenciunt

regna peritura
Regem romanum ... peritura ... regna barbarorum ...

miseras
... miseria ... misericordia ...

forum
forum ... rostra ... bello punico ... rostra ablata sunt et in foro romano ... victorie ...

deos

miseras inopes

urbem

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis
Interea dulces pendent circum oscula nati
Casta pudiciciam servat domus ubera vacce
Lactea demittunt pinguesqz in gramine leto
Inter se luctantur adversis cornibus edi
Ipse dies agitat festos fususqz per herbam
Ignis ubi in medio et socii cratera coronant
Te libans lenee vocat pecorisqz magistris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo
Corporaqz agresti nudat predura palestra
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini
Hanc remus et frater sic fortis Etruria crevit
Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma
Septemqz una sibi muro circumdedit arces
Ante etiam sceptrum dictei regis et ante
Impia qz cesis gens est epulata iuvencis
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat
Nec dum etiam audierant inflari classica nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses
Sz nos immensum spetiis spatiis confecimus equor
Et iam tempus equum fumancia solvere colla

Contra illud est qualis et domus et dulcia etc

Palestra
Locus luctatorum palestra dicitur vel sicut in luctando medios sese arripiunt quatiuntqz arbitrantur [illegible] artem luctandi virorum [illegible] monstratam [illegible] inter ceteras feras eos solos et [illegible] aggressos et sub side [illegible] ac [illegible] et [illegible] per [illegible] temptare impetum modo amplexum abigere sese inter luctantium

Dicteo monte crete [illegible]

Impia
Arati est qui dicebat quod maiores bovem comedisse impios fuisse

Classica sunt cornua quibus convocanda [illegible] facta et a calando classica vocabantur

Septem
Vel montes qui erant in urbe sunt septem scilicet aventinus palatinus

Fortis Etruria quia ab amplitudine [illegible] nomen suscepit est enim Etruria pars Italie dicta quod eius fines tendebant usqz ad ripam Tiberis. Rome enim fines antea [illegible] tantum Tibere ripam tenebant. Vel et Thirenia dicta a Thireno Lidorum fratre qui eo forte [illegible] [illegible] venit ad Italiam [illegible] est et Thuscia

Tercius liber Georgicorum

Te quoqz magna pales et pastorum
memorande per orbem Et
pecorum custos et gramine pascua leta
Carmis habitat armenta loci stabulentur et agri
Omnia divino monstrant carmine vates

Non est contrarius rusticus et pleraqz voluit eo [illegible] dixisse pro loco carmini georgicorum sunt se esse factum quod duo sequentes libri pastorales sunt non georgica

Canere poetarum scilicet oratorum et rethorum

Poete per dee illud assumunt in quo [illegible] consistit

Varro pales sunt [illegible] Virgilius vero sunt eos pascua [illegible] providentes [illegible] vesta dea [illegible] et [illegible] celebrantur [illegible] [illegible]

Te quoqz magna pales et te memorande canemus
Pastor ab amphriso vos silve amnesqz licei
Cetera que vacuas tenuissent carmina mentes
Omnia iam vulgata quis aut euristea durum
Aut illaudati nescit busiridis aras
Cui non dictus ylas puer et latonia delos
Ypodameqz humeroqz pelops insignis eburno

Vel quia poeta longo processu ut in primo [illegible] dixit non [illegible] de agricultura [illegible] autem duo sunt pastorales et de animalibus et [illegible] processit [illegible] agricultura non [illegible] sunt de animalibus

Amphriso
Amphrisus thesalie fluvius est prope quem appollo privata deitate [illegible] filius [illegible] pastor admetis regis thesalie pavit armenta [illegible] et pro numine meruit [illegible] ad pastorem [illegible] archadie [illegible]

Licei
Liceus mons in archadia quem ideo addidit ut [illegible] pecorosus fuit ubi ille est pan rusticum numen

Poete [illegible] per plutone et cerbero [illegible] per [illegible] et vesta [illegible] [illegible] que delectari esse poterat et occupare mentes [illegible] iam [illegible] descripte in ore [illegible]

Cum

Euristea duri
Euristeus scilicet filius fuit regis grecie qui instinctu iunonis herculi imparabat et ad omnes fere duros labores eum inducebat [illegible] simulate ut [illegible] deleret [illegible] eo quod paterent ad complendum [illegible] sufficere

Illaudati
Busiris rex egipti neptuni et libie filius [illegible] omnes [illegible] hospites [illegible] laudes [illegible] [illegible] parcarum

Illaudati [illegible] [illegible] illaudabiles [illegible] laudatus [illegible] [illegible] laudatus

Letu [illegible] sit in ordeo adam [illegible] scribitur vario vel a vario

Ylas Ylas quidam socius herculis fuit qui aquatum profectus raptus est a nimpha et in unam nimpham assumptus

Delos insula est in medio pelagi que ortigia dicta fuit cum latonam suscepisset et ibi partum appollinis et diane deponeret delos dicta est [illegible] appollo genitus ibidem et rursum recepit dare petentibus et phitonem serpentem interemit. **Ypodame** Ypodamiam dicit filiam fuisse enomaij regis et cum formosissima pre ceteris esset qz enomaus velocissimos equos quibus ventorum flatu creati fuerint [illegible] ab enomao petentibus eam talis fuit apposita conditio ut curribus certarent [illegible] et superati necarentur victor autem potiretur optata et cum multos in morte dedisset advenit pelops tantali regis filius [illegible] periit [illegible]

4

Aonius Aron in celum assumptus secretorum Iovis consiliorum fuerat quia cum elatus officio de stupro Iunonem interpellasset a Iove de celo in Tartaros est eiectus [illegible] apud mortales gloriatus se Iunonem potitum [illegible] ad inferos [illegible] fulmine deiectus est et rote volubili et plene serpentibus alligatus [illegible] revolvitur [illegible] forte in [illegible] innatus

Ypodamia at cum vidisset pelopem eius capta formositate aurigam patris Mirtilum nomine pactorum premio corrupit [illegible] aut axem cereum fecit ex cera et cum esset in stadio fracto axe cum enomao pelops victor evasit

Eburno humero
Volunt tantalum deos in convivio habuisse eisque ad experientiam deitatis [illegible] sum pelopem filium et membratim descerptum coctum eis apposuisse ca medendum a quo cum [illegible] tibus non solum abstinuerint sed collecta in unum membra pueri in formam pristinam reduxerunt et revocata per mercurium [illegible] [illegible] cum illi restituerunt et cum abesset humerum deesse puero quem Ceres avida devoraverat loco assumpti eburneum reficere

Conspectus scilicet in habitu pontificis eius se offerunt in consecrationem templi dedi [illegible]

Centum
ludos circenses innuit qui [illegible]

Dum civitas iuxta quam palme abundat

Iuxta
localiter et non causaliter accipitur

Mincius
Mincius venetie flumen ex Benaco lacu procedens quod circumdans usque mantuam labitur

templum
Et usque enim hic non pontificali [illegible] quod templum dicabat postem tenere dare se minimum templum dicebat [illegible] ab illo [illegible] fuerat tenere et ab [illegible] [illegible]

Alfeum
per alfeum [illegible] [illegible] Nam alfeus flumen est elidis [illegible] [illegible]

Acer equis temptanda via est qua me quoque possim
Tollere humo victorque virum volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum modo vita supersit
Aonio rediens deducam vertice musas
Primus idumeas referam tibi mantua palmas
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius et tenera pretexit arundine ripas
In medio mihi cesar erit templumque tenebit
Illi victor ego et tirio conspectus in ostro
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus
Cuncta mihi alfeum linquens lucosque molorchi
Cursibus et crudo decernet grecia cestu,
Ipse caput tonse foliis ornatus olive
Dona feram iam nunc solemnes ducere pompas
Ad delubra iuvat cesosque videre iuvencos
Vel scena ut versis discedat frontibus utque
Purpurea intexti tollant aulea britanni
In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
Gangaridum faciam victorisque arma quirini
Atque hic undantem bello magnumque fluentem
Nilum et navali surgentes ere columnas
Addam urbes asie domitas pulsumque nifatem
Fidentemque fuga parthum versisque sagittis
Et duo rapta manu diverso ex hoste tropea
Bisque triumphatas utroque a littore gentes
Stabunt et parii lapides spirantia signa
Assaraci proles demisseque a iove gentis
Nomina trosque parens et troie cinthius auctor
Invidia infelix furias amnemque severum
Cociti metuet tortosque ixionis angues
Immanemque rotam et non exuperabile saxum
Interea driadum silvas saltusque sequamur
Intactos tua mecenas haud mollia iussa
Te sine nil altum mens inchoat en age segnis

Aonio
Aon est fons Aeonia Boetie que et Boetia [illegible] [illegible] et sacer musis [illegible] et Aonides [illegible] dicit [illegible] fontem dictum [illegible] Aonie [illegible] [illegible] [illegible] celebre [illegible] et dicit [illegible] in [illegible] poeta [illegible]

In medio
Nam cum sacratum locum et simulacrum in medio collocatum

Molorchi nemus est silva [illegible] vocatum [illegible] quia cum accedat [illegible] Nemeum a molorcho pastore susceptus est [illegible] beneficium illud nemus [illegible] molorchi [illegible]

Britanni
[illegible] est [illegible] augustus [illegible] vicit [illegible] de captivis [illegible] quos adduxerat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] victoriis [illegible]

Scena
Scena [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Delubra
delubra dicuntur porticus iuxta templa in quibus fontes sunt [illegible] [illegible] [illegible] a diluendo

Pompas
[illegible]

Iuvencos cesos
[illegible] templa [illegible]

Gangarides
Gangaride populi sunt in [illegible] et [illegible] a Gange flumine dicti [illegible] quos vicit [illegible] augustus [illegible]

Augustus victor egipti quam [illegible] fluvium [illegible] [illegible] rostra [illegible] columnas [illegible] [illegible] in capitolio sunt locate

Quirini
Dicit Suetonius [illegible] de augusto quod [illegible] senatu [illegible] nomen [illegible] augusti et Cesaris [illegible] [illegible] [illegible] Cesar [illegible] nomine augusti appellat [illegible] [illegible] Quirinus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sabinorum [illegible] [illegible] Gangarides [illegible]

altum
[illegible]

Tropheum

Citheron

Taygeti

Titoni

Ardentis

Cervicem

Spirantia

Ione

Troes

Mortis

Sortire

Rumpe moras, vocat ingenti clamore citheron
Taigetique canes domitrixque epidaurus equorum
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas
Cesaris et nomen fama tot ferre per annos
Titoni prima quot abest ab origine cesar
Seu quis olimpiace miratus premia palme
Pascit equos seu quis fortes ad aratra iuvencos
Corpora precipue matrum legat optima torve
Forma bovis cui turpe caput cui plurima cervix
Et crurum tenus a mento palearia pendent
Tum longo nullus lateri modus omnia magna
Pes etiam et camuris hirte sub cornibus aures
Nec mihi displiceat maculis insignis et albo
Aut iuga detractans interdumque aspera cornu
Et faciem tauro propior queque ardua tota
Et gradiens ima verrit vestigia cauda
Etas lucinam iustosque pati ymeneos
Desinit ante decem post quatuor incipit annos
Cetera nec feture habilis nec fortis aratris
Interea superat gregibus dum leta iuventus
Solve mares mitte in venerem pecuaria primus
Atque aliam ex alia generando suffice prolem
Optima queque dies miseris mortalibus evi
Prima fugit subeunt morbi tristisque senectus
Et labor et dure rapit inclementia mortis
Semper erunt quarum mutari corpora malis
Semper enim refice ac ne post amissa requiras
Ante veni et sobolem armento sortire quotannis
Nec non et pecori est idem delectus equino
Tu modo quos in spem statuis summittere gentis
Precipuum iam inde a teneris impende laborem
Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur et mollia crura reponit
Primus et ire viam et fluvios temptare minaces

Alter cum pulposa extancia carnium diversa [illegible] a terra collum a brachia

de colore equorum

Obesa pinguis et rotundus et dicitur a crasso est cum obesa [illegible] crassa [illegible]

Spadices spadix [illegible] qui et badius dicitur quasi vadius [illegible] quem [illegible] spadix a colore palme [illegible] spadicam vocant

Glauci

Glaucus est veluti [illegible] et [illegible] splendore [illegible]

Albis

albus [illegible] pallore est [illegible] et pura luce [illegible]

Pernix [illegible]

Segnior [illegible]

Domo [illegible]

Nec turpi [illegible]

Arrecte [illegible]

Fervidus [illegible]

Vacuum [illegible]

Addit insuper [illegible] ad equum [illegible] et [illegible] difficile [illegible]

Alvus

Alvus [illegible] ventrem [illegible] apparet [illegible] alvus [illegible]

Brevis alvus

et [illegible]

Gilvus Gilvus [illegible] color est subalbidus [illegible] albus et gilvus [illegible]

Coniugis adventu [illegible]

Artes [illegible]

Precipiti [illegible]

Carcere [illegible]

Sublime [illegible]

Audet et ignoto sese committere ponto

Nec vanos horret strepitus illi ardua cervix

Argutumque caput brevis alvus obesaque terga

Luxuriatque toris animosum pectus honesti

Spadices glauci que color deterrimus albis

Et gilvo tum si qua sonum procul arma dedere

Stare loco nescit micat auribus et tremit artus

Collectumque premens volvit sub naribus ignem

Densa iuba et dextro iactata recumbit in armo

At duplex agitur per lumbos spina cavatque

Tellurem et solido graviter sonat ungula cornu

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis

Cillarus et quorum Grai meminere poete

Martis equi biiuges et magni currus Achillis

Talis et ipse iubam cervice effundit equina

Coniugis adventu pernix Saturnus et altum

Pelion hinnitu fugiens implevit acuto

Hunc quoque ubi aut morbo gravis aut iam segnior annis

Deficit abde domo nec turpi ignosce senecte

Frigidus in venerem senior frustraque laborem

Ingratum trahit et si quando ad prelia ventum est

Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis

Incassum furit ergo animos evumque notabis

Precipue hinc alias artes prolemque parentum

Et quis cuique dolor victo que gloria palme

Nonne vides cum precipiti certamine campum

Corripuere ruuntque effusi carcere currus

Cum spes arrecte iuvenum exultantiaque haurit

Corda pavor pulsans illi instant verbere torto

Et proni dant lora volat vi fervidus axis

Iamque humiles iamque elati sublime videntur

Aera per vacuum ferri atque assurgere in auras

Nec mora nec requies at fulve nimbus arene

Tollitur humescunt spumis flatuque sequentium

Tantus amor laudum tanta est victoria cure

[illegible]

Equitem id est equum qui equo retinere possunt

Erichtonius

Erichtonius vulcani et minerue natus [illegible] cum vulcanus concumbere vellet cum minerua qui posset ea reluctante semen [illegible] in terram [illegible] natus est erichtonius [illegible] pedibus draconteis [illegible] ad tegendum pedum feditatem et turpitudinem primus currum [illegible] inuenit dictus est erichtonius [illegible] terra [illegible] et lite procreatus

Et peletronium oppidum est tessalie vbi primum domandorum equorum vsus est inuentus [illegible] tessali regis [illegible] satellites [illegible] ad eos reuocandos [illegible] sufficientes equos [illegible] ascenderunt et eorum velocitate boues [illegible] centauri dicti sunt

Primus erichtonius currus et quatuor ausus
Iungere equos rapidusque rotis insistere victor
Frena peletronii lapithe gyrosque dedere
Impositos dorso atque equitem docuere sub armis
Insultare solo et gressus glomerare superbos
Equus vterque labor eque iuuenemque magistri
Exquirunt calidumque animis et cursibus acrem
Quamuis sepe fuga versos ille egerit hostes
Et patriam epirum referat fortesque micenas
Neptunique ipsa deducat origine gentem
His animaduersis instant sub tempus et omnes
Impendunt curas denso distendere pingui
Quem legere ducem et pecori dixere maritum
Florentesque secant herbas fluuiosque ministrant
Farraque ne blando nequeat superesse labori
Inualidique patrum referant ieiunia nati
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes
Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat frondesque negant et fontibus arcent
Sepe etiam cursu quatiunt et sole fatigant
Cum grauiter tunsis gemit area frugibus et cum
Surgentem ad zephyrum palee iactantur inanes
Hoc faciunt nimio ne luxu obtunsior vsus
Sit genitali aruo et sulcos oblimet inertes
Sed rapiat sitiens venerem interiusque recondat
Rursus cura patrum cadere et succedere matrum
Incipit exactis grauide cum mensibus errant
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris
Non saltu superare viam sit passus et acri
Carpere prata fuga fluuiosque innare rapaces
Saltibus in vacuis pascant et plena secundum
Flumina muscus vbi et viridissima gramine ripa
Speluncque tegant et saxea procubet vmbra
Est lucos silari circa ilicibusque virentem
Plurimus alburnum volitans cui nomen asilo
Romanum est oestrum grai vertere vocantes

fuga

Quamuis sit sepe victor equus et eciam nobilis genere preterea tunc in magistris etas est magnanimitas que requirenda quia si non fuerit illa nil prodest

Epirus ciuitas est grecie a pirro filio achillis condita vbi nobiles equi abundant

Micene ciuitas agamemnonis et menelai fortes [illegible] fortissime [illegible] agamemnonis ipse cum dux grecorum fuerit in expeditione troiana

distende

Clunibus cum pectoribus macilentes equorum [illegible] distende [illegible] ad augmentum plus [illegible] pingue [illegible]

voluptas

amenitas cum vtilitate voluptas cum delectatione [illegible] est in ciuitate voluptuosa in campo

pingui

farra

saltu

[illegible]

Silarus lucanie fluuius qui est pars calabrie
Alburnus mons est lucanie

Oestrum
Grecis
asilum

Oestrum ab [illegible] asilo latinum [illegible] acerba

iras

arcebis gravido pecori

sole recens orto

quies

iuvence
augmentat rem ab exemplo
dicens iunonem oestro
pelicem se defendisse
fabula nota est quod cum io
inachi filiam a iove
iunonem adiecta esse in
iuvencam ipsam eam
iuno immisit oestrum
quo toto orbe destigata
egiptum descendit ubi
in ysim versa est

mediis
et dicendo tempus aut quo
admodum possit evitari

Asper acerba sonans quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta furit mugitibus ether
Concussus silveque et sicci ripa tanagri
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachie iuno pestem meditata iuvence
Hunc quoque nam mediis fervoribus acrior instat
Arcebis gravido pecori armentaque pastos
Sole recens orto aut noctem ducentibus astris
Post partum cura in vitulos traducitur omnis
Continuoque notas et nomina gentis inurunt
Et quos aut pecori malint submittere habendo
Aut aris servare sacros aut scindere terram
Et campum horrentem fractis invertere glebis
Cetera pascuntur virides armenta per herbas
Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem
Iam vitulos hortare viamque insiste domandi
Dum faciles animi iuvenum dum mobilis etas
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte dehinc ubi libera colla
Servitio assuerint ipsis et torquibus aptos
Iunge pares et coge gradum conferre iuvencos
Atque illis iam sepe rote ducantur inanes
Per terram et summo vestigia pulvere signent
Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat et iunctos themo trahat ereus orbes
Interea pubi indomite non gramina tantum
Nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem
Sed frumenta manu carpes sata nec tibi fete
More patrum nivea implebunt mulctraria vacce
Sed tota in dulces consument ubera natos
Sin ad bella magis studium turmasque feroces
Aut alphea rotis prelabi flumina pise
Et iovis in luco currus agitare volantes
Primus equi labor est animos atque arma videre
Bellantum lituosque pati tractuque gementem
Ferre rotam et stabulo frenos audire sonantes

et carpes
Est [illegible] poetica est in repe-
ticionem

cetera
Cum illa cetera de quibus
sermo fuit in domo si
vanda sunt

circlos
Circos est proprie unum sit
circulus sincopate cir-
clos sincopa dum
[illegible] [illegible] ad
[illegible] [illegible] sellatta
[illegible] sentosere

orbes

vescas
ulva

[illegible]
[illegible] vas in quo
mulgentur pecora

alphea
alpheus fluvius est elidis
regionis pisarum decurrens
pisa est civitas in
elide est non procul
ab olimpo monte ubi
festa olimpiaca cele-
brantur in honore
iovis cum ludis

rotis id est supra
currus per ripas fluminum agi-
tare curriculo certamen

lituos
lituus cornu genus
quod apud veteres ad sacra
convocabantur et proprie lituus
per tuba eo quod tuba plus
incitat teste lucano
fremebit qui dicit at tuba
terribilem sonitum ere
canoro et hic ad bella
incitantur

ultra ea que dicta sunt

sille equus est gaudere

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
laudibus et plausu sonitum cervicis amare
Atque hec iam primo depulsus ab ubere matris
Audeat in que vicem det mollibus ora capistris
Invalidus etiam que tremens etiam inscius evi
At tribus exactis ubi quarta accesserit etas
Carpere mox girum incipiat gradibus que sonare
Compositis sinuet que alterna volumina crurum
Sit que laboranti similis tum cursibus auras
Provocet ac per aperta volans ceu liber habenis
Equora vix summa vestigia ponat arena
Qualis yperboreis aquilo cum densus ab oris
Incubuit scithie que hiemes atque arida differt
Nubila. tum segetes alte campi que natantes
Lenibus horrescunt flabris summe que sonorem
Dant silve. longi que urget ad littora fluctus
Ille volat simul arva fuga simul equora verrens
Hic vel ad elei metas et maxima campi
Sudabit spacia et spumas aget ore cruentas
Belgica vel molli melius feret esseda collo
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito namque ante domandum
Ingentes tollet animos prensi que negabunt
Verbera lenta pati et duris parere lupatis
Sed non ulla magis vires industria firmat
Quam venerem et ceci stimulos avertere amoris
Sive boum sive est cui gratior usus equorum
Atque ideo thauros procul atque in sola relegant
Pascua post montem oppositum et trans flumina lata
Aut intus clausos satura ad presepia servant
Carpit enim vires paulatim urit que videndo
Femina nec nemorum patitur meminisse nec herbe
Dulcibus illa quidem illecebris et sepe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes
Pascitur in magna silva formosa iuvenca
Illi ~~alter~~nantes multa vi prelia miscent

descriptio boree

sonorem

lupatis

de amore

Vulneribꝫ crebris lavit ater corpora sanguis
Versaque in obnixos urgentur cornua vasto
Cum gemitu reboant silveque et magnus olimpus
Nec mos bellantes una stabulare sed alter
Victus abit longeque ignotis exulat oris
Multa gemens ignominiam plagas et superbi
Victoris tum quos amisit multos amores
Et stabula aspectus regnis excessit avitis
Ergo omni curat vires exercet et inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili
Frondibus irsutis et carice pastus acuta
Et temptat sese atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco ventos ve lacessit
Ictibus et sparsa ad pugnam proludit arena
Post ubi collectum robur viresque recepte
Signa movet preceps oblitum fertur in hostem
Fluctus uti medio cepit cum albescere ponto
Longius exaltoque sinum trahit utque volutus
Ad terras immane sonat per saxa neque ipso
Monte minor procumbit at ima exestuat unda
Verticibusque nigram alte subiectat arenam
Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
Et genus equorum pecudes pictaeque volucres
In furias ignemque ruunt amor omnibus idem
Tempore non alio catulorum oblita leena
Sevior erravit campis nec funera vulgo
Tam multa informes ursi stragemque dedere
Per silvas tum sevus aper tum pessima tigris
Heu male tum libie solis erratur in agris
Nonne vides ut tota tremor pertemptat equorum
Corpora si tantum notas odor attulit auras
Ac nec eos iam frena virum neque verbera seva
Non scopuli rupesque cave atque obiecta retardant
Flumina correptosque unda torquentia montes
Ipse ruit dentesque sabellicus exacuit sus
Et pede prosubigit terram fricat arbore costas
Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat

reboant

Est autem grecum verbum nam apud latinos non in verbum est quod [illegible] similem [illegible] assumeret excepto [illegible] quod tum alii maiores scribebant aspiracionem interponerent duas vocales et dicebat [illegible]

leena

Leena grecum est sic et dracena nam nos leo et leo dicit lea ut a poeta usurpatum est in o cum [illegible] de se [illegible] facit

informes

hoc dicit quia cum nascuntur forma caret dicitur cum quedam caro massa qua mater lambendo in membra componit

Carex herba durissima est [illegible]

parumper [illegible] ex antecedente victoria

Nam in omnibus animalibus [illegible] amor [illegible]

Hic venit ad [illegible] amore

a furendo vel a setis [illegible]

quod factus [illegible] consumeret pugnaturus ad corroborandum [illegible] latera et costas terit ad arbores durat ea in futura certamina

Natare quod est adiutorium serum

leander

Quid iuvenis magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat ceca serus freta quem super ingens
Porta tonat celi et scopulis illisa reclamant
Equora nec miseri possunt revocare parentes
Nec moritura super crudeli funere virgo
Quid lynces Bachi varie et genus acre luporum
Atque canum quid que imbelles dant prelia cervi
Scilicet ante omnes furor est insignis equarum
Et mentem venus ipsa dedit quo tempore glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrige
Illas ducit amor trans Gargara transque sonantem
Ascanium superant montes et flumina tranant
Continuoque avidis ubi subdita flamma medullis
Vere magis quia vere calor redit ossibus ille
Ore omnes verse in zephyrum stant rupibus altis
Exceptantque leves auras et sepe sine ullis
Coniugiis vento gravide mirabile dictu
Saxa per et scopulos et depressas convalles
Diffugiunt non Eure tuos neque solis ad ortus
In Boream Caurumque aut unde nigerrimus auster
Nascitur et pluvio contristat frigore celum
Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores lentum distillat ab inguine virus
Hippomanes quod sepe male legere noverce
Miscueruntque herbas et non innoxia verba
Sed fugit interea fugit irreparabile tempus
Singula dum capti circumvectamur amore
Hoc satis armentis superat pars altera cure
Lanigeros agitare greges hirtasque capellas
Hinc labor hinc laudem fortes sperate coloni
Nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum
Quam sit et angustis hunc addere rebus honorem
Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor iuvat ire iugis qua nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo

Quid
Ne forte occurreret illa auctoritas parere sit in amorem dicit cum ipse gravius in amorem moveri fabula est leander est Abidos et Ero puella est Sestis erat se invicem amantes sed leander natatu ad Ero nocte venire consueverat per strictum maris Ellespontici quod Sestos et Abidos intercedit cum et iuvenis tandem a se tempestate ad puellam delatus fuisset dolore sese precipitavit in mare

per quem iter in celo est tonat

Dicit eum alterius tractatus quos antea pinxerat Bachum corona vitium hasta pampinea regebat pictum tigribus lincibus et pantheris sive cum ista in luporum genere uniata sunt etc.

Et si imbelles tamen incitantur in prelium

A civitate potniades cuius civitatis est de qua fuit glaucus qui cum sacra veneris spernet irata equabus eius immisit furorem quibus utebatur ad currum et eum morsibus dilaceraverunt. ideo fingitur quod dilaniatus glaucus est.

Gargara
montes
Ascanius
flumen

Varro dicit in ulteriore hispania verno tempore equas nimio ardore concitas ... et ventis ... dicit ...

Exceptat

ortus

Hippomanes
Hec herba est apud Archades herbam ... est quod hippomanes vocatur ... et dicit vis ... ab inguine equarum emanans ... lentum vis virus instillatum

non innoxia
Discipulum ... ut novercarum ... venena ... ut faceret ... vel ... fe

Parnasi
Parnasus mons est ... et ... ut ... et hec dicit ... amor rapit me ad opus ... et ... quod per ... et allegoriam ... indicat

Castalia fons musis sacer ... castalie ...
qua nulla
idest dispono ire ad fontem castalium per eam viam per quam nullus ante egit ... suam

Nunc veneranda pales magno nunc ore sonandum
Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
Carpe oves dum mox frondosa reducitur estas
Et multa duram stipula filicumque maniplis
Sterne subter humum glacies ne frigida ledat
Molle pecus scabiemque ferat turpesque podagras
Post hinc digressus iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere et fluvios prebere recentes
Et stabula a ventis hiberno opponere soli
Ad medium conversa diem cum frigidus olim
Jam cadit extremoque irrorat aquarius anno
Hec quoque non cura nobis leviore tuenda
Nec minor usus erit quamvis millesia magno
Vellera mutentur tyrios incocta rubores
Densior hinc soboles hinc largi copia lactis
Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra
Leta magis pressis manabunt ubera mammis
Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci setas comantes
Usum in castrorum et miseris velamina nautis
Pascuntur vero silvas et summa licei
Horrentes rubos et amantes ardua dumos
Atque ipse memores redeunt in tecta suosque
Ducunt et gravido superant vix ubere limen
Ergo omni studio glaciem ventos quoque nivales
Quo minor est illis cure mortalis egestas
Avertes victumque feres et virgea letus
Pabula nec tota claudes fenilia bruma
At vero zephyris cum leta vocantibus estas
In saltus utrumque gregem atque in pascua mittet
Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus dum mane novum dum gramina canent
Et ros in tenera pecori gratissimus herba
Inde ubi quarta sitim celi collegerit hora
Et cantu querule rumpent arbusta cicade
Ad puteos aut alta greges ad stagna iubebo
Currentem ilignis potare canalibus undam
Estibus at mediis umbrosam exquirere silvam vallem
Si ubi magna iovis antiquo robore quercus

turpes

hec

lemora

millesia

tyrus

usum

Cicade

Querule

Pales dea pastorum
[illegible]

Ingentes tendat ramos aut sicubi nigrum

Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra

Tum tenues dare rursus aquas et pascere rursus

Solis ad occasum cum frigidus aera vesper

Temperat et saltus reficit iam roscida luna

Littora que alcionem resonant acalantida dumi

Quid tibi pastores libie quid pascua versu

Prosequar et raris habitata mapalia tectis

Sepe diem noctemque et totum ex ordine mensem

Pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis

Hospiciis tantum campi iacet omnia secum

Armentarius afer agit tectumque laremque

Armaque amicleumque canem cressamque pharetram

Non secus ac patriis acer romanus in armis

Iniusto sub fasce viam cum carpit et hosti

Ante expectatum positis stat in agmine castris

At non qua scitie gentes meoticaque unda

Turbidus et torquens flaventes hister arenas

Quaque redit medium rodope porrecta sub axem

Illic clausa tenent stabulis armenta neque ulle

Aut herbe campo apparent aut arbore frondes

Sed iacet aggeribus niveis informis et alto

Terra gelu late septemque assurgit in ulnas

Semper hiems semper spirantes frigora cori

Tum sol pallentes haud unquam discutit umbras

Nec cum invectus equis altum petit equora nec cum

Precipitem occeani rubro lavit equore currum

Concrescunt subite currenti in flumine crusté

Undaque iam tergo ferratos sustinet orbes

Puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris

Eraque dissiliunt vulgo vestesque rigescunt

Indute ceduntque securibus humida vina

Et tote solidam in glaciem vertere lacune

Stiriaque impexis induruit horrida barbis

Interea toto secius aere ninguit non

Intereunt pecudes stant circumfusa pruinis

Corpora magna boum confertoque agmine cervi

Torpent mole nova et summis vix cornibus extant

Hos non immissis canibus non cassibus ullis

Puniceve agitant pavidos formidine penne

sacra

Carduelis

reposita frigida

stiria

mapalia quod et magalia dicuntur edificia sunt agrestium numidarum oblonga incurvis lateribus tecta quasi navium carine sunt sive rotunda in modum furnorum

agit

Amicle autem civitas laconie est

Cressam

In creta enim insula primum usus telorum inventus est

fasce

Magnum dicit propter arma alimenta et vestitum

fascis ad onus fasces ad honores

Meotis palus est scithie

Hister qui et danubius dicitur

Rodope

Rodope mons tracie est protentus in orientalem plagam et reflectitur in septentrionem

ulnas

orbes

intentes deprime [illegible]
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem
deprime [illegible] clamantes
Cominus obtruncant ferro graviter rudentes que
corripiunt [illegible]
Cedunt et magno leti clamore reportant
profunda
Ipsi defessis specubus secura sub alta
ducunt congesti
Ocia agunt terra congesta que robora totas
aut in cavernis [illegible] integra robora arborum
Advolvere focis ulmos ignique dedere
perpetuo [illegible] celebrant ducunt
Hic noctem ludo ducunt et pocula leti
cervisia vinum [illegible]
Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis
[illegible]
Talis hyperborea septem subiecta trioni
[illegible] subiecto tunditur vento
Gens effrena virum ripheo tunditur euro
[illegible] rhenones gummis
Et pecudum fulvis velantur corpora setis
[illegible] pastori frondosi
Si tibi lanitium cure primum aspera silva
quando lane decerpende ne [illegible] scindatur pinguescant
Lappe que tribuli que absint fuge pabula leta
lane elige
Continuo que greges villis lege mollibus albos
sed
Illum autem quamvis aries sit candidus ipse
[illegible]
Nigra subest udo tantum cui lingua palato
inficiat
Reice ne maculis infuscet vellera pullis
arietum
Nascentum pleno que alium circumspice campo
[illegible] albe tum de luna fabulosum
Munere sic niveo lane si credere dignum est
Pan deus archadie captam te luna fefellit
profunda te
In nemora alta vocans nec tu aspernata vocantem
et [illegible] lane [illegible] arbore [illegible]
At cui lactis amor cythisum lotos que frequentes
salsas inferat et et [illegible] reddat plus lactis
Ipse manu flavus que ferat presepibus herbas
[illegible] salis [illegible]
Hinc et amant fluvios magis et magis ubera tendunt
accepto [illegible]
Et salis occultum referunt in lacte saporem
pastores [illegible] pullos
Multi etiam iam excretos prohibent a matribus edos
dura colligat
Prima que ferratis prefigunt ora capistris
lac mane [illegible]
Quod surgente die mulsere horis que diurnis
[illegible] lac [illegible] de sero
Nocte premunt quod iam tenebris et sole cadente
[illegible] [illegible] ad vendendum
Sub lucem exportant calathis adit oppida pastor
lac [illegible] [illegible]
Aut parco sale contingunt hiemi que reponunt
pastores sit
Nec tibi cura canum fuerit postrema sed una
[illegible] fortes
Veloces sparte catulos acrem que molossum
[illegible] [illegible]
Pasce sero pingui numquam custodibus illis
[illegible] [illegible] fuerit [illegible]
Nocturnum stabulis furem incursus que luporum
[illegible] in parte [illegible] abactores [illegible]
Aut impacatos a tergo horrebis hiberos

Sorbis acidis pomis
Hoc potionis genus cerevisiam vocat est enim cervisia a cerere ... fruge nomen habens posita cum seminibus frumenti variis confecta ... a calefaciendo appellata est cum poto cum ... ... confecta ... ... madefacte ... ... at demum siccat et ... in farinam redacta molli ... ... sapor austerior ... color ebrietatis ... (line cut off)

ipse
Bene ipse addidit ... ut ... aries ... ap ... ... damnos ... arietis

Sunt enim rhenones velamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum et infra atque intortis villis adeo hispida ut imbrem respuant quos vulgo reptos vocant eo quod longo villorum que reptet de quibus salustius germani intectum rhenonibus corpus tegunt a reno germanie flumino ... dicit quod rhenones vestes sunt ex pellibus salustius auctorem adducens

Lanicium et hec lana dicitur et hoc lanicium sicut effugia et effugium. quod autem dicit ovis lane ... non ... pinguescere ... est ... pingue ... caret pellis quod ... maculis efficit

albos
lana enim alba ... et ... est aliorum colorum susceptiva

Quod autem ... candidis plenius lo... maritum ... pectore et corium et ungulis et palato albium ... debet ... sit candidus lanis ... pullos ... peccare

pan deus
Nicander poeta sententiam hanc affirmat dicens lane candide munere lunam in pana venisse ... mutatam fabulam dicit endimionem ... amasse lunam ... puerum qui ... aliquando ... ... candidos albos ... ...

Calathis id est vasis ... in quibus lac ... ... caseus ... distrahitur

parco id est modico ... parco ... id est ... ut ac in quod ... ... nam et ... parcum ... pastore ... parco ... ... pane ...

De canibus
catulos
In illis enim velocitas in hiis fortitudo laudatur sparte autem laconica ... canitas molosia ... canitas ...

furem
Furor autem a furvo dictus est id est nigro a nocte ... ut ... ... fur

aut
lanis ... enim ... ... abactores fuerunt

Sepe etiam cursu timidos agitabis onagros
Et canibus leporem canibus venabere damas
Sepe volutabris pulsos silvestribus apros
latratu turbabis agens, montes que per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum
Disce et odoratam stabulis accendere cedrum
Galbaneo que agitare graves nidore chelidros
Sepe sub immotis presepibus aut mala tactu
Vipera delituit celum que exterrita fugit
Aut tecto assuetus coluber succedere et umbre
Pestis acerba boum pecori que aspergere virus
Fovit humum cape saxa manu cape robora pastor
Tollentem que minas et sibila colla tumentem
Deice iam que fuga timidum caput abdidit alte
Cum medii nexus extreme que agmina caude
Solvuntur tardos que trahit sinus ultimus orbes
Est etiam ille malus calabris in saltibus anguis
Squamea convolvens sublato pectore terga
Atque notis longam maculosus grandibus alvum
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dum
Vere madent udo terre et pluvialibus austris
Stagna colit ripis que habitans hic piscibus atram
Improbus ingluviem ranis que loquacibus explet
Postquam exusta palus terre que ardore dehiscunt
Exilit in siccum et flammantia lumina torquens
Sevit agris asper que siti atque exterritus estu
Ne mihi tunc molles sub divo carpere somnos
Nec dorso nemoris libeat iacuisse per herbas
Cum positis novus exuviis nitidus que iuventa
Volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens
Arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis
m Orborum quoque te causas et signa docebo
Turpis oves temptat scabies ubi frigidus imber
Altius ad vivum persedit et horrida cano
Bruma gelu vel cum tonsis illotus adhesit
Sudor et hirsuti secuerunt corpora vepres
Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri
Perfundunt udis que aries in gurgite villis

volutabra loca sunt in quibus apri se volvunt decet aut silvestribus que et circa paludes et in cenositatibus et per

Galbanum species apta multis medicaminibus cuius odore multi serpentes fugiunt

periculosa

vipera tactu que et tactu nocet et est periculosa in tantum sicut enim vipere serpentis genus, cum vero ad partum ingemuerit catuli non expectantes maturitatem nature solutionem corrosis que lateribus vi erumpunt cum matris interitu, fertur et masculus ore inserto semen expuisse vel femella voluptate libidinis in rabiem versa maris caput ore amputat

Et loquitur de serpentum remediis qui tecta ingressi mala efficiunt

Chelindri serpentes in aquis et in terra morantes qui terram per quam labuntur fumare faciunt

Plinius inquit serpentis caput etsi cum duobus digitis evaserit nihilominus vivit

caude

Et ipse dicit cede serpentem donec caude volubilitas quiescat

orbes

serpens ponit alias cum repunt toto corpore alias erecta corporis parte et hanc Lucanus parias vocat dicit et contentus iter cauda sulcare parias

et ad fabulas respicit vel scilicet rusticos in ranas versos quos

et quia illud [illegible] magis [illegible] dum inter [illegible]

Molles quod est non mollificat cum in illa [illegible] somnos [illegible]

Catulos ova

serpentes cum perfecerunt dum vivunt duos annos ut deposita veteri tunica senectutem deponunt atque in iuventam redeunt

trisulcis

Nullus enim est in tanta celeritate linguam movet ut serpens adeo ut triplicem linguam habere videatur cum dumtaxat una sit

Tria docet signa causas et remedia morborum sed non servat ordinem quia primo ponit remedia morborum signa quam causas

turpis

Scabies asperum et turpe efficit corium

dulcibus

salsa enim aqua magis purgantur [illegible]

aries

aries enim pastores propter aquam lavare solet relinquere in ovibus tota detracta

Amurca

Est aut remedium est contra scabiem que fit [illegible] in [illegible]

Mersatur missusqz secundo defluit amni
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca
Et spumas miscent argenti et sulfura viva
Ideasqz pices et pingues unguine ceras
Scillamqz elleborosqz graves nigrumqz bitumen
Non tamen ulla magis presens fortuna laborum est
Quam si quis potuit ferro rescindere summum
Ulceris os, alitur vicium vivitqz tegendo
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat et meliora deos sedet omnia poscens
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit atqz artus depascitur arida febris
Profuit incensos estus avertere et inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam
Bisalte quo more solent acerqz Gelonus
Cum fugit in Rodopen atqz in deserta Getarum
Et lac concretum cum sanguine potat equino
Quam procul et molli succedere sepius umbre
Videris aut summas carpentem ignavius herbas
Extremamqz sequi aut medio procumbere campo
Pascentem et sere solam decedere nocti
Continuo culpam ferro compesce priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus
Non tam creber agens hiemem ruit equore turbo
Quam multe pecudum pestes nec singula morbi
Corpora corripiunt sed tota estiva repente
Spemqz gregemqz simul cunctamqz ab origine gentem
Tunc sciat aerias alpes et Norica siquis
Castella in tumulis et Iapidis arva Timavi
Nunc quoqz post tanto videat desertaqz regna
Pastorum et longe saltus lateqz vacantes
Hic quondam morbo celi miseranda coorta est
Tempestas totoqz autumni incanduit estu
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum
Corrupitqz lacus infecit pabula tabo
Nec via mortis erat simplex sed ubi ignea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus
Rursus abundabat fluidus liquor omniaqz in se
Ossa minutatim morbis collapsa trahebat

Ex egypto ad ethiopiam [illegible] depulit [illegible] in tractu venetie et illirie que [illegible] vastat
hic et causa pestilencie ordine plenissime [illegible]

per [illegible] per ossa [illegible]

Ideas

[illegible] que in Ida [illegible] silva nascuntur

Scilla dicitur [illegible] herba [illegible] integra [illegible] omnia mala [illegible]

Rescindere

Et dicit medicus [illegible]

Maiores cum [illegible] religionis [illegible] et salutem [illegible] non [illegible] vigilando laborando [illegible] omnia [illegible] ignavie [illegible] deos [illegible]

Ferire

Dicit aut illam venam esse ferendam [illegible]

Compesce

[illegible] morbum [illegible] compesce [illegible]

Vulgus

[illegible] morbos [illegible]

Tunc sciat

[illegible] que sciat loca ista que [illegible] que [illegible] erat deserta

alpes

Galliam et [illegible] vocant alpes

Iapidia [illegible] dicta a Iapide [illegible] fluvius [illegible]

autumnum

[illegible] autumnum [illegible] pestilenciam [illegible] autumnum [illegible] morbo [illegible] corrumpit [illegible] calorem

Et describit pestilenciam venetie gallie illirice [illegible] aqua fluvius et calore [illegible] et plurima [illegible] putrefacta [illegible] corrupto aere nata est pestilencia [illegible] auster [illegible] in tractu venetie et illirie hic et causa pestilencie

Nec via

Hic [illegible] non [illegible] solucionem corporis

Ordinem [illegible] et salutem [illegible] aere [illegible] tabo pabula esse corrupta

Sepe in honore deum media stans hostia ad arã
Lanea dum nivea circundat sibi infula vitta
Int' cunctantes cecidit moribunda ministros
Aut si quã ferro mactaverat ante sacerdos
Inde neque impositis ardet altaria fibris
Nec responsa potest consultus reddere vates
Aut vix suppositi tinguntur sanguine cultri
Summa que ieiuna sanie infuscatur arena
Hinc letis vituli vulgo moriuntur in herbis
Et dulces animas plena ad presepia reddunt
Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit egros
Tussis anhela sues et faucibus angit obesis
Labitur infelix studiorum atque immemor herbe
Victor equus fontes que avertitur et pede terram
Crebra ferit demisse aures incertus ibidem
Sudor at ille quidem morituris frigidus aret
Pellis et ad tactum tractanti dura resistit
Hec ante exitium primis dant signa diebus
Sin in processu cepit crudescere morbus
Tunc ardentes oculi atque attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu gravis ima que longo
Ilia singultu tendunt it ater naribus
Sanguis et obsessas fauces premit aspera lingua
Profuit inserto latices infundere cornu
Leneos ea visa salus morientibus una
Mox erat hoc ipsum exicio furiis que refecti
Ardebant ipsi que suos iam morte sub egra
Discissos nudis laniabant dentibus artus
Dy meliora piis errorem que hostibus illud
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit et mixtum spumis vomit ore cruorem
Extremos que ciet gemitus et tristis arator
Merentem abiungens fraterna morte iuvencum
Atque opere in medio defixa relinquit aratra
Non umbre altorum nemorum non mollia possunt
Prata movere animum non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis et ima

lanea ad hostiam referatur non ad [illegible] stat carmen si de genere lanea vitta

Infula est fasciola sacerdotalis capitis [illegible] in modum diadematis a qua vitte ab utraque parte dependent que infulam vinciunt infula erat plerumque lata erat plerumque tortilis de albo et rubeo

Ardent
Aut cum plures [illegible] morbosa caro non [illegible]

Vel
[illegible]

[illegible] supposita [illegible]

11

Solvuntur latera atque oculos stupor urget inertes
Ad terramque fluit devexo pondere cervix
Quid labor aut benefacta iuvat quid pro vomere terras
Invertisse graves at qui non massica bachi
Munera non illis epule nocuere reposte
Frondibus et victu pascuntur simplicis herbe
Pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu
Flumina nec somnos abrumpit cura salubres
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quesitas ad sacra boves Iunonis et uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus
Ergo egre rastris terram rimantur et ipsis
Unguibus infodiunt fruges montesque per altos
Contenta cervice trahunt stridentia plaustra
Non lupus insidias explorat ovilia circum
Nec gregibus nocturnus obambulat acrior illum
Cura domat timidi damme cervique fugaces
Nunc inter canes et circum tecta vagantur
Iam maris immensi prolem et genus omne natantum
Littore in extremo ceu naufraga corpora fluctus
Proluit insolite fugiunt in flumina phoce
Interit et curvis frustra defensa latebris
Vipera et attoniti squamis astantibus idri
Ipsis est aer avibus non equus et ille
Precipites alta vitam sub nube relinquunt
Preterea iam nec mutari pabula refert
Quesiteque nocent artes cessere magistri
Phillirides Chiron Amithaoniusque Melampus
Sevit et in lucem stigiis emissa tenebris
Pallida Thesiphone morbos agit ante metumque
Inque dies avidum surgens caput altius effert
Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes
Arentesque sonant ripe collesque supini
Iamque catervatim dat stragem atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo
Donec humo tegere ac foveis abscondere discunt
Nam neque erat coriis usus nec viscera quisquam
Aut undis abolere potest aut vincere flamma
Nec tondere quidem morbo illuvieque peresa
Vellera nec telas possunt attingere putres
Verum etiam invisos si quis temptarat amictus
Ardentes papule atque immunda olentia sudor
Membra sequebatur nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis edebat

Massica munera vina preciosa a massico monte campanie et p[ro]fusitum tantum illa q[ue] dicunt p[ro]fice[re] morbos venire ex cibis et potibus immoderate et intricatis ex nimiis vigiliis et ultra solicitudine dicit quod ille sine his nascitur egritudinem nam in talibus ... fecit egritudines fere omnium

Destruit et [illegible]

Iunonis

Poetice dicit rarum vitulis quod est cum mos esset sacerdotem argivam vectis bobus ad templa Iunonis ire et solemni die boves non invenirent pestilentia eorum quos [illegible] attigeram [illegible] ... duo sacerdotis filii matrem subiugati ad templa duxerunt ... vellet poscere filiis illa precatur Iunonem ut id quod foret dea mortalibus utile ipsa p[re]staret ... sacerdotis invenerunt eos esse mortuos ... morte p[re]stantiorem ... ad Grecos ... memorat in prima historia

timidi damme

timide damme agitat quod est et apud oraculum et suspecto ... pavide natarunt ... damme ... aut cervos et damas ... cum canibus ... sunt et ... timore et illos ferocitate oblitas

ripe

ripe ... clamant et ... pestilentiam ... sensisse illa

raro cum corrupta morbo quod ... non est ... corpus quod ... de pestifero tactu

putres ... corrupte ... [illegible]

Simentum morbi corpore repellit ut corpore exteriori ... cum ... generalis est ... epicureus ... religionem ... ad bonum refert ... dicit quod ... proprio labore ... homines

Donaria ... sunt ... dona reposita deorum ... templa ... et ... per templa ... in templis ... consueverunt

Noctu ... furtive ... ad [illegible] ...

Phillirides filius ... et ... infernalia ... et ille ... formosissime ... templum ... ille ... et ... artes ... filius ... et ... restituit

IV

Liber Tertius Georgicorum finit et quartus inchoat

Protinus aerei mellis redolentia regna
Hybleas que apes alveorum et cerea regna
Cumque albi flores gramina queque legenda
Indicat. humentesque favos celestia dona
Protinus aerei mellis redolentia regna
Exequar. hanc etiam mecenas aspice partem
Admiranda tibi levium spectacula rerum
Magnanimosque duces totiusque ordine gentis
Mores et studia et populos et prelia dicam
In tenui labor at tenuis non gloria si quem
Numina leva sinunt auditque vocatus Apollo
Principio sedes apibus statioque petenda est
Quo neque sit ventis aditus nam pabula venti
Ferre domum prohibent neque oves hedique petulci
Floribus insultent aut errans bucula campo
Decutiat rorem et surgentes atterat herbas
Absint et picti squalentia terga lacerti
Pinguibus a stabulis meropesque alieque volucres
Et manibus progne pectus signata cruentis
Omnia nam late vastant ipsasque volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam
At liquidi fontes et stagna virentia musco
Adsint et tenuis fugiens per gramina rivus
Palmaque vestibulum aut ingens oleaster obumbret
Ut cum prima novi ducent examina reges
Vere suo ludetque favis emissa iuventus
Vicina invitet decedere ripa calori
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos
In medium seu stabit iners seu profluet humor
Transversas salices et grandia conice saxa
Pontibus ut crebris possint consistere et alas
Pandere ad estivum solem si forte morantes
Sparserit aut preceps neptuno immersit eurus

Hybla mons altus per siciliae thymis abundans et melle

Proemium. Exequitur rethorice dicturus de maximis rebus magna promittit ut et levem materiam subleveat et attentum faciat auditorem, nec [illegible] venit ille orator [illegible] ut sit incipias et scriptor Enchiridion olim fortunatum priami cantabo et nobile bellum

numinum deorum antea cum inveniebatur in folys

tamen mel ex rore colligitur quem utique defluunt credere

et animalia rerum levium dignarum stupore, ut in apibus et pratis et examina

compensatio est laboris quod magnam dat gloriam si fuit materia levis subtiliter ornata

aut qui poeta appellatur invocant quod deos manifestatorem tractatur aut qui pastoralem deum de quo supra [illegible]

quem [illegible] curam dicit vel alvearia ponenda sunt in qua re sat [illegible] ea que abesse debent aut ne noceant apibus et que adesse

Pinguibus. Pabula sit maxime rebus teneris noxium, sit plenas res pinguibus

Tereus upupa, Progne hirundo, Filomena philomena, pica, carduelis

